282
B219v

v.1

BOOK 282.B219V v.1 c.1
BALUZE # VITAE PAPARUM
AVENIONENSIUM
3 9153 00069879 7

Digitized by the Internet Archive
in 2009 with funding from
Boston Library Consortium Member Libraries

http://www.archive.org/details/vitaepaparumaven01balu

VITAE
PAPARUM AVENIONENSIUM

HOC EST

HISTORIA
PONTIFICUM ROMANORUM

QUI IN GALLIA SEDERUNT

AB ANNO CHRISTI MCCCV USQUE AD ANNUM MCCCXCIV

Stephanus BALUZIUS

TUTELENSIS

MAGNAM PARTEM NUNC PRIMUM EDIDIT, RELIQUAM EMENDAVIT
AD VETERA EXEMPLARIA
NOTAS ADJECIT ET COLLECTIONEM ACTORUM VETERUM

NOUVELLE ÉDITION

REVUE D'APRÈS LES MANUSCRITS ET COMPLÉTÉE DE NOTES CRITIQUES

PAR

G. MOLLAT

Docteur en philosophie, ancien chapelain de Saint-Louis-des-Français.

TOME I

PARIS

LIBRAIRIE LETOUZEY ET ANÉ

87, BOUL. RASPAIL ET RUE DE VAUGIRARD, 82

—

1916

VITAE

PAPARUM AVENIONENSIUM

Nihil obstat :

censor deputatus,
F. Mourret.

Imprimatur :

Parisiis, die 20 februarii 1912.
E. Adam, v. g.

VITAE
PAPARUM AVENIONENSIUM,

HOC EST

HISTORIA PONTIFICUM ROMANORUM

QUI IN GALLIA SEDERUNT

AB ANNO CHRISTI MCCCV USQUE AD ANNUM MCCCXCIV

Stephanus BALUZIUS

TUTELENSIS

MAGNAM PARTEM NUNC PRIMUM EDIDIT, RELIQUAM EMENDAVIT
AD VETERA EXEMPLARIA
NOTAS ADJECIT ET COLLECTIONEM ACTORUM VETERUM

NOUVELLE ÉDITION D'APRÈS LES MANUSCRITS

PAR

G. MOLLAT

TOME I

PARIS

LIBRAIRIE LETOUZEY ET ANÉ

87, BOUL. RASPAIL ET RUE DE VAUGIRARD, 82

1914

AU R. P. EHRLE

PRÉFET DE LA BIBLIOTHÈQUE VATICANE

HOMMAGE RESPECTUEUX

ET

RECONNAISSANT

PRÉFACE

DE LA

SECONDE ÉDITION

La première édition des *Vitae paparum Avenionensium* parut en 1693, à Paris, chez François Muguet. De son vivant, Étienne Baluze la revisa et en prépara une seconde, décrite ainsi qu'il suit dans le catalogue de sa bibliothèque : *Eaedem* [*Vitae*] *: aliud exemplar, ubi permulta collata, emendata et addita, 3 vol. Bibliotheca Baluziana*, Paris, 1719, t. I, p. 246, n. 3175.

L'exemplaire retouché de la main même de Baluze nous est, semble-t-il, parvenu. C'est le manuscrit latin *13730* de la Bibliothèque nationale de Paris (ancien Saint-Germain *8953*), qui, malheureusement, ne contient que le tome premier des *Vitae*. Les retouches ont peu d'importance. Baluze s'est presque uniquement contenté de découper les *errata* et les additions, insérés à la fin de son ouvrage, et de les coller à leur vraie place. La présente édition reproduit la disposition générale de l'exemplaire qu'il a ainsi revisé. Elle en diffère toutefois profondément en ce que le texte des *Vitae* a été établi de façon critique, d'après des manuscrits inconnus à Baluze. Les variantes que fournissaient certains manuscrits de Belgique, d'Allemagne, de France et d'Italie devaient être adoptées. Aussi l'édition que je présente au public est-elle une refonte complète du célèbre ouvrage de Baluze.

J'ai cru utile d'imprimer intégralement le texte de la chronique de Jean de Saint-Victor, de 1305 à 1322, dans lequel Baluze avait pratiqué de larges coupures. Il m'a fallu tenir compte de l'excellente *Notice sur les manuscrits de Bernard Gui*, publiée en 1879 par Léopold Delisle, et indiquer, par un artifice typographique, les remaniements successifs que subirent les *Flores chronicorum* et le *Cathalogus brevis romanorum pontificum*. Il m'était encore impossible d'attribuer à Werner de Bonn la deuxième Vie d'Urbain V. L'étude des manuscrits prouvait, en effet, que Baluze avait fondu en un seul tout trois chroniques différentes, dont une seule avait Werner pour auteur. J'ai donc dû éditer séparément le texte de ces trois chroniques. On trouvera aussi la fin de la chronique de Pierre

de Herenthals et celle de la huitième Vie de Benoît XII, qui manquaient dans les manuscrits consultés par Baluze. Enfin, j'ai dû annoter la Préface des *Vies des papes d'Avignon* conformément à la décision de la Sacrée Congrégation de l'Index, qui a daigné m'autoriser à rééditer un ouvrage dont la lecture avait été interdite par les décrets du 5 mai et du 30 septembre 1698.

Baluze ne se préoccupa nullement de réduire en style moderne les dates fournies par les chroniques, ni d'en vérifier l'exactitude. Il a ainsi induit en erreur une foule d'historiens qui se sont fiés à lui. J'ai remédié à cet inconvénient très grave, en mettant entre crochets les indications chronologiques indispensables. Je m'excuse, à l'avance, des erreurs que j'aurais pu commettre. La chronologie du XIV^e^ siècle est encore assez incertaine pour que l'on m'accorde des circonstances atténuantes.

Une étude sur la valeur critique des Vies des papes d'Avignon avait sa place marquée en tête du présent volume. L'ampleur qu'il aurait fallu lui donner eût été trop disproportionnée. Cette étude fera la matière d'un livre. Je me suis contenté de décrire, dans l'Appendice, les manuscrits dont je m'étais servi et d'imprimer une Vie de Clément VI dont Baluze avait méconnu l'importance.

Il me reste à témoigner mes sentiments de gratitude à l'égard de ceux qui ont guidé et facilité mes recherches : le R. P. Ehrle, préfet de la Bibliothèque Vaticane; le R. P. Esser, secrétaire de la Congrégation de l'Index ; Mgr Ratti, préfet de l'Ambrosienne ; MM. Prou, membre de l'Institut; Omont, Auvray, et Lauer, de la Bibliothèque nationale de Paris; Massip, conservateur de la Bibliothèque de la ville de Toulouse ; Girard, conservateur du musée Calvet à Avignon; Collon, conservateur de la Bibliothèque de la ville de Tours; Bruchet, archiviste des archives du Nord; le R. P. Berlière, conservateur en chef de la Bibliothèque royale de Bruxelles; M. l'abbé Tisserant, *scriptor* de la Bibliothèque Vaticane; M. l'abbé Sautel; M. le chanoine Albe; Mme la comtesse de Villèle.

Paris, 8 avril 1913.

LVDOVICO MAGNO

REGI CHRISTIANISSIMO

Historiam illius seculi quo curia Romana sedem fixit ad Rhodanum, quae est nobilissima portio historiae ecclesiasticae, cum ego in publicum edere et illustrare instituissem, Rex Magne, *jamque eo perventum esset ut nihil superesse videretur ad ejus emissionem, ex more institutoque majorum quaerendus fuit huic operi patronus et tutor, cujus virtuti, fidei, felicitati commendaretur. Neque vero ille mihi diu quaerendus fuit in hoc rerum humanarum statu, in hoc imperii tui splendore. Tua quippe majestas mihi statim occurrit, statim mihi venit in mentem, ob eam quoque rationem quod civitas Avenionensis, in qua Romani Pontifices qui tum vixere consederunt, posita est intra terminos regni tui, et quod illi ex eodem regno tuo oriundi fuere, tum etiam quia in miserabili illo schismate quod tum distraxit Ecclesiam Reges qui per eas tempestates apud nos imperitabant ostenderunt, quod tu quoque hodie facis, maxime sibi cordi esse pacem et unitatem Ecclesiae. Cui porro potius dicandum veniret hoc opus quam tibi,* Magne Rex : *qui cum nobis datus a Deo fueris post longam Annae matris sterilitatem ut alter Samuel, magnificatus es ut ille apud Dominum, et ceteros Reges ac Principes ita hodie anteis, ita inter eos emines, tanto illis antecellis quanto ceteros homines regia dignitas antecedit, ut verbis sancti Gregorii cognomento M. utamur ad Childebertum Regem Francorum scribentis. Abundas enim citra controversiam et adulationem laudibus civilibus et bellicis, ab ipsa pene infantia ad administrationem regni, ad scientiam rei militaris traductus, non alienis praeceptis, sed tuis imperiis, tuis victoriis ac triumphis. Et tamen, quae tua est moderatio, innutritus bellicis laudibus, quod de Trajano dicebat Plinius, pacem amas, pacem inter victorias tuas offers hostibus conjuratis. Idem velut alter Karolus M. imperii tui terminos in immensum propagasti, leges condidisti quibus bona disciplina constitueretur, bonarum literarum studia fovisti, ceteris bonis artibus honorem habuisti, earum professores praemiis decorasti. Adde, quae tua praecipua laus est, priscam religionem restitutam, expulsos illius adversarios, templa eorum demolita, praemia constituta iis qui ad bonam mentem redirent. Haec tua sunt,* Rex Magne, *in*

his tu te ipse agnoscere potes. Cum ergo quaererem cuinam potissimum dicarem hanc historiam, tu mihi statim, ut antea dixi, occurristi. Illam ego ex veterrimis illorum temporum codicibus partim erui, partim sic emendavi ut nunc primum prodire merito dici possint ea omnia quae de hoc argumento edita fuerant hactenus, a me vero recusa denuo prodeunt. Eandem illustravi cum summa diligentia, etiam, ubi occasio se obtulit, vindicando virtutem famamque Gallorum adversus eorum aemulos et inimicos, praecipue vero Karolum V. Regem sapientissimum adversus malignitatem recentioris cujusdam scriptoris, cujus audacia eo usque progressa est ut sanctissimam optimi Principis memoriam maledictis petulantissime dictis vexare non dubitaverit. Accipe igitur, Domine, hoc devotissimi obsequii mei testimonium ea qua soles benignitate, tuumque huic operi favorem impende, quo tutum esse possit adversus obtrectatorum invidiam et acerbitatem. Deus sacram majestatem tuam nobis et Ecclesiae suae diu fervet incolumem.

Stephanus BALUZIUS.

Lutetiae Parisiorum,
kal. novemb. MDCXCIII.

PRAEFATIO

SEPTVAGINTA illos annos quibus curia Romana sedit ad ripas Rhodani usque ad annum MCCCLXXVI. Itali deterrima comparatione vocarunt exilium Babylonicum, urbem Romam, quam sanctus Petrus Apostolus, ut recte observatum a Baronio est, designavit sub vocabulo Babylonis, comparantes cum Hierosolymis, Avenionem cum Babylone. Ingens tamen magnumque discrimen est inter miserabilem statum populi Iudaici in captivitate constituti et florentem rei publicae Christianae statum sub Pontificibus Romanis qui cathedram suam collocarunt Avenioni. Quod adeo verum est ut etiam Aegidius Cardinalis Viterbiensis loquens de hoc ipso exilio non dubitaverit ista scribere in oratione quapiam nondum edita, cujus fragmenta quaedam refert Andreas Victorellus in additionibus ad Ciaconium. *Si urbis*, inquit, *et Romanarum Ecclesiarum ruinam inspicias, hoc exilii tempus noctem dixeris; si mores sanctitatemque Pontificum, diem appellandum existimabis*[1]. Praeterea populus Iudaicus in captivitatem abductus est ab improbissimo principe Nabuchodonosore; sedes vero apostolica in Gallia, quam Baronius[2] vocat portum Romanae Ecclesiae fluctuantis naviculae Petri, constituta est a Clemente V. Pontifice Romano; cujus gesta si spectentur, ut ait Odoricus Raynaldus[3], religione, zelo, fideique augendae studio magnis aequandum esse Pontificibus satis constabit. Denique idem populus Hierosolyma reductus est ab impio principe Cyro Rege Persarum. Romana vero cathedra revecta est Romam a Gregorio XI. sanctissimo Pontifice. Adde pacem datam populo Iudaico post reditum ex Aegypto, ejus autem loco discordiam, quae summum malorum est, post restitutam cathedram urbi Romae et obitum Gregorii invectam in Ecclesiam Dei, populum ejus, id est, gregem dominicum, divisum, dispersum, ac bellis plusquam

1. A. Ciaconius, *Vitae et res gestae pontificum romanorum... necnon S. R. E. cardinalium*, Romae, 1677, t. II, p. 590. Baluze a changé la forme d'*inspicias* en celle plus correcte d'*inspexeris*.

2. *Annales ecclesiastici*, ad ann. 1118, § XIV.

3. *Ibid.*, ad ann. 1314, § XV.

civilibus attritum et dilaceratum propter duos de summo pontificatu decertantes.

Iam si argumentis agere lubet, etiam argumentis ostendemus comparationem illam esse vitiosam, insulsam, et ineptam. Exul quippe a grammaticis et jurisconsultis et ab Augustino Episcopo Hipponensi [1] is dicitur qui extra solum patrium ejectus est, extra solum seu patriam suam vagus, qui in aliena terra non sponte sua habitat, cui jure suae civitatis interdictum est, cui locis et commodis publicis uti vetitum est, qui mortuorum loco censetur. Itaque si Romanus Pontifex non fuit in suo quandiu stetit ad Rhodanum, uti praedicant Itali, si vagus fuit et exul, si jus Romanae civitatis amisit, fateantur necesse est ejus territorium esse circumscriptum terminis arctissimis et non protendi extra regiones suburbicarias stricte sumptas. Quo argumentandi genere si quis utatur, difficile dictu est quantum vulnus infligat auctoritati Romani Pontificis. Itaque alia nobis terenda via est, adeoque ostendendum falso cum Babylonico exilio comparari septuaginta illos annos quibus curia Romana sedem omnium rerum ac fortunarum suarum Avenioni collocavit. Etenim qui in suo est, exul profecto dici non potest. Romanos porro Pontifices qui sederunt Avenioni fuisse in suo, id est vere Romanos Pontifices fuisse, quamvis sedem suam haberent extra Romam, ne illi quidem negare possent, si viverent, qui comparationem illam primi invenerunt. Nam cum certum sit Romanum Pontificem esse caput Ecclesiae universalis, ad eum pertinere curam et sollicitudinem totius Ecclesiae, certum propterea est illius eam esse amplitudinem, eam potestatem, eam jurisdictionem quae nullis terrarum terminis circumscribatur, adeoque sedem Petri et Ecclesiam Romanam illic esse ubi Papa est. Neque vero nova est haec opinio, sed antiqua, utpote qua pro Innocentio II. adversus Petrum Leonis adversarium ejus, qui se vocabat Anacletum istius nominis secundum, usus est Petrus venerabilis Abbas Cluniacensis. Electi illi fuerant in loco Honorii II. nuper defuncti; et praevalentibus Anacleti viribus, Innocentius aufugit in Gallias pro more Romanorum Pontificum qui minores erant viribus et potestate. Interim Anacletus cathedram Romanam tenere videbatur. Et tamen Ecclesia catholica Innocentium ut legitimum justumque Pontificem agnovit, Anacletum summo consensu rejecit. Qua de re ad eundem Innocentium

1. *In evangelium Johannis*, tract. XLVII.

scribens Petrus Abbas Cluniacensis ait illum, ubicunque tandem terrarum sit, esseverum Papam, ei obediendum esse, Veios habitante Camilio, Romam illic testimonio Lucani fuisse. Ex quo collegit Baronius Romam illic esse ubi Papa est. Ac ne quis putet eam consequentiam exemplo destitutam esse, afferam testimonium Herodiani antiquissimi scriptoris; apud quem in libro primo historiarum Pompeianus, cum Commodum Imperatorem, quem voluptatis illecebrae Romam evocabant, ab eo itinere revocare vellet, ea inter ceteras ratiocinatione usus est ut diceret Romam illic esse ubi Imperator est. Quam ob causam Genselinus de Cassanhis in glossa ad extravagantem Ioannis XXII. *Execrabilis* ait : *Ubi est ergo summus Episcopus, qualis est Papa, ibi est Romana Ecclesia, ibi est Sedes apostolica.* Merito ergo Andreas Victorellus in additionibus ad Ciaconium (t. II, pag. 368) agens de cathedra apostolica apud Avenionem collocata a Clemente V. scribit illum Avenione Romanum Episcopum fuisse universumque orbem Christianum fuisse moderatum. *Quocumque pergat Romanae Ecclesiae praeses*, inquit, *D. Petri successor, Ecclesiae suae titulum et habenas tenet.*

Rursum Itali, quia nihil est in hoc orbe terrarum pulcrius aut augustius majestate regnantium, nihil quod tantas commoditates afferat civitatibus et populis, gravissimam et accerbissimam, sed tamen verissimam querimoniam jactant adversus translationem apostolicae sedis in Gallias, eam a Clemente V. factam esse scribentes cum magno Christianorum incommodo. Qua de re ante quam dicere incipiam, necessarium in primis arbitror observare Romanos semper aegre tulisse absentiam Pontificum suorum et Innocentium IV. Perusii consistentem missa legatione hortatos esse, etiam cum asperitate verborum, ut in urbem rediret. Quippe *abusivum eis videbatur*, inquit Matthaeus Parisius [1], *quod ipsa sola Roma quae domina dicitur civitatum, inter omnes civitates suo per tot tempora antistite etiam superstite viduaretur.* Eandem illi ob causam varias legationes misere ad Pontifices qui Avenione sederunt, etiam minas interdum jactantes, quia se ex eorum absentia videbant frustrari magnis commodis quae curia Romana solet afferre. Hinc orta sententia depositionis adversus Ioannem XXII. et mox substitutus Antipapa.

1. Matthaei Parisiensis *Chronica majora*, édit. H. R. Luard, Londres, 1880, t. v, p. 372. Baluze a mis *et superstite*. La lecture de Luard : *viduatur*, doit être fautive.

Aiunt ergo scriptores Itali post Platinam[1] curiam Romanam in Galliis ad septuaginta quatuor annos remansisse cum magno Christianorum incommodo. Eam rem verbis atrocioribus, ut solent rethores, descripsit Blondus Flavius[2] aiens illam curiae translationem multas Dei Ecclesiae praevaricationes, multa invexisse Christiano populo detrimenta. Antonius Campus[3] scribit illam multa damna intulisse Christianitati. Odoricus Raynaldus[4] noluit horum scriptorum verbis uti, sed novo genere dicendi eam sedis translationem improbavit, Clementem quintum scribens vocatum fuisse ad apostolatum magno rei Christianae malo, nimirum quia is primus omnium cathedram suam collocavit apud Avenionem. At Andreas Victorellus[5] illo moderatior et sapientior hanc culpam, si qua fuit, transtulit in exulceratissima seculi illius tempora, Clementis rectam fuisse mentem aperte pronuntians dum sedem fixit in Gallia, transtulisse quippe illam ob Italicas seditiones, quibus, ut ait Raphael Volaterranus, mederi non poterat. Albertus etiam Krantzius[6] ait Clementem execratum Romanorum tumultus, quos illi magis ac magis intentabant, sedem fixisse Avenioni.

Et tamen, quae est Galliae nostrae infelicitas, inventus est superiore seculo homo apud nos natus, inter nos educatus, Regum nostrorum beneficiis ornatus, Gilbertus Genebrardus, qui in libro quarto suae chronographiae[7] scriberet hanc sedis apostolicae translationem valde foedasse antiquam Ecclesiae faciem, introductas quippe tum dispensationes et sanctorum canonum enervationem, periisse illud divinum, ut ipse vocat, jus quo secularia secularibus et regularia regularibus committi debent, maxime in Gallia, dum Pontifices hujus transmigrationis plus quam Babylonicae, qui observantiam regularem, disciplinam ecclesiasticam pene totam, jura denique confuderunt et corruperunt, patriae et principibus impie favere gestiebant. Et isti quidem criminationi responderi

1. *Historia de vitis pontificum romanorum*, Cologne, 1626, p. 235.

2. *Historiarum ab inclinatione Romanorum imperii decadis II*[ae], l. IX, Bâle, 1531, p. 339.

3. Antonio Campo, *Cremona fedelissima città et nobilissima colonia de' Romani*, Milano, 1645, II[e] part., l. III, p. 85.

4. *Annales ecclesiastici*, ad ann. 1305, § VII.

5. Ciaconius, *op. cit.*, t. II, p. 363.

6. *Ecclesiastica historia sive metropolis...*, Bâle, 1568, l. VIII, c. XLIX, p. 259.

7. *Chronographiae*, Paris, 1580, ad ann. 1305.

facile posset, si quis in eorum Pontificum vitam et mores inquirere vellet qui ante et post Avenionensis sedis tempora Romanam cathedram tenuere, quos constat multo graviora vulnera intulisse disciplinae ecclesiasticae quam illos quorum vitam moresque injuste et imperite traducit Genebrardus, auctoresque fuisse malorum quae ab istis in Ecclesiam invecta esse idem conqueritur. Sed his omissis, quae hujus nostri instituti non sunt, illud unum dicemus cum illustrissimo Praeside Iacobo Augusto Thuano [1], Genebrardum fuisse in scriptis suis iniquiorem et acerbiorem, vita quam stylo temperantiorem creditum, et consilii parum sani notatum fuisse a Scaevola Sammarthano in elogiis Gallorum doctrina illustrium [2].

Sane non negamus veram esse Platinae et aliorum observationem scribentium hanc sedis apostolicae translationem maxime incommodam fuisse Italis, non quidem propterea quod Romanos Pontifices illorum temporum cepisset oblivio rerum Italicarum, sed quia Italicae civitates, praecipue vero Romana, his commodis privatae erant quae antea percipere solebant ex aula pontificia. Ceterum ea resedit in Galliis cum summa Ecclesiae unitate et honore maximo, quemadmodum recte observatum est a Symphoriano Champerio in libro de summis Pontificibus Gallis [3].

Nam si querelis locus heic esset, Gallia potius quam Italia exclamare deberet adversus commorationem Pontificum Romanorum apud Avenionem. Etenim cum ad illa usque tempora, ut ait Nicolaus de Clemangis, Gallia nostra moribus frugalibus vixisset, peregrini et perversi Italorum Avenionem commigrantium mores calamitatem in eam induxere, luxuque prodigioso et vita soluta vivere docuerunt. Haec sunt verba Nicolai edisserentis clades et mala Ecclesiae Romanae illorum temporum : *Ex illo plane suam cladem imminere praenosse debuit ex quo propter suas fornicationes odibiles Romuli urbe relicta Avenionem confugit, ubi quanto liberius, tanto apertius et impudentius vias suae simoniae et prostitutionis exposuit, peregrinosque et perversos mores calamitatum inductores in nostram Galliam invexit, rectisque usque ad illa tempora moribus frugalibus disciplina instante, nunc vero luxu prodigioso*

1. A. Teissier, *Les éloges des hommes sçavans tirez de l'histoire de M. de Thou avec des additions*, Utrecht, 1696, II[e] part., p. 268.

2. *Gallorum doctrina illustrium, qui nostra patrumque memoria floruerunt, elogia*, Poitiers, 1602, p. 188-189.

3. *De Gallis summis pontificibus*, dans *Liber de quadruplice vita*, 1507, vie de Clément V.

usque adeo solutam ut merito ambigere possis utrum res ipsa auditu mirabilior sit an visu miserabilior[1].

Illam sedis apostolicae translationem in Gallias et incommoda quae ex ea secuta sunt enarrans Abrahamus Bzovius[2] in annalibus ecclesiasticis hanc causam non tractat more historicorum, sed rhetorum, ita exardescens in hoc genere amplificationis ut multa dicat quae a nemine hactenus prodita fuerant memoriae litterarum. Ait enim doluisse majori ac meliori parti Cardinalium eam Clementis V. dispositionem qua jussit Cardinales ex Italia properare

1. *De corrupto Ecclesiae statu*, édit. Jean Corrozet, 1562, c. XLII, fol. 26 v°. — Quand Nicolas de Clémanges accusait les papes romains d'avoir pratiqué la simonie, il visait, sans aucun doute, la perception des *services communs* et des *annates*, traitée de simoniaque à l'époque du grand schisme d'Occident. Ce reproche est injustifié. Les taxes exigées des évêques, des abbés et des petits bénéficiers à l'occasion de leur nomination ou de leur confirmation par les papes n'ont aucun des caractères de la simonie. Celle-ci se définit, en effet, « la volonté délibérée d'acheter ou de vendre, moyennant une rétribution appréciable, une chose spirituelle en elle-même, comme la consécration épiscopale, l'ordination sacerdotale, ou une chose annexée à l'exercice d'une fonction spirituelle, comme le revenu d'une cure, d'un évêché ou d'un monastère. » Cf. Lega, *Praelectiones in textum juris canonici de judiciis ecclesiasticis*, Romae, 1905, l. II, vol. IV, p. 28. Or, en vertu de son pouvoir de juridiction universelle, le pape a la libre et entière disposition des biens de l'Église. Par suite, il possède le droit d'exiger une part des revenus dont il accorde la jouissance aux clercs et aux prélats. Les services communs et les annates ne sont donc pas un prix d'achat, mais des impôts levés sur les bénéficiers ecclésiastiques à l'occasion de leur promotion et destinés à subvenir à la subsistance du pape et à l'entretien de la cour pontificale. Cf. A. Clergeac, *La curie et les bénéfices consistoriaux*, Paris, 1911, p. 225-243.

Bien loin d'avoir encouragé les mauvaises mœurs à Avignon, comme le leur impute Nicolas de Clémanges, les papes ont tout fait pour les combattre. Ils avaient une police bien organisée et dirigée par un maréchal de la cour. La répression des méfaits, communs à toute ville cosmopolite et prospère comme le devint soudainement Avignon, fut très sévèrement exercée. En 1359, des gens convaincus de graves attentats à la pudeur furent jetés au Rhône. Baluze, *Vitae*, t. I, col. 353. D'autre part, pour empêcher la prostitution, les papes dotèrent les jeunes filles pauvres. Chaque année, par exemple, Jean XXII consacrait mille florins, soit de 60 000 à 75 000 francs, en dots. Archives du Vatican, *Introitus et exitus 53*, fol. 137 r°. Les souverains pontifes encouragèrent encore la fondation en Avignon de maisons pour les filles déchues. Cf. *L'Œuvre des repenties à Avignon du* XIII^e^ *au* XVII^e^ *siècle*, par P. Pansier, Paris, 1911. Enfin, M. L.-H. Labande a péremptoirement prouvé que les prétendus statuts de la reine Jeanne, réglant la prostitution en Avignon, sont des faux de date récente. Cf. *L'intermédiaire des chercheurs et curieux*, 1904, t. XLIX, col. 194-196.

2. *Annalium ecclesiasticorum*, Cologne, 1625, t. XIV, ad ann. 1305, § III.

in Galliam, non tam quod se contemni precesque suas nihili fieri arbitrarentur quam quod viderent libertatem ecclesiasticam oppressum iri et quandoque perniciosum schisma in Ecclesia exoriturum ingenti damno totius christianitatis ex translatione sedis in Gallias, ubi summus Pontifex apud Regem prophanum quasi in potestatem secularium redactus omnia dicere et facere et jubere cogeretur non ex majestate pontificia, neque ex potestate plenaria, sed neque ex justitiae praescripto, sed ut Rex et proceres vellent adeoque mandarent. Addit deinde eam rem futuram conquestum esse Matthaeum Rubeum Vrsinum quum hoc facinus Cardinali Ostiensi exprobraret.

Antequam hanc inconsideratissimam et dementissimam narrationem excutiamus, referenda est in primis historia Matthaei Rubei quam heic attingit Bzovius. Post mortem Benedicti illius nominis undecimi, ut tradit Ioannes Villanius[1], divisum in duas partes fuit collegium Cardinalium ; quarum unius caput erat Matthaeus cum Francisco Gayetano Bonifacii VIII. nepote, alterius Neapoleo Ursinus et Nicolaus Pratensis. Cum post pacta inter eos inita Clemens V. electus fuisset in loco Benedicti, illeque Cardinales Lugdunum evocasset ad peragendam coronationem suam, eorum sane major pars id aegre tulit, in primis vero hic Matthaeus, qui omnium antiquior erat. Hic ergo dolorem suum ulturus his verbis usus esse dicitur ad Nicolaum Pratensem : *Assecutus es voluntatem tuam in ducendo curiam ultra montes, sed tarde revertetur curia in Italiam.* Haec tantum Ioannes Villanius et ex eo sanctus Antoninus Archiepiscopus Florentinus[2]. Nihil illic de schismate, nihil de libertate ecclesiastica oppressa, nihil de Philippi Regis Francorum imperio. Quae omnia a Bzovio per summam audaciam excogitata sunt et inventa, per summam inquam audaciam, quia scriptores historiarum nihil scribere debent quam quod invenerunt in antiquis. Haec autem Bzovius apud neminem eorum invenit qui temporum illorum historiam conscripserunt.

1. *Istorie fiorentine*, l. VIII, c. LXXX. Les documents d'archives récemment découverts par M. H. Finke (*Aus der Tagen Bonifaz' VIII* et *Acta Aragonensia*, Münster, 1902-1908) ne permettent plus d'accepter le récit de Giovanni Villani, reproduit par saint Antonin. Cf., sur l'élection de Clément V, G. Lizerand, *Clément V et Philippe IV le Bel*, Paris, 1910, p. 12-42, 48.

2. Part. III, tit. XXI, c. 1.

Nam si argumentis agere luberet in hoc loco, annon proclivius esset existimare homines Italos Italico caelo assuetos graviter tulisse mandata Clementis quia cogebantur relinquere Italiam patriam suam quam quod timerent libertatem ecclesiasticam oppressum iri? Vnde enim hic metus, praesertim apud Gallos, quos constat laudatos semper fuisse ob reverentiam impensam Pontificibus Romanis et ob auxilium illis praestitum in rebus adversis? Iam quod de schismate praeviso dicitur, id vero fatuitatem nominari oportere nemo est opinor qui non videat, cum istud somniari non potuerit ante sexaginta et quatuor annos quam schisma oriretur in Ecclesia. Sed in primis notanda est insulsa temeritas Bzovii Philippum IV. Regem Francorum Christianissimum vocantis Regem prophanum, tanquam si de Cyro loqueretur aut de Nabuchodonosore vel Tarquinio superbo. Bzovio sapientior in hoc loco fuit Alphonsus Ciaconius : qui tamenetsi magnam partem verborum Bzovii descripserit in opere suo de vita et rebus gestis Pontificum Romanorum et Cardinalium, hunc tamen locum referre noluit. Nihilo magis vera est expostulatio Bzovii conquerentis omnia quae a Pontificibus Romanis qui in ora Rhodani consederunt dicta et facta sunt, ea omnia dicta factaque fuisse prout Reges et proceres Galliae volebant atque mandabant. Videndi tantum annales ecclesiastici. Ii fidem faciunt illam conquestionem non esse veram.

Sane tetrum illud ac miserabile schisma quod per tot annos duravit fuit appendix, ut verbo Bzovii utamur, translationis apostolicae sedis in Galliam. Sed non ideo damnandus est Clemens V. tanquam hujus mali auctor, quem certo constat illius immunem omnino fuisse, quippe quod excitatum est post sexaginta et quatuor annos ab excessu ejus. Alioqui miserrima esset virorum principum conditio, quorum factis imputarentur omnia mala quae diu post eos extinctos evenirent in re publica. Quid si nos diceremus ex secessione Pontificum e Gallia ortam esse malignitatem temporum quae Ioannem XXIII. Paulum II. Alexandrum VI. et Iulium II. homines, ut plerique putant, nequissimos evexit ad solium apostolicae dignitatis? Sed haec inania sunt et futilia, neque merentur ut in iis amplius immoremur. Accedamus ad materiam schismatis.

Nimium in hoc peccant scriptores historiarum, eam causam ita calide et acerbe tractantes ac si etiamnum durarent partes et causae irarum et odii, non animadvertentes finem huic malo datum

esse a synodo Constantiensi, ab eaque nihil praejudicatum adversus jura contendentium de summo pontificatu. Neque ego sane Italos in hoc damno Vrbanum VI. reponentium *(sic)* in numero Pontificum Romanorum, Clementem inter Antipapas. Fruantur illi suo judicio, avorum suorum vestigiis inhaereant; qui cum sibi semel persuasissent Vrbanum rite ac canonice electum fuisse Papam, ejus propterea successorumque ejus partes foverunt. Porro aliter mihi sentiendum est de Gallis et Hispanis, qui post causam istam accurate discussam putarunt meliorem esse conditionem Clementis. Et tamen recentiores quidam scriptores Hispani Gallique, homines profecto harum rerum, uti apparet, non admodum periti, Clementem per summam eorum temeritatem et inscitiam semper et ubique vocant Antipapam et Cardinales ab eo creatos Anticardinales, in primis vero Ioannes Laborator, *le Laboureur*[1], in prolegomenis ad vitam Karoli VI. ubi cum pro sua impotentia Regem Karolum V. atroci contumelia insecutus esset ob susceptas Clementis VII. partes, mox juvenili, ut ita dicam, calore inconsideratior insurgit furiosus in Cardinales qui tum apud Avenionem erant cum Clemente, eos describens tanquam nefarios templorum totiusque Ecclesiae praedones et helluones nequissimos patrimonii ecclesiastici. Verum tamenetsi Italos excusem reponentes Vrbanum in catalogo Paparum, eos interim non excuso qui Clementem ejusque partem damnant ut schismaticos et malos homines, multo minus Odoricum Raynaldum, qui cum scriberet annales ecclesiasticos, meminisse debuerat instituti sui, id est, sic scribere debebat ut in neutram partem inclinaret, sed jura partim ostenderet ex aequo. *Quis enim*, inquit Aegidius Bellamera[2] tum vivens, *audiens duos contendentes de papatu et quemlibet in sua regione reputari pro Papa non habeat dubitare quis verus Papa existat?*

Et certe jus partium adeo dubium et incertum erat adhucque est ut, quemadmodum ad Benedictum XIII. recenter electum scripsit universitas studii Parisiensis, *viri ingeniosi et erecti quamplurimi vix quidquam ibi videant*[3], et Nicolaus de Tudeschis Cardinalis, vulgo dictus Panormitanus, fateatur probabilem fuisse pontificatum ejusdem Benedicti, *quia quaestio ardua erat in jure et in*

1. *Mémoires pour servir d'introduction à l'histoire du règne de Charles VI, roy de France.* Cf. le t. I de l'*Histoire de Charles VI*, Paris, 1663, p. 3.

2. In cap. *Cum non ab homine*, ext. de judic.

3. Bulaeus, *Historia Universitatis Parisiensis*, Paris, 1668, t. IV, p. 743.

facto[1]. Quam ob causam ejus auditor Franciscus de Zabarellis[2] Cardinalis in tractatu de schismate diserte pronuntiat non esse simpliciter verum Cardinales alterutrius partis fuisse schismaticos, omnes enim ex utraque parte salvari, dum tamen non errent scienter, quia heic est dubitatio facti et juris, quia utraque pars putat se fovere jus. Thomas quoque de Vio vulgo dictus Cardinalis Caietanus in tractatu de auctoritate Papae et Concilii universalis[3] eos reprehendit qui Clementis et Vrbani eorumque successorum obedientias, uti tum loquebantur, damnant ut schismaticas, aperte scribens jus utrorumque fuisse et esse dubium, neque rationi consentaneum esse existimare Martinum Papam V. voluisse declarare obedientias Benedicti et Gregorii XII. fuisse extra Ecclesiam cum approbavit decreta synodi Constantiensis, in qua Benedictus et Gregorius dejecti fuerunt de summo fastigio. Eadem fuit sententia Sylvestri Prieratis[4], qui e numero schismaticorum excludit eos qui in divisione Ecclesiae adhaerent ei quem credunt esse verum Papam, et habent causam ita credendi, et pro utraque parte sunt rationes vehementes; *ut accidit*, inquit, *inter Vrbanum et Clementem*. Rationes autem ita sentiendi sic explicat sanctus Antoninus Archiepiscopus Florentinus : *Multae disputationes factae sunt circa istam materiam, multi libelli pro utriusque partis defensione. Peritissimos viros in sacra pagina et jure canonico habuit toto illo tempore quo duravit id schisma utraque pars seu obedientia ac etiam religiosissimos viros et, quod majus est, etiam miraculis fulgentes; nec unquam sic potuit quaestio illa decidi quin semper remaneret apud plurimos dubia. Nam etsi necessarium sit credere, sicut unam esse catholicam Ecclesiam, non plures, ita et unicum ejus pastorem vicarium Christi, tamen si contingit plures per schisma creari seu nominari Pontifices summos uno et eodem tempore, non videtur saluti necessarium credere istum esse vel illum, sed alterum eorum, qui scilicet fuerit canonice assumptus. Quis autem fuerit canonice electus non tenetur quis scire, sicut nec jus canonicum, sed in hoc populi sequi possunt majores suos seu praelatos*[5].

1. *Commentaria primae partis in primum Decretalium librum*, Venise, 1592, t. I, p. 7, ad 16.
2. *De ejus temporis schismate*, 1608, p. 51.
3. Cap. VIII.
4. *Summa Sylvestri*, au mot *Lex*, quaest. XIII.
5. Part. III, tit. XXII, c. II.

Suppar Antonio fuit Wernerus Rolevvink auctor fasciculi temporum, cujus haec sunt verba de hoc schismate : *Schisma XXII. omnium schismatum quae ante fuerunt pessimum, et subtilissimum. Adeo enim perplexum fuit, ut etiam doctissimi et conscientiosi viri non valerent discutere cui esset magis adhaerendum. Et fuit continuatum per annos quadraginta cum grandi scandalo totius cleri, et grandi jactura animarum propter haereses : et alia devia, quae tunc pullularunt, eo quod non esset disciplina in Ecclesia contra hujusmodi. Et ideo ab isto Vrbano VI. usque ad Martinum V. nescio quis fuit Papa*[1]. Deturbatis enim Benedicto XIII. et Gregorio XII. auctoritate Concilii Constantiensis, Martinus V. in eorum loco positus est concordibus omnium qui ad eam electionem faciendam electi erant suffragiis; adeo ut is qui hodie Romanae Ecclesiae praesidet vir optimus et sanctissimus, is juxta sententiam Werneri non magis successerit Vrbano quam Clementi, non minus Clementi quam Vrbano. Itaque recte ab eodem illustrissimo viro quem supra nominavi Francisco Bosqueto scriptum est in Notis ad vitam ejusdem Clementis : *Clementem septimum vel Vrbanum sextum, neutrum vel ambos, veros Pontifices ne quaeras. Iampridem, ita volente Deo, coalito Ecclesiae schismate illa quaestio sopita est, quae frustra nunc vel malo animo retractaretur. Sufficiat ambos electos, eorumque successoribus abdicatis Martinum verum Pontificem ab universali Ecclesia agnitum fuisse*[2].

Idem sensisse videtur R. P. Daniel Papebrochius. Ait enim in conatu chronico-historico ad catalogum Pontificum Romanorum[3] a se editum nolle se *judicem agere illius controversiae, cujus decisionem nec tentare quidem Ecclesia voluit, congregata in synodo, primum Pisana, deinde et Constantiensi, sed aliam commodioremque viam unionis reformandae ingressa; finem optatum tandem est consecuta.* Sibi tamen statim repugnare videtur vir clarissimus. Cum enim dixisset se ab ea controversia judicanda consulto abstinere quam sacrosancta Concilia intactam reliquere, mox Clementem ejusque successorem Benedictum collocat inter Antipapas, quia *Ecclesia Romana, cui boni fideles libentius adhaerent, Urbani*

1. Dans Pistorius, *Rerum Germanicarum scriptores*, Francfort, 1584, t. II, p. 86.

2. *Pontificum romanorum qui e Gallia oriundi in ea sederunt historia ab anno Christi MCCCV ad annum MCCCXCIV*, Paris, 1632, p. 365.

3. Cf. *Propylaeum ad Acta sanctorum maii*, part. II, p. 1018.

partem constanter amplexa, Clementem ejusque successorem Benedictum pro Antipapis semper habuit[1]. At ego contendo falsum id esse. Sane vigente schismate verum est Romanos adhaesisse Vrbano, Clementem vero et Benedictum rejecisse ut Antipapas, eo modo quo Galli Clementem venerabantur ut verum Papam, Vrbanum et successores ejus vocabant intrusos et Antipapas. Verum eo tempore quo de constituenda pace agebatur, modesta erat utraque pars, a convitiis et contumeliis abstinebat, neutra aliam vocabat schismaticam. Post constitutam demum pacem et synodi generales et ipsi Romani Pontifices mentionem facientes eorum qui in schismate se dicebant Pontifices Romanos, illos iis honorificis titulis prosecuti sunt quos illi sibi indiderant post electionem suam, addentes *in sua obedientia*, non solum quoad eos qui sederant Avenioni, sed etiam quoad eos qui cathedram Romanam tenuerant, uti mox ostensuri sumus. Itaque falsa est observatio Papebrochii ac ita parum sibi constans ut posteriora cum prioribus non conveniant, adeoque potius hominis in partes transgressi consilium esse videatur quam scriptoris volentis juris aequabilem tenere rationem.

Hactenus ostendimus eam fuisse gravissimorum magnaeque auctoritatis virorum sententiam ut existimarent causam istius schismatis magnas et insuperabiles habere difficultates, adeo ut necesse non videatur illud ipsum ostendere aliis argumentis. Quia tamen pervicax obstinatarum mentium pertinacia ea vulgo solet esse ut a semel conceptis opinionibus avelli se vix patiantur, nisi cogantur rationibus quibus obsisti non possit, afferam etiam testimonia Conciliorum quae per ea tempora habita sunt apud Pisas et Constantiam, deinde eorum quoque Romanorum Pontificum qui tum et postea in loca eorum successere qui de summo pontificatu contendebant in hoc miserabili schismate. Verum ante quam synodi Pisanae, quae prima est ex iis quas commemoravimus, auctoritatem in medium proferamus, operae pretium videtur nonnulla dicere de iis quae inter Benedictum XIII. et Gregorium XII. acta sunt pro extinctione schismatis et unione sanctae Dei Ecclesiae. Convenerat inter Cardinales qui Benedictum elegerant, e quorum ille numero tunc erat, ut is qui in loco Clementis eligeretur jurejurando polliceretur se daturum pacem Ecclesiae, etiamsi oporteret illum cedere pontificatu; illudque ipsum decretum et

1. *Op. cit., ibid.*

actum fuerat ab iis Cardinalibus qui Gregorium elegerant. Vtraque pars, ut videtur, optabat finem dari discidio Christianorum. Statim post electionem Gregorii actum est ut ambae partes in unum coirent, modos exquirerent sarciendae concordiae, uti ambo Pontifices se magistratu abdicarent, et tertius ab utraque parte eligeretur verus et indubitatus Romanus Pontifex. Scriptae hinc inde literae a Gregorio et Benedicto, absque ullo discrimine, pari scribendi modo. Sic enim ad Gregorium scribebat Benedictus : *Benedictus Episcopus servus servorum Dei Angelo dicto Corario, quem nonnulli sibi in hoc pernicioso schismate adhaerentes Gregorium nominant, pacis et verae unionis affectum.* Gregorius autem sic : *Gregorius Episcopus servus servorum Dei Petro de Luna, quem nonnulli in hoc miserabili schismate Benedictum XIII. appellant, pacis et unionis affectum.* Omnia isthic paria sunt.

In prima itaque sessione Concilii Pisani, quod congregatum fuerat ad dandam pacem Ecclesiae, ante omnia quidam ex iis qui conventum agebant *se transtulerunt ad valvas Ecclesiae, et alta voce proclamaverunt, an Petrus de Luna et Angelus de Corario, qui Benedictus et Gregorius dicebantur, de papatu contendentes, essent hic praesentes*[1]. Et mox sessione IX. et XIII. idem Concilium declaravit licuisse recedere libere et pure ab iisdem Petro et Angelo improbe contendentibus de papatu et ab ipsorum cujuslibet obedientia propter eorum pertinaciam, contumaciam, et obstinationem. Isthic rursum omnia sunt paria, nisi quod Benedictus, utpote prior electus, priore loco nominatur[2]. Ex quibus facile est colligere Ecclesiam tum congregatam existimasse Benedictum et Gregorium ambiguo aut aequo jure niti, adeoque electionem Gregorii non fuisse extra controversiam. Atque ego sane facilius Ecclesiae sic censentis judicio assentior quam Odorico Raynaldo[3], qui isthic pronuntiat tanquam e cathedra Gregorium verum fuisse Pontificem et pontificatum ejus ambiguum videri non posse nisi apud errantes tantum. Et tamen ipse paulo post, quo judicio praeditus erat, fatetur omnes illos qui Gregorii XI. successores se ferebant usque ad tempora Concilii Constantiensis vocatos a Romanis Pontificibus fuisse non simpli-

1. Mansi, *Sacrorum conciliorum nova et amplissima collectio*, Venise, 1784, t. XXVI, col. 1136.

2. *Ibid.*, col. 1141, 1143-1144.

3. *Annales ecclesiastici*, ad ann. 1409, § 79.

citer Papas, sed addito *in sua obedientia*, huncque morem postea tenuisse [1].

In sessione XXI. ejusdem synodi Pisanae continetur sententia Alexandri V. recenter electi pro cassatione processuum hinc inde factorum per Petrum de Luna et Angelum Corario, quos ille absque ullo discrimine vocat nuper de papatu contendentes, et per Bartholomaeum Archiepiscopum Barensem, Petrum de Thomacellis, Cosmatum, et Robertum de Gebenna dictorum nuper contendentium praedecessores ; in eaque sententia scriptum est in dubio fuisse apud multos viros graves et doctos *quis a tempore dicti schismatis fuerit verus Romanus Pontifex, seu quis veri vicarii Iesu Christi fungeretur officio* ; et propterea Alexander *ad exonerationem conscientiarum utriusque obedientiae, quae etiam per Dei gratiam ad unum ovile ovium reductae sunt*, eosdem processus cassavit et abolevit [2]. Idem Alexander in bulla confirmationis actorum Concilii Pisani de Vrbano et Clemente eorumque successoribus aeque loquitur, eos ita vocatos scribens in suis obedientiis, adversus neminem praejudicans. Et cum de Benedicto XIII. auctoritate ejusdem Concilii dejecto loquitur, illum vocat iniquitatis alumnum, Gregorium vero XII. eadem auctoritate depositum, perditionis filium [3].

Videamus nunc an celeberrimum illud Constantiense Concilium, cujus dignitatem et auctoritatem infringere et imminuere conantur paupercula quaedam ingenia, videamus inquam quid senserit de jure duorum contendentium de summo pontificatu. In sessione XIV. diserte scriptum est sacrosanctam generalem synodum determinare et declarare *expediens et utile fore pro unione Ecclesiae Dei et totali redintegratione per Dei gratiam procurando, quod nomine illius Domini, qui in sua obedientia dicitur Gregorius XII. fiat hic in Constantia cessio antequam Niciam accedatur : seu, an Petrus de Luna, qui in sua obedientia dicitur Benedictus XIII. cedere velit vel nolit, experiatur* [4]. In sessione XX. lecta fuit relatio *ambaxiatorum missorum ad Petrum de Luna in sua obedientia Benedictum XIII. nominatum.* In sessione XXII. et XXIII. aeque nominantur Gregorius XII. Ioannes XXIII. et Benedictus XIII.

1. *Ann. eccl.*, § 80.
2. Mansi, t. XXVI, col. 1153. Baluze a omis *ovium*.
3. Mansi, t. XXVII, col. 83-91.
4. *Ibid.*, col. 738.

ac si jura eorum paria fuissent nihilque adversus unum objici posset quod in alterum retorqueri non posset[1]. Vide etiam praefationem ad idem Concilium in editione Romana Conciliorum generalium.

Ioannes XXIII. in initio actorum ejusdem synodi Constantiensis spondens se pacem daturum Ecclesiae per viam simplicis cessionis papatus, id facturum se ait *si et quando Petrus de Luna Benedictus XIII. et Angelus de Corario Gregorius XII. in suis obedientiis nuncupati, papatui quem praetendunt, per se vel procuratores suos legitimos similiter cedant*[2]. Idem in bulla qua episcopatum Vercellensem vacantem per depositionem Matthaei de Gisilbertis, qui stabat in parte Gregorii, contulit in Ibletum de Flisco, cum de Vrbano VI. loquitur, addit *in sua obedientia* ; et infra agens per occasionem de iisdem Gregorio et Benedicto, Gregorium vocat iniquitatis alumnum, Benedictum vero perditionis filium. Hanc bullam edidit Stephanus Ferrerius in libro de Episcopis Vercellensibus[3]. Alias consimiles quoad ista exhibet Waddingus in annalibus Minorum[4] to. v in regesto pag. 22, 25, ubi etiam pag. 40 nominatur Clemens VII. in sua obedientia nuncupatus, itemque pag. 43, 53, 54, Bonifacius IX. in sua obedientia nuncupatus.

Martinus V. in bulla pro monetariis civitatis Avenionensis, quae extat in codice *596* bibliothecae Colbertinae, describens eam quam in eorum gratiam dederat Clemens VII., ait : *Nuper siquidem a quondam Clemente VII in sua obedientia nuncupato quedam littere emanarunt*[5]. Idem Benedictum XIII. Innocentium VII. et Ioannem XXIII. eodem modo nominat apud Waddingum to. v in regesto pag. 56, 58, 59, 79, 98, 103, 128, 131, 159, 182, sicut eos omnes verbis generalibus involvit in bulla de exemptionibus edita in sessione XLIII. Concilii Constantiensis, in qua eas revocat quae a tempore mortis Gregorii XI. factae fuerant per nonnullos Romanos Pontifices aut pro Romanis Pontificibus se gerentes et in suis diversis obedientiis reputatos.

Innocentius VIII. in bulla confirmationis statutorum Ecclesiae sancti Germani de Manso Sereno in dioecesi Lemovicensi fun-

1. Mansi, t. XXVII, col. 839.
2. *Ibid.*, col. 567.
3. K. Eubel, *Hierarchia catholica medii aevi*, Münster, 1898, t. I, p. 552.
4. *Annales minorum*, 1re édit., Lyon, 1625-1648, et Rome, 1654.
5. Bibliothèque nationale, ms. latin *5221*, fol. 18 r°.

datae ab executoribus testamentariis Hugonis Rogerii Cardinalis ait illam fuisse erectam in collegiatam *de licentia, voluntate, mandato, et auctoritate quondam Roberti de Gebennis tunc Clementis septimi in sua obedientia nuncupati.* Data est haec bulla Romae apud sanctum Petrum anno incarnationis dominicae MCCCCLXXXIV., v. Idus Decembris. Atque ea sentiendi et loquendi ratio ita certa tum erat in terris Romanae Ecclesiae subjectis ut anno MCCCCXCI., in actis quibusdam publicis apud Avenionem confectis, quae extant in eodem codice *596* bibliothecae Colbertinae, referantur *confirmatoria electionis facte de Paulo Redorterii quondam preposito generali dicte monete* [*Avinionensis*] *emanata... a Reverendissimo Domino Francisco Archiepiscopo Arelatensi Camerario fe. re. Domini Clementis Pape septimi*, et mox alia *pro Petro Vsoli mercatore de Avinione emanata a Reverendissimo Domino Francisco Archiepiscopo Narbonensi Domini Pape Camerario sub data Avinioni die ultima mensis Ianuarii anno a nativitate Domini MCCCXCVIII. pontificatus Domini Benedicti Pape XIII anno quarto*[1].

Iam si scriptorum quoque ecclesiasticorum, uti par est, ratio habeatur, Ioannes Grossi Prior generalis ordinis Carmelitarum, qui ea omnino tempestate vivebat, in tractatu de exordio ejusdem ordinis quem inscripsit Viridarium[2], Vrbanum VI. et Clementem VII. vocat ex aequo summos Pontifices. Onuphrius Panvinius, vir sine controversia summus, Clementem VII. semper et ubique vocat Papam et Pontificem maximum, itemque Benedictum XIII. ejus successorem donec in Concilio Constantiensi dejectus est; tumque illum successoremque ejus Clementem VIII. vocat Antipapas. Supra retuli sententiam illustrissimi Bosqueti de Pontificibus horum temporum. Henricus Spondanus Episcopus Appamiarum Vrbanum et Clementem ex aequo semper vocat Pontifices *ex sensu eorum*, inquit, *qui eis in dubio adhaeserunt*[3]. His quoque ultimis temporibus vir illustrissimus ac religiosissimus Ioannes Thomas de Rocaberti Archiepiscopus Valentinus in libro non ita pridem edito de infallibilitate Romani[4] Pontificis Clementem VII. Vrbani adversarium agnoscit pro vero summo Pontifice, uti fecere olim qui eas regiones habitabant

1. Bibliothèque nationale, ms. latin *5221*, fol. 60 v°.
2. *Viridarium carmelitani ordinis libris tribus*, Venise, 1507.
3. *Annalium Baronii continuatio*, Paris, 1639, ad ann. 1378, § XVIII.
4. Cap. VIII, n° 822.

in quibus natus et altus est idem Archiepiscopus et in quibus archiepiscopatum amplissimum administrat, in primis vero celeberrimus ille sanctus Vincentius Ferrarius Valentinus et Iacobus Arragonius Cardinalis et ejusdem Valentinae Ecclesiae antistes. Quibus adjungam etiam virum doctissimum ex eo sodalitio ex quo prodiit idem Archiepiscopus, Franciscum Didacum[1], qui in historia provinciae Arragonensis ordinis Praedicatorum ait non dubitare se quin Vrbanus fuerit verus Pontifex Romanus, neque tamen damnare illos qui Clementem putarunt esse verum Papam.

At Odoricus Raynaldus, portio Balei de acerbitate, litem sua auctoritate decidit quam ceteri scriptores bonae mentis et docti reliquerunt intactam, et a spiritu agitatus inimico pacis et concordiae, eam historiam in annalibus suis non tractavit more historicorum, sed ut Advocatus consistorialis, ita intemperanter transgressus in partes Vrbani et successorum ejus ut omnia ab eis dicta factaque recte ac juste dicta factaque esse contendat, contra adversae partis omnia in pessimum sensum interpretetur, praecipue vero excandescat in omnibus occasionibus adversum Reges Francorum totamque gentem Gallicam. Itaque necesse nobis fuit interdum in illum invehi; qui cum alicubi coactus sit fateri omnes vocatos fuisse Pontifices decreto Concilii Pisani et sui juris non esse hanc controversiam dirimere (quod est optimi historici, ut recte monuit Trithemius[2]), nullam tamen occasionem praetermittit Clementem eosque qui partes ejus fovebant dilacerandi, nec ab optimorum quidem Principum contumeliis abstinens. Parcant ergo mihi Itali si interdum adversus hominem exardesco qui se omni moderatione et temperantia sublata palam ac publice professus est hostem Gallici nominis. Nobis enim licet refellere maledicta in gentem nostram aspere et ferociter dicta, cum veritas laeditur.

Nos sane causam schismatis, quae multum obscura et intricata est, definire nolumus. Illud tantum observandum esse censuimus, jus partium, uti supra diximus, fuisse valde ambiguum et distracta tum fuisse in patres judicia virorum sanctissimorum et doctissimorum. Ceterum si seposito partium studio, jus in ambiguo

1. F. Diago, *Historia de la provincia de Aragon de la orden de predicadores*, Barcelona, 1599, fol. 54.

2. *In Chronica Hirsaugiensi*, t. II, p. 259.

relinquatur, et ad eos tantum quorum occasione primum exortum est schisma respicere lubet, id est, ad Vrbanum et Clementem, quantum inter eos discrimen inveniemus, si persona cum persona conferatur. Etenim Clemens, praeter nobilitatem generis, ab omnibus traditur natura lenissimus homo, omnibus in rebus comis atque humanus, liberalis, pauperum pater, scientia literarum spectabilis, fautor eorum qui illarum studiis dediti erant, sapiens in dubiis, et patiens in adversis, nec iratus in injuriis, aut commotus convitiis [1]. Contra Vrbanus describitur natura ferox, melancholicus, bibax, ebriosus, furiosus, vindictae appetens, crudelis, immanitate barbarus ; ac ne id quidem ab adversariis tantum et inimicis ejus, sed ab iis quoque qui partes ejus tuebantur, et a recentioribus etiam scriptoribus historiarum qui Romae scribebant his ultimis temporibus. Et veterum quidem testimonia adversus eum relata sunt in Notis nostris [2] ; quibus addendus videtur Bartholomaeus Platina [3], qui suppar Vrbano fuit, qui ait illum fuisse hominem rusticum et inexorabilem et paucos admodum ejus mortem flevisse, quod etiam testatur Bonifacius Simoneta. E recentioribus proferam tantum eos qui aevo nostro lucubrationes suas composuerunt in urbe Roma, Ciaconium nimirum, et Waddingum ; si modo prius monuero Onuphrium quoque Panvinium tradere Vrbanum fuisse nimis contumacem, asperum, et inhumanum.

Alphonsus Ciaconius [4] de illo agens ait praeclaras in eo virtutes ante pontificatum eluxisse, eruditionem prope singularem, amorem justitiae et castitatis, odium simoniae ac munerum, benevolentiam ingentem erga bonos doctosque viros. Sed *virtutes illas*, inquit, *Pontifex factus, visus est aut nunquam habuisse, aut uno veluti momento amisisse tunc cum magnopere illis indigebat.* Scio ista ad verbum sumpta esse ex opere Papirii Massoni de Episcopis Vrbis [5]. Verum Ciaconius illa edidit Romae, non tanquam Massoni, cujus nulla apud eum mentio in hoc loco, sed tanquam sua : adeoque propterea censenda sunt esse Ciaconii, qui illa describendo sua fecit. Eadem recusa sunt Romae anno MDCXXX. et in novissima editione R. P. Augustini Oldoini e societate Iesu.

1. Baluze, *Vitae*, t. I, col. 1238 sq.
2. *Ibid.*, col. 1239, 1270.
3. *Op. cit.*, p. 256.
4. *Vitae*, t. II, p. 618.
5. *De episcopis Urbis qui romanam Ecclesiam rexerunt*, Paris, 1586, fol. 320 r°.

Lucas Waddingus[1] ait Vrbanum, cum in honore esset, non intellexisse, et oblitum statim qualis fuerit, virtutes quibus antea illuxerat obscurasse, et prudentiam qua prius enituerat omnem exuisse, elati illum animi virum scribens fuisse. Idem alibi[2] eum vocat hominem turbulentum et asperum, inexorabilem, extinctum aiens nullo bonis relicto qui desiderio nullisque, praeter consanguineos, mortis impresso dolore. Quibus addit Onuphrius Panvinius illum obisse *nullo recepto Ecclesiae sacramento*[3].

Et tamen, licet Vrbanus omnium scriptorum consensu tradatur fuisse saevus et inhumanus, praecipue vero culpetur ob crudelem et occultam mortem quorundam Cardinalium ab eo in carcerem ex quibusdam suspicionibus conjectorum, inventus est aetate nostra unus homo Polonus, Simon Starovolscius[4], qui scribere auderet illum de Cardinalibus quos in carcere habebat dignum vitae supplicium sumpsisse. Timebat haud dubie Starovolscius ne si acerbum quippiam de hoc Pontifice traderet, acerbum aliquid adversus eum Romae scribentem decerneretur, non animadvertens nihil adversus Ciaconium et Waddingum dictum factumve esse, quamvis pessima de moribus ejusdem Vrbani scripsissent. Veritas enim semper vincit, ab ipsis quoque amatur quos ei maxime adversari putes. Nam etiam novissima editio Ciaconii, quae exhibet duram illam narrationem de Vrbano, nullam contradictionem passa est, quamvis procurata sit in urbe Roma.

Sed de his hactenus. Nunc nobis pauca praefanda sunt de vitis Pontificum Romanorum quae continentur in hac nostra collectione. Earum nonnullas primus heic Lutetiae edidit anno MDCXXXII. vir illustrissimus, quem supra nominavi, Franciscus Bosquetus Iurisconsultus ea tempestate Narbonensis, postea vero Episcopus Lodovensis ac Monspeliensis, sed adeo mendosas et corruptas in multis locis ut illae fuerint occasio quorundam gravissimorum errorum in historia, adeoque necesse fuerit illas emendare ad fidem veterum exemplarium bibliothecae regiae et sancti Victoris Parisiensis, tum etiam Fuxensis, cujus apographum repertum est inter schedas viri celeberrimi Andreae Duchesnii. Aliquas

1. Waddingus, *Annales minorum*, Rome, 1733, t. IX, ad ann. 1378, § II.
2. *Ibid.*, ad ann. 1389, § I.
3. Je n'ai trouvé aucune allusion de ce genre dans les ouvrages de Panvinio.
4. *Epitome conciliorum... itemque vitarum romanorum pontificum*, Rome, 1653, p. 342.

etiam contulimus cum vetustis codicibus bibliothecae Colbertinae, eas nimirum quae compositae fuerunt a Bernardo Guidonis Episcopo Lodovensi. Istarum ergo duae fuerunt antiquitus editiones, una prolixa, altera brevior, quasi quidam manualis libellus, ut ait actor in codice *735*[1] bibliothecae Colbertinae, in cujus praeterea margine haec scripta sunt antiquitus : *Primum opus respectu istius secundi dicitur precedens cathalogus Pontificum Romanorum seu flores cronicorum, ubi singula de Romanis Pontificibus, et Imperatoribus et Regibus Francorum latius describuntur, in presenti vero opusculo breviter et succincte.* Et in schedis Duchesnianis reperi adnotatum ab eo fuisse Bernardum Guidonis varios libros scripsisse de Pontificibus Romanis, nonnullos breviter, alios fusius.

Praeter vitas ab illustrissimo Bosqueto editas nos plures alias invenimus in antiquis codicibus mss. bibliothecae regiae, tum etiam in Colbertina, et in Sorbonica. Consuluimus etiam codices Vaticanos ope et beneficio viri istarum literarum nostrique amantissimi Hieronymi Cardinalis Casanatae.

Addidimus Notas nostras sane amplissimas, multo tamen prolixiores futuras si omnia congerere voluissemus quae de Cardinalibus illorum temporum scripta et edita reperimus. Verum ad vitandam eam prolixitatem consulto utplurimum abstinuimus a referendis iis quae prostant apud vulgatos historiae Cardinalium scriptores. Quoniam vero multi ac propemodum innumeri apud eos reperiuntur errores, cura nostra fuit ostendere loca in quibus erratum ab illis est, ne quis deinceps in ea impingat. In concinnandis porro Notis nostris magno nobis usui fuere excerpta ex libris obligationum seu instrumentorum quibus Episcopi et Abbates promittebant se soluturos communia servitia, ut tum vocabant, Papae et Cardinalibus, et libri solutionum eorundem servitiorum, qui extant in archivo Vaticano, quorum vero excerpta amplissima ad me misit vir clarissimus et doctissimus Domnus Claudius Stephanotius monachus Benedictinus congregationis sancti Mauri.

Quoniam vero necesse nobis fuit tractare causam miserabilis illius schismatis quod per illas tempestates Ecclesiam divisit, operae pretium fuit consulere veteres codices in quibus extant collectanea, uti vocant, variorum tractatuum qui tum editi fuere ab utraque parte eorum qui de summo pontificatu contendebant. Horum ergo codicum magnam multitudinem habuimus, XXI.

1. Bibliothèque nationale, ms. latin *1977*, fol. 93 r°.

nimirum e bibliotheca Colbertina, quinque e Victorina apud Lutetiam, unum e regia, alium ex archivo regio Parisiensi, tres ex bibliotheca viri superillustris Achillis Harlaei Principis senatus Parisiensis; inter quos eminet praestantissimus ille codex in quo continentur acta conventus habiti anno MCCCLXXXI. apud Medinam de Campo, cujus synopsim exhibemus inter Notas nostras. E Carthusia quoque majori unum habuimus. Alium servant in sua bibliotheca monachi Gemeticenses, in quo nihil extat quod in lucem emissum non sit in historia Vniversitatis Parisiensis aut alibi.

Post Notas nostras sequitur locupletissima collectio actorum veterum illius aevi, uti sunt epistolae Pontificum Romanorum, Regum, Principum, fundationes Ecclesiarum collegiatarum, testamenta Cardinalium et aliorum magnatum, et alia hujuscemodi ad eam historiam pertinentia.

Denique, ne quid deesset huic operi illustrando, in fronte post hanc praefationem posuimus numismata eorum Pontificum quorum vitae isthic describuntur, sumpta ex museo viri istarum rerum peritissimi Ioannis Foy-Vaillant Antiquarii regii, qui ea nobiscum humanissime communicavit.

PRIMA VITA

CLEMENTIS V

AUCTORE JOANNE

CANONICO SANCTI VICTORIS PARISIENSIS

[Anno 1305] in vigilia Penthecostes [5 junii] apud Perusium cardinales degentes in papam concorditer elegerunt Bertrandum, archiepiscopum Burdegalensem, fratrem Beraudi [1] condam archiepiscopi Lugdunensis et post cardinalis episcopi Albanensis, olim in Francia legati : cui in Pictavia in sua provincia, ut moris est, causa visitationis existenti, allatum est decretum cum sigillis [2] cardinalium; factusque est papa, prout consuetum est, et coronatus Lugduni, cardinalibus, rege Francie [3] et baronibus assistentibus, die dominica post festum sancti Martini hyemalis [14 novembris], cardinalibus advocatis ad diem sue coronationis, vocatusque est alterato [4] nomine Clemens quintus.

Primo anno pontificatus sui Lugduni [15 decembris 1305] decem novos cardinales creavit, et duos de Columpna, Jacobum scilicet et Petrum, de consilio fratrum et regis Francie [5], in statum pristinum revocavit, reddita omnino [6] dignitate cardinalatus.

In coronatione dicti [7] pape, Lugduni, ex casu muri et pressura populi plures lesi fuerunt [8] et nonnulli mortui; ibique fuit mortuus

1. Bertrandi *(sic)*, *C;* Beraldi, *Bal.* — 2. sigillo, *E.* — 3. Francorum, *B.* — 4. altero, *E.* — 5. Francorum, *B.* — 6. eis, *Bal.* — 7. domini, *Bal.* — 8. sunt, *Bal.*

Désignation des manuscrits employés :

A = Bibliothèque nationale de Paris, ms. latin *15011*. fol. 471 r°-482 r°.
B = Bibliothèque nationale de Paris, ms. latin *14626*. fol. 373 r°-383 v°.
C = Bibliothèque nationale de Paris, ms. latin *4949*. fol. 144 v°-148 v°.
E = Bibliothèque de l'Arsenal, ms. *986*, fol. 251 v°-258 v°.

bone memorie Johannes, dux Britanie; cui successit Arturus, primogenitus ejus, nepos regis Anglie ex filia.

Circa Penthecostes [1] [circa 6 junii 1305], apud Belvacum [2], orta est contentio dampnosa et gravis [3] inter episcopum et cives. Episcopusque vi civium [4] ab ingressu urbis impeditus, pluribus in auxilium suum convocatis, suburbium et loca urbi vicina igne succendit et regionem igne [5] et cede multum dampnificavit et urbem, donec per regem Francie [6] primo sedata est contentio ad tempus, et tandem omnino sopita. Mulier quedam tamen de territorio Belvacensi, circa festum sancti Johannis Baptiste [7] [circa 24 junii], fuit Parisius combusta (est [8] ad instigationem episcopi dicti), et miles quidam suspensus [9].

Frater Johannes Parisiensis, de ordine fratrum Predicatorum, subtilis homo et expertus in multis scientiis, actuque regens in theologia, ponens de corpore Christi [10] in sacramento altaris [11] positionem novam et Parisius non consuetam audiri vel poni, ab episcopo Parisiensi, G[uillelmo] de Orillac [12], et magistris et bacalariis [13] theologie [14] pluries auditus, tandem ab archiepiscopo Bituricensi Egidio, et episcopo Ambianensi Guillelmo, et magistris theologice [15] facultatis et multis aliis viris discretis, examinata ejus positione, prohibitus est amplius legere et disputare Parisius. Sed ipse ad curiam appellavit et ivit, et postea ibidem obiit.

Hoc anno per totam estatem maxima siccitas temporis fuit per totam Franciam, fluviique nimis constricti [16] sunt et fontes, adeo quod in profundis putheis vix aqua poterat inveniri.

In mense septembri [25 septembris], Ludovicus, primogenitus regis Francie, Vernone duxit uxorem filiam primogenitam ducis Burgundie ex filia sancti Ludovici, sibi cognatione conjunctam, habita super hoc dispensatione a curia romana [17]. Tuncque datum est [18] eidem Ludovico regnum Navarre, quod ei competebat ex successione materna. Et filius ducis et heres ducatus contraxit ibidem sponsalia cum filia domini Karoli ex herede Constantinopolitani

1. Penthecosten, *C, E.* — 2. Bellvacum, *C.* — 3. et gravis, *omis par B.* — 4. vicinum *(sic)*, *C, E.* — 5. *omis par E.* — 6. Francorum, *B.* — 7. *omis par E.* — 8. et, *E.* — 9. Circa Penthecostes... suspensus, *paragraphe omis par Bal.* — 10. positionem *(sic)*, *ajouté par A.* — 11. in sacramento altaris, *omis par B.* — 12. Dorhac, *E.* — 13. bachalariis, *B, E;* baqualariis, *C.* — 14. in theologia *au lieu de* theologie, *E.* — 15. theologie, *E.* — 16. constracti *(sic)*, *A, B.* — 17. papa *au lieu de* curia romana, *E.* — 18. *omis par A, C, E, Bal.*

imperii primogenita [1], que erat quatuor vel circiter annorum, presentibus patribus et parentibus utriusque et consentientibus.

Clemens V papa, moram faciens Lugduni, ab episcopis et abbatibus Francie, qui habebant negotiari in curia, innumerabilem pecuniam extorsit. Sed rex Francie [2] et fratres ejus baronesque Francorum ipsum invenerunt propitium ac benignum. Clericis Gallicis gratias largas fecit. Circa Purificationem [circa 2 februarii 1306] papa dictus [3] venit Cluniacum, ubi multa dampna fecit. Similiter apud Bituricas et Nivernum fecit expensas immoderatas. Unde ecclesie Francie, coacte facere subsidium, plurimum sunt gravate. Postea Burdegalensem urbem adiens, non est benigne receptus.

Rex et barones Francie, dispositis negotiis, post Natale Domini in Franciam reversi sunt [4]. Et tunc in martio sequenti dux Burgundie obiit Vernone, et sepultus Cistercii cum honore.

In fine anni precedentis et in principio hujus anni [1306], tres cardinales venerunt Parisius, Gentilis, frater Minor, pape penitentiarius, tituli Sancti Martini in Montibus presbiter cardinalis, Nicholausque, frater Predicator, regis Francie condam confessor, tituli Sancti Eusebii presbiter cardinalis [5], et alius quidam Anglicus natione, multique alii nuntii ex parte pape, qui Gallicanam Ecclesiam non modicum gravaverunt ob petitam pecuniam vel expensas.

Eodem anno, primo ver, post estas fuerunt siccitate intemperata; unde dampna terre fructibus provenerunt.

Feria tertia post Ascensionem [17 maii 1306], factum est Parisius maximum et sollempnissimum festum a prelatis regni et civibus Parisiensibus, qui cum maximo apparatu et cereis innumerabilibus grossis, rege presente et fratribus et baronibus regni, conduxerunt capud sancti Ludovici regis, in vase pretiosissimo collocatum, a monasterio Sancti Dyonisii in Francia usque ad capellam regis Parisius, in qua cum ceteris reliquiis repositum est cum honore : quam [6] capellam idem sanctus Ludovicus construi fecerat dum regnabat. Unam quoque costam ejusdem sancti dedit rex Philippus IIIJ ecclesie Beate Marie Parisiensis. Diesque illa tanquam solempnis et festiva habita est a populo Parisiensis urbis, et deinceps sic fieri Parisius est institutum. Pro dicta autem translatione,

1. *omis par B.* — 2. Francorum, *B.* — 3. idem dominus *au lieu de* papa dictus, *Bal.* — 4. reversi sunt in Franciam, *E.* — 5. Nicholaus... cardinalis, *passage omis par B.* — 6. tamen, *ajouté par B.*

procurante rege, a papa, cardinalibus et prelatis data est indulgentia maxima vere penitentibus et confessis.

Eodem anno in die Trinitatis [29 maii 1306], obiit Parisius magister Petrus de Morneio, episcopus Autysiodorensis, qui primo fuerat Aurelianensis, [1] regis Francie consiliarius, vir in multis expertus et in utroque jure peritus excellenter. Cujus corpus sepultum est in majore ecclesia Autysiodorensi cum honore. Eique post aliquot menses successit magister Petrus de Bella Pertica, Parisiensis decanus, vir etiam in utroque jure peritus, et regis Francie sigillifer. Sed tempore [2] brevi, circiter uno anno, prefuit. Vir siquidem satis favorabilis omnibus et benignus.

Tunc in julio, prelati Francie in pluribus locis fecerunt concilia ad deliberandum quid possent facere super gravaminibus que inferebantur, a papa et suis, ecclesiis Gallicanis; consilioque regis et regalium usi sunt in hoc casu.

Eodem anno, rex Francie, Philippus IIIJ, voluit, ut pape Benedicto XJ promiserat condam, monetam suam per regnum suum communiter currentem, duplicium scilicet, emendare; et precipi fecit, circa festum sancti Johannis Baptiste, ubique per urbes et castra regni sui, communi edicto, ita quod in scriptis redactum fuit quod ab instanti Nativitate beate Marie in septembri [8 septembris 1306] omnes contractus sub pretio bone monete, valoris monete currentis tempore avi sui sancti Ludovici, fierent omnesque redditus et locationes domorum hujusmodi [3] moneta bona persolverentur. Unde seditio facta est et multa inde secuta sunt; unde cives Parisienses, precipue pauperes et mediocres, qui domos locabant, propter locationis pretium in triplo augmentatum, contra locantes domos primo conspirationem fecerunt et post contra regem. Nam velud desperati Parisius regem infra Templum, cum suis servientibus, militibus pluribusque baronum et consiliariorum ejus quadam die armati obsederunt, observantes, ne ei, donec loqutus fuisset cum eis pacifice super eo quod querebant (quod rex nolebat, sed subterfugiebat), nichil de victualibus vel [4] neccessariis inferretur. Et propter consilium quoddam quod ipsi regi super hoc contra ipsos cives dicebatur dedisse Stephanus dictus Barbete, civis Parisiensis, et viarius urbis, efferatius conturbati sunt, et commoti [5] convenerunt in unum,

1. et, *ajouté par Bal.* — 2. ipse, *Bal.* — 3. *omis par E.* — 4. et, *B.* — 5. sunt, commoti sunt *(sic)*, *A*, *C*.

unamque domum dicti Stephani extra urbem penitus ignis succendio devastantes, aliam [1] intra urbem, bonis que in ea erant vastatis, plurimum dampnificaverunt adeo quod regem et fratres suos ac barones infra Templum tenebant obsessos, quod vix aliquis ex eis vel eorum famulis audebat ingredi vel egredi. Quod fuit occasio multorum malorum vel incentivum [2], nam rex per manum armatam nobilium fecit violentiam admoveri, eorumque plures occisi sunt, et plures ad arbores urbis vicinas sunt [3] suspensi in die Epiphanie [6 januarii 1307], ut ab omnibus viderentur; ceterorumque plures, qui suspecti habebantur, captos aliquanto tempore fecit in suis carceribus reservari. Omnium tamen suspensorum bona cepit. Aliqui forte [4] innocentes fuerunt suspensi; alii autem, se nolentes committere [5] periculo, fuge presidium quesierunt.

Hoc etiam anno, tempore hyemis, fluminibus Francie inundantibus aquis geluque asperrimo congelante ipsas aquas, glacies [6], postmodum dissoluta calore aeris vel solis, maximum in multis locis fecit detrimentum bonorum. Per frustorum [7] enim glaciei violentiam domus, pontes et molendina, que erant super aquas vel juxta, conquassata sunt penitusque destructa. Parisius quoque in Gravia naves plures, vino et ceteris bonis onuste, cum eis qui intus erant, ex cursus aque violentia, cum glaciei frustis [8] omnia scindentibus, sunt perdite penitus et confracte. Unde plurimi mercatores alienigene sunt multum dampnificati [9].

Hoc etiam anno [1306], in augusto et septembri, omnes Judei, nisi forte pauci qui baptizari voluerunt, de regno Francie sunt expulsi; eorumque bona rex habuit et fecit colligi per ministros, nisi quod cuilibet Judeo data est portio aliqua pecunie pro via extra regnum complenda; quorum multi in itinere mortui sunt pre lassitudine vel dolore.

Tunc papa et cardinales venerunt Pictavim [circa 18 aprilis 1307]; ubi longiorem moram, ut dicitur, quam voluissent fecerunt, rege Francorum et ejus complicibus et ministris illic eos quasi detinentibus violenter. Nam papa, ut dicitur, sub alterius fictione persone aliquando temptavit cum paucis, summariis tamen oneratis argento et auro precedentibus, versus Burdegalam proficisci. Sed a quibus-

1. aliamque domum, *B.* — 2. quod multorum occasio vel incentivum malorum, *A*, *C.* — 3. vicinas sunt, *omis par B.* — 4. tamen, *B.* — 5. *omis par B.* — 6. glacie, *mss.* — 7. frustrorum *(sic)*, *A*, *C.* — 8. frustris *(sic)*, *A*, *C.* — 9. Eodem anno, rex Francie... dampnificati, *paragraphes omis par Bal.*

dam [1] qui pro rege erant agnitus, cum rebus quas illuc volebat transferre, compulsus est Pictavim remeare. Igitur papa, de consilio regis habito Lugduni et cardinalium [2], convocavit per nuntios sollempnes Pictavi magistros Hospitalis et Templi transmarinos; magisterque Templi de Cypro venit Pictavim; sed magister Hospitalis, fortuito bello impeditus [3] in mari (unde per Dei adjutorium optinuit victoriam, nam quamdam insulam vi optinuit), ob hoc non ita cito venit, sed postea quando potuit, et bene se excusavit.

In mense januario [1307], Philippus, regis Francie Philippi IIIJ secundogenitus, duxit uxorem Johannam, filiam Othonis comitis Burgundie de quo supra [4] ex filia R[oberti] comitis Attrabatensis, quam dominus Ludovicus, frater ejus primogenitus, jam dudum fiduciaverat, sed non desponsaverat : quorum nuptie, rege et baronibus Francie nobiliumque innumerabili comitiva [5] presentibus, sunt tunc Corbolii, apud Hospitale, cum gaudio mirabili celebrate.

Hoc anno [7 julii 1307], in finibus Scotie, apud Carcolium [6] obiit Edoardus IIIJ, rex Anglorum, prudens siquidem et fortunatus princeps et in bellis expertus, in multisque bellis periculosis prosperatus, anno vite sue circiter LXXX [7], regni vero sui XXXVJ inchoato, sepultusque Lundoniis [8] in Vestimonasterio [9] cum predecessoribus, in festo sancti Edoardi regis [10] [13 octobris]. Reliquitque tres [11] ingenuos et elegantes filios ex Blancha regina, regis [12] Francie Philippi IIIJ sorore : quorum unus, Thomas nomine, Cornubie comitatum optinuit pacifice, ut dicebant. Ipsi autem Edoardo in regno Anglie et Hybernie filius ejus equivocus, scilicet Edoardus V, ex comitissa Pontivensi successit, jam annos circiter XXV [13] etatis habens.

Circa Pentecosten [circa 14 maii 1307] Philippus rex Francie ivit Pictavim ad papam, illicque et in via diu moram contraxit.

Dominus Ludovicus, regis Francie frater, comes Ebroicensis, audito quod soror sua, quondam Anglie regina, esset orbata marito, de voluntate regis [14] Philippi, fratris sui, et Marie, matris sue, eodem anno ad videndum eam et consolandum cum bona comitiva in

1. quibus *(sic)*, *B.* — 2. regis et cardinalium habito Lugduni, *Bal.* — 3. est, *ajouté par Bal.* — 4. de quo supra, *omis par Bal.* — 5. et *(sic)*, *A;* a *(sic)*, *C.* — — 6. *lege* Carlolium, *Bal.* — 7. *lege* LXIX. — 8. sepultus est Londonii, *E.* — 9. Vestmonasterio, *Bal.* — 10. *omis par B.* — 11. tres, *omis par Bal.;* reliquit et tres, *C;* reliquitque tres elegantes filios, *E.* — 12. regi, *A*, *B*, *C.* — 13. *lege* XXIII. — 14. *omis par B.*

Angliam transfretavit, satisque benigne susceptus est a novo rege ipse et sui, et [1] a sorore libentissime visus.

Magister Bertoldus de Sancto Dyonisio, episcopus Aurelianensis, vir subtilis et in multis scientiis expertus et famosus, obiit; eique postea successit magister Nicholaus dictus Grosparmi, clericus regis, multum expertus in jure.

[Anno 1307] cum rex Philippus pro se et filiis suis quemdam militem, nomine Fortinum [2], constituisset regni Navarre rectorem, ipse propter absentiam longam regis et Francorum locorumque distentiam, ambitione et elatione commotus, paulatim cepit aspirare ad regnum, principum ac [3] nobilium civiumque patrie corda allicere, ut pro se essent in hoc casu; fueruntque ei fere omnes faventes, preter illos nobiles et cives qui erant de urbe que Stella vocatur vel [4] de confiniis ejus; fecitque omnes complices et fautores suos jurare quod hoc secrete celarent et nemini revelarent. Sed quidam miles patrie innotuit regi et ejus secretariis hoc intentum; supplicavitque [5] cum quibusdam aliis nobilibus fidelibus regi quatinus ipse vel rex suus illuc iret regnum accepturus pariter et coronam. Hoc igitur [6] anno, in julio, misit rex primogenitum suum Ludovicum in Navarram cum Galchero de Castellione, Francie constabulario et comite Bononie [7], aliorumque bona et fideli comitiva. Qui habito adjutorio et conductu senescallorum regis Francie et nobilium vie per quam transibant, secundum preceptum regis, post aliquantulam moram in aliquibus locis pro consilio habendo, tandem sine bello, saltem aperto, regnum optinuit de facto quod sibi de jure debebatur, et fuit solempniter, ut moris est et decens, in regem Navarre Pampilonie coronatus. Secumque rediens adduxit dictum proditorem Fortinum [8] et quosdam alios sui complices usque Tolosam carceri mancipandos. Sicque confirmatus in regno ab omnibus, et receptis homagiis nobilium, Franciam reversus est prospere [at]que gaudenter.

In octobri [9] decessit episcopus Autyssiodorensis, magister Petrus de Bella Pertica. Cui post vacationem plurium mensium successit magister Petrus de Gressibus, cantor Parisiensis. Sed quia non erat sacerdos [10], se fecit ordinari.

1. etiam, *E.* — 2. Fortium, *B;* Fortunium, *Bal.* — 3. et, *E.* — 4. de dol *au lieu de* vel, *B.* — 5. suppicavit *(sic)*, *A*, *C;* suspicavit *(sic)*, *B;* que, *omis par E.* — 6. ergo, *B*, *E.* — 7. *lege* Bolonie. — 8. Fortunium, *Bal.* — 9. In mense octobris, *B.* — 10. erat presbiter sive sacerdos, tunc se, *B.*

Tunc [1] in [2] crastino sancti Dyonisii [10 octobris 1307], apud Sanctum Audoenum [3], juxta Sanctum Dyonisium, obiit imperatrix Constantinopolitana, uxor domini K[aroli], comitis Valeie et Andegavensis [4], et apud fratres Predicatores Parisius cum honore sepulta est.

In crastino, feria sexta, IIJ ydus octobris [13 octobris 1307], accidit casus mirabilis ab antiquis temporibus inauditus. Magister scilicet transmarinus Templi, qui [5] de Pictavia, ubi diu fuerat, in Franciam venerat, papa autem et [6] cardinalibus hoc jam dudum tractantibus et ordinantibus et regi Francorum executionem tradentibus, captus est Parisius apud Templum; et omnes Templarii regni Francie ex improviso capti fuerunt eadem die et diversis carceribus mancipati. Ex quo mirati sunt universi, curia romana hoc ordinante, rege precipiente, domino Guillelmo de Nogareto [7] milite et Reginaldo de Roy [8] exequentibus. In domibus autem eorum ex parte regis positi sunt custodes, qui ei et pape, tempore et loco, de bonis eorum mobilibus et immobilibus redderent rationem. Causa autem captionis eorum fuit re vera vitii [9] hereseos, blasfemie, et contemptus Christi ac fidei christiane, et sodomie impositio. Quod fuit scitum diu ante per aliquos magnos ordinis sui, et per quosdam nobiles et ignobiles qui Templarii fuerant, ut putatur, quos dominus G[uillelmus] de Nogareto [10], captos in diversis partibus regni Francie, fecit ad testificandum adduci, et Corbolii in carcere reservatos diu et secretissime custodiri; cujus custodie preceptor et dispositor erat frater Ymbertus, Predicator et regis confessor. Hi se opponebant viriliter et audaciter ad probandum crimina pretacta esse in eis etiam ex eorum professione communi. Et detenti fuerunt Corbolii usquequo magister et alii capti fuerunt, et dicta crimina saltem pro parte recognoverunt. In crastino captionis eorum, die scilicet sabbati [14 octobris 1307], congregatione facta in capitulo ecclesie Beate Marie Parisiensis magistrorum Universitatis et canonicorum ejusdem ecclesie, dictus G[uillelmus] de Nogareto [11] cum preposito Parisiensi et quibusdam aliis regis ministris, ipse dominus G[uillelmus], cui principaliter commissum erat negotium, totum factum retulit, et quinque casus enormissimos

1. *omis par B.* — 2. *omis par E.* — 3. Audonenum, *A*, *B*, *C.* — 4. Valesiae et Andegaviae, *Bal.* — 5. *omis par B.* — 6. venerat, quibusdam autem de, *C;* venerat, quibusdam de, *Bal.* — 7. Longareto *(sic)*, *mss.* — 8. Roye, *B*, *Bal.* — 9. vitium, *Bal.* — 10. Longareto, *mss.* — 11. Longareto, *mss.*

in quibus accusabantur narravit : videlicet quomodo in sua professione, facta semper de nocte, Christum abnegabant, [1] ejus ymaginem conspuebant et conculcabant, et capud quoddam cum inclinatione et reverentia adorabant; receptorem suum in tribus locis osculabantur; sacerdotibus ordinis precipiebatur ne in hora consecrationis corporis Christi in missa sua verba consecrationis proferrent, et ne cum mulieribus coirent, sed ad invicem hoc facerent, et alter alteri non negaret. Item die dominica sequenti, ydus octobris [15 octobris 1307], publicus [2] sermo factus est in viridario regis; ubi primo a fratribus, postea a regis ministris, causa captionis eorum intimata est et predicti casus tacti, ne populus scandalizaretur de eorum tam subita [3] captione : erant quippe potentissimi divitiis et honore. In quo sermone fuerunt populus et clerus omnium parrochialium ecclesiarum [4] Parisiensium. Postea congregatione generali omnium magistrorum et scolarium cujusque [5] facultatis facta apud Templum, magister transmarinus adductus et quidam alii coram omnibus confessi sunt quosdam articulorum predictorum, et dixerunt [6] aliqui eorum quod credebant hunc modum professionis sue maledicte cepisse jam erant quadraginta anni et amplius, et hactenus [7] fuerat occultatum. Item, in alia congregatione, coram Universitate, magister et alii plures totum [8] simpliciter sunt confessi, et magister pro toto ordine. Item, elemosinarius regis et [9] thesaurarius Templi Parisiensis hoc etiam recognoverunt [10]. Unde positi sunt in carceribus sequestratim; quidam in ipso Templo, ubi fama referebat [11] plures mortuos fuisse pre inedia vel cordis tristitia vel ex desperatione suspendio perisse [12]. Alii apud Luparam ducti sunt, alii alibi, secundum regis imperium et ministrorum regalium voluntatem. Postea magister transmarinus et tres alii magni viri condam [13] ducti sunt apud Corbolium, et ibidem in ipsa domo regia in carcere sigillatim servati. Elemosinarius autem regis et magistri quidam locorum Francie apud Moretum sunt ducti, et alii ad alia loca destinati, donec secundum judicium romane curie [14] expedirentur. Dicebatur autem quod papa, captione Templariorum per totum regnum audita[15], primum[16]

1. et, *ajouté par B.* — 2. publice, *E.* — 3. subitanea, *Bal.* — 4. ecclesiarum parochialium, *E.* — 5. cujuscumque, *E.* — 6. quidem, *ajouté par E.* — 7. et hactenus, *omis par B.* — 8. *omis par E.* — 9. *omis par Bal.* — 10. recognovit, *Bal.* — 11. ut fama preferebat, *B.* — 12. periisse, *Bal.* — 13. tandem, *E.* — 14. curie romane, *E.* — 15. audita *placé avant* captione *par B.* — 16. plurimum, *Bal.*

turbatus est, quia rex hoc videbatur nimis festinanter et quasi precipitanter [1] egisse. Ob hoc ei primo impetu displicebat. Sed postea placuit et captionem approbavit, ita tamen quod rex absque judicio pape et curie romane [2] executioni non presumeret demandare. Et ob hoc rex in suis parlamentis Meleduni [3] et alibi de hoc sollicite tractabat cum principibus et prelatis.

Hoc anno venit magister Hospitalis transmarinus Pictavim et inde postea in Franciam venit ut loca Hospitalis [4] visitaret et fratres sibi subjectos; a papaque et curia similiter et a rege Francie et aliis receptus est cum honore; mansitque hic et ibi diu. Cumque papa esset Pictavis [5], data est pro transfretatione indulgentia maxima IIJ idus augusti [11 augusti 1307], de qua infra.

Eodem anno, scilicet [6] in januario, in die Conversionis sancti Pauli [25 januarii 1308], Edoardus V, rex Anglie, desponsavit, romana curia consulente et procurante propter bonum pacis, filiam regis Francie Philippi IIIJ, nomine Ysabellam, que ei ducta est honorifice, prout decebat, a nobilioribus proceribus usque Bononiam [7], ubi patre fratribusque suis K[arolo] ac Ludovico comitibus, fratribusque dicte Ysabellis Ludovico rege Navarre, qui redierat nuper de Navarra, Philippoque et Karolo et tota nobilitate Francie presentibus, sunt nuptie sollempniter celebrate, pluresque barones [8] ipsam adduxerunt usque in Angliam, et [9] a rege Anglie et nobilibus cum ingenti gaudio sunt recepti. Erat autem dicta Ysabellis circiter duodecim annorum.

Tunc etiam [10] rex Francorum [11], Philippus IIIJ, dedit uxorem Karolo tertiogenito suo alteram filiam Othonis, condam comitis Burgundie, ex filia comitis Attrabatensis R[oberti], quorum nuptie sunt [12] apud Hedin, astantibus amicis utriusque regeque presente, sollempniter celebrate.

Eodem anno domina Margareta, relicta Edoardi IIIJ, venit in Franciam, tribus filiis suis sub custodia dimissis; mansitque cum matre sua Maria aliquanto tempore in terra sue dotis.

Filius primogenitus comitis Sabaudie duxit uxorem filiam ducis Burgundie secundogenitam. Johannes etiam de Namurco, in augusto, duxit uxorem filiam comitis Clarimontis, filii sancti Ludovici.

1. hoc, *ajouté par B.* — 2. romane curie, *B.* — 3. Melduni, *E.* — 4. Hospitalariorum, *E.* — 5. Pictavi, *B.* — 6. *omis par B, Bal.* — 7. *lege* Boloniam. — 8. baronum, *B.* — 9. ubi *au lieu de* et, *Bal.* — 10. et, *E.* — 11. *omis par E.* — 12. fuerunt, *E.*

Relicta K[aroli] primi, condam Sicilie regis, obiit, domina nobilis et devota, filia condam comitis Nivernensis. Rex quoque Alemanie Albertus obiit [1].

[Anno 1308] cum [2] papa Pictavi diu cum curia resedisset, rex se movit de Francia ut eum visitaret et cum eo et cardinalibus loqueretur de multis, precipue de negotio Templariorum; fecitque parlamentum nobilium et ignobilium de cunctis regni sui castellaniis [3] et urbibus Turonis congregari, consilium habiturus, antequam ad papam accederet, quid de Templariis fieri secundum eorum confessionem deberet [4]. Diesque assignata est [5] omnibus qui fuerant invitati mense proximo futuro post diem Pasche. Intendebat enim rex sapienter agere. Et ideo volebat hominum cujuslibet conditionis regni sui habere judicium vel assensum, ne posset in aliquo reprehendi. Unde proponebat non solum reportare secum deliberativum judicium nobilium et litteratorum, sed et [6] civium et laycorum : qui personaliter illuc comparentes, fere omnes dixerunt communiter eos esse merito [7] reos mortis. Parisiensis etiam Universitas, precipue [8] magistri in theologia requisiti expresse suam dare sententiam vel censuram et mittere confessionem magistri Templi et quorumdam aliorum magnorum, sabbato post Ascensionem Domini [25 maii 1308] facta congregatione generali, per manum tabellionis scriptam dictam confessionem regi mandaverunt et copiam litterarum magistri Templi, quibus omnibus suis fratribus [9] intimabat quod hec et hec fuerat confessus, et quod idem confiterentur omnes velud [10] antiquo decepti errore, mandaveruntque regi [11] standum esse curie romane censure, que specialiter habet de religiosorum actibus et heresibus seu criminibus enormibus judicare. Tunc rex ivit Pictavim fratrum ac filiorum [et] consiliariorum discretorum comitiva munitus. Fuitque ibi pretactum negotium, factis allegationibus et rationibus pro parte pape, et responsionibus pro rege, rationibusque et replicationibus multis utrinque, coram cardinalibus cleroque et ceteris qui aderant morose discussum. Tandemque conventum est inter eos quod rex bona eorum omnia levaret seu levari faceret fideliter per ministros et servaret ea usquequo papa cum ipso rege deliberasset [12] quid agi expediret, sed puni-

1. Filius... obiit, *paragraphe omis par Bal.* — 2. que, *ajouté par E.* — 3. castellanis *(sic)*, *B.*— 4. dederet, *A*, *C*; dederat, *B.*— 5. est assignata, *Bal.*— 6. etiam, *E.* — 7. *omis par E.* — 8. etiam, *ajouté par E.* — 9. fratribus suis, *Bal.* — 10. ab, *ajouté par B.* — 11. Francie, *ajouté par E.* — 12. deliberassent *(sic)*, *A*, *B*, *C*.

tionem corporum rex non faceret sine papa, corpora tamen eorum servari faceret, sicut fecerat, et de proventibus domorum Templi sustentari usque ad concilium generale futurum, corpora tamen eorum ex tunc ponebat papa in manu sua. Illuc quoque, antequam rex in Franciam remeasset, ducti fuerunt [1] magister transmarinus Templi et plures alii, qui voluntatem pape et regis audierunt, sed post breve tempus sunt ad pristinas prissines reducti usque ad concilium generale, quod tunc ordinatum est fore Vienne post duos annos in octabis Omnium Sanctorum; et ex tunc invitari [2] cepit a papa quantum ad remotiores partes orbis in quibus christianitas viget. Postea, longa mora contracta Pictavi, et eundo ac redeundo, rex et sui in Franciam redierunt. Papa quoque circa augustum, concilio generali ordinato et quibusdam aliis negotiis cum rege Francie et aliis expeditis, aliquibusque dilatis vel suspensis, de Pictavi recessit; curiaque soluta et cardinalium [3] pluribus licentiatis, et aliquot secum ductis, in Wasconiam ivit, habitans satis prope Burdegalensem urbem; et cardinales qui secum erant in loca vicina [4] vel propinqua suam habitationem fecerunt.

Circa hoc tempus captus est dominus de Ulneto prope Corbolium, miles satis nobilis et dives, et ductus Parisius in Castelleto [5], districtoque carceri mancipatus. Capti etiam sunt [6] alii pro eadem [causa] et ibidem incarcerati. Que quidem causa fuit quia uxorem suam nobilem dominam, moribus gratiosam, filiam domini Mathei de Tria senioris, que in nuptiis regis Anglie Edoardi V nuper Bononie [7] celebratis fere pre cunctis aliis dominabus de morum venustate et decore corporis ab omnibus fuerat commendata, ob amorem inordinatum sue concubine procuraverat veneficiis vel maleficiis, post reditum a nuptiis dictis, occidi vel extingui secundum judicium medicorum. Ob hoc igitur [8] dicta concubina et quedam alie criminis hujusmodi fautrices et ree, Parisius ducte, vitam turpiter amiserunt ignis combustione vel subterratione, prout digne erant.

Sabbato post Ascensionem Domini [25 maii 1308] fuit in multis locis regni Francie periculosa nimis [9] et admodum dampnosa tempestas, primo flante vehementissime vento, comitanteque turbine crudelissimo grandineque, grosso et [10] spisso et [11] nocivo; ac demum

1. sunt, *Bal.* — 2. intimari, *Bal.* — 3. cardinalibus, *B, E.* — 4. vicinia *(sic)*, *B.* — 5. Castelletum, *E.* — 6. sunt etiam, *Bal.* — 7. *lege* Bolonie. — 8. ergo, *B, E.* — 9. nimis periculosa, *B.* — 10. *omis par B.* — 11. ac, *E.*

est aquarum habundans nimis, quasi quoddam particulare diluvium, ex pluvia in plerisque locis, precipue circa vesperas, copia subsequta. In illis itaque locis, in quibus pretacta tempestas prevaluit, veluti in Parisiensi dyocesi, versus Caprosiam et Castrum Forte et aliis partibus multis, segetes, vinee, herbe tenereque arbores in silvis et ortis, grandinis grossi spissim cadentis pondere, ad terram sunt prostrate penitus et vastate. Nonnulle etiam arbores ingentes et grosse, velud nuces procere et ulmi, radicitus sunt avulse, radicibus sursum elevatis et remotis a terra. Tunc turris parrochialis ecclesie de prefata bona villa, que Caprosia dicitur, prostrata ad terram cecidit ex venti impetu vehementis. Aliqua quoque plura tunc contigisse narrantur que ex aeris fieri [1] intemperie vel flatu ventorum non solent, sed a dyabolo procurari, Deo permittente [2].

K[arolus] comes Valeie [3], frater regis, duxit uxorem filiam comitis Sancti Pauli; et primogenitus Hugonis condam comitis Blesensis, comes scilicet futurus, duxit uxorem filiam dicti comitis [4] Karoli ex uxore sua defuncta, herede imperii Constantinopolitani [5]. Robertusque filius domini Philippi Attrabatensis, genitus ex Blancha, filia Johannis Britanie ducis, duxit uxorem tertiam filiam ducis Burgundie jam defuncti [6].

Dominica ante festum sancti Dyonisii in octobri [6 octobris 1308] facta congregatio populi et cleri in virgulto regis, quia jam captus fuerat et apud Luparam Parisius arto carceri mancipatus [7] Guichardus episcopus Trecensis, primum in abbatia ejusdem urbis de ordine sancti Benedicti monachus et post abbas, postea factus presul, pro eo quod dominus Ludovicus, rex Navarre, ob suspicionem exortam et inquisitionem postmodum rite factam invenerat eum, ut dicebatur, suspectum de obitu matris sue, que dicebatur veneficiis vel invocatione defuncta. Quidquid fuerit, predictus episcopus Trecensis, nullius privilegii fretus vel fultus juvamine, turpiter est detentus in carcere, longoque tempore reservatus.

Dissentione orta inter nobiles viros, sed etate juvenes novosque milites, Odardum [8], dominum Montisacuti, et Erardum, dominum Sancti Verani, natione Burgundos, commissum est bellum ipso die

1. *omis par B.* — 2. Sabbato... permittente, *paragraphe omis par Bal.* — 3. Valesie, *B, Bal.* — 4. Blesensis... comitis, *passage omis par B.* — 5. Constantinopolitani imperii, *E.* — 6. Robertusque... defuncti, *passage omis par Bal.* — 7. fuerat, *ajouté par B.* — 8. Odordum, *mss.*

sancti Dyonisii [1] in octobri [9] in comitatu Nivernensi, sed in dyocesi Autysiodorensi, ubi multi affuerunt pugnantes vel pugnare parati, ex utraque parte viri nobiles et famosi. Porro pro Erardo de Sancto Verano erant ejus benivoli [2] amici comes Sacri Cesaris, Droco de Melloto, Milo de Noderiis [3] custos Campanie et Brye; dominus quoque de Pisiaco, milites et alii multi. Pro Odardo vero [4] de Monteacuto erant in illo procinctu dalfinus Alvernie, filius comitis Bononie [5], dominus Beraudus [6] de Marcolio, tres quoque fratres de Vienna vocati, et alii plures. Tunc autem in fine belli prevaluit Erardus, et sui reportaverunt triumphum. Dominus tamen [7] Droco de Melloto prefatum [8] dominum Beraudum de Marcolio cepit in bello, qui non voluit se ei reddere, sed se reddidit comiti Sacri Cesaris. Verumtamen quia absque regis licentia pugnaverunt infra regnum, rex fecit Erardum et coadjutores suos captos in Francia detineri. Domini Droco de Melloto et frater ejus apud Hospitale juxta Corbolium aliquo tempore sunt detenti, comes quoque Sacri Cesaris Erardusque prefatus, pluresque alii de parte illa. Meleduni fuerunt per aliquot menses reservati [9].

[Anno 1308 [10]] Alberto, regi Alemanie, per electionem solitam [11] successit Henricus, comes Lucemburgi, juvenis, sed strenuus in armis.

Magister Petrus de Gressibus, condam cantor Parisiensis, vir nobilis genere et in utroque jure peritus, frater scilicet Johannis de Gressibus, militis, Francie marescalli, Campanie Brieque cancellarius et Navarre, in festo sancti Thome apostoli [21 decembris 1308], a Guillelmo, Parisiensi episcopo, fuit [12] sacerdos apud Montem Lethericum [13], et postea dominica prima [14] januarii, videlicet in vigilia Epyphanie [5 januarii 1309], cum honore Parisius est in episcopum Autyssiodorensem consecratus; illaque die fecit convivium festivum et sollempne apud fratres Minores.

Tunc obiit Parisius filia comitis Clarimontis, filii sancti Ludovici regis, dieque martis prima mensis februarii [15] [4 februarii 1309] apud fratres Minores est [16] humata [17].

1. sancti Dyonisii, *omis par B.* — 2. vel, *ajouté par A, C, E.* — 3. Moderiis *(sic)*, *E.* — 4. *omis par E.* — 5. *lege* Bolonie. — 6. Berardus, *E.* — 7. autem, *E.* — 8. prefatum dominum Beraudum... Melloto, *passage omis par B.* — 9. Dissentione orta... reservati, *passage omis par Bal.* — 10. *en marge*, MCCCIX *(sic)*; MCCCIX, *Bal.* — 11. solitam electionem, *B.* — 12. fit, *Bal.* — 13. Lentherium, *B, E.* — 14. infra *(sic)*, *A, C, E;* prima feria, *B.* — 15. dieque prima mensis februarii martis, *A, C;* die martis primaque die mensis februarii, *B.* — 16. honorifice inhumata, *E.* — 17. Tunc obiit... humata, *paragraphe omis par Bal.*

Circa idem tempus indulgentia valde magna transfretantibus in subsidium Terre Sancte vel pecuniam suam largientibus, quam papa anno Domini MCCCVIJ, nj [1] ydus augusti, Pictavis concesserat [*voyez supra, p. 10*], et magistrum Hospitalis [2] transmarini [3] executorem seu receptorem constituerat, est per regnum Francie publicata.

In principio veris venit papa de Burdegala, ubi hyemaverat, Avinionem; ibique in domo fratrum Predicatorum pro se diligenter parata habitans, longo tempore in eadem [4] urbe mansit; sequtique sunt eum cardinales. Et fuit ibi curia usquequo eundum [5] fuit ad [6] concilium generale; quod inquam concilium, tunc [7] habita deliberatione [8], retardatum est usque ad annum Domini MCCCXJ, nuntiique super hoc intimando sunt [9] per omnes provincias christianitatis directi.

Rex Sicilie Karolus IJ obiit post Pascha, anno regni sui XXJ [6 maii 1309], pluribus liberis superstitibus sexus utriusque relictis; quorum primogenitus est postmodum eodem anno [3 augusti 1309] a papa et [10] cardinalibus consentientibus, Avinione, in regem Sicilie coronatus. Filiarum autem prefati Karoli una erat Arragonie regina domini Jacobi uxor, alia Sicilie domina, uxor [11] Frederici, et alia filii regis Majoricarum uxor, altera [12] principi Tarentino de heredibus Sabaudie desponsata.

Johannes, juvenis comes Hanonie, contra quosdam Flandrenses et alios ei injuriari volentes, hoc anno et precedenti, dicitur mirabiles egisse probitates.

Beraldus de Marcolio, pro causa pretacta a rege detentus in custodia a qua sine licentia regis [13] recesserat, rediens cum domino K[arolo], fratre regis, se regie voluntati submisit, et Meleduni est regia jussione [14] detentus donec postmodum, eodem anno, circa finem septembris, ductus ad regem, Poissiaci, amicis intervenientibus, facta emenda et conditionibus appositis, reconsiliatus est regi.

Circa Ascensionem Domini [circa 8 maii 1309], Flandrenses reconciliationem diu postulatam impetraverunt a rege, pluribus tamen conditionibus adjectis quarum una [15] fuit quod omnes forte-

1. *omis par E.* — 2. Hospitalariorum, *E.* — 3. transmaritani, *B.* — 4. in eadem, *omis par C.* — 5. eundum, *omis par B;* eundem, *E, Bal.* — 6. *omis par B.* — 7. *omis pàr B.* — 8. deliberatione habita, *B.* — 9. tunc, *C, Bal.* — 10. *omis par Bal.* — 11. alia Sicilie domina, uxor, *omis par E.* — 12. alia, *B.* — 13. regis licentia, *E.* — 14. voluntate, *B.* — 15. *omis par A, B, C.*

rescias ac [muros?] opulentarum villarum Flandrie que possent contra regem et Francos, juxta morem et opinionem hominum probabilem, postea rebellare, ipsi Flandrenses everti facerent propriis sumptibus indilate : quod fecisse dicuntur satis brevi tempore interjecto [1].

Eodem anno in Pascha [30 martii 1309] obiit Stephanus Bequart, archiepiscopus Senonensis, cum prefuisset dicte sedi annis circiter sexdecim. Et eodem anno Philippus de Marrigniaco, natione Northmannus, de Cameracensi episcopatu translatus est per papam et regem ad metropolitanam sedem Senonensis ecclesie [2]. Et successit ei in episcopatu Cameracensi Petrus de Merapicio, prius episcopus Magalonensis [29 julii 1309].

Eodem tempore, post augustum, fuit bellum in Hyspania. Rex namque Castelle, nomine Alfunsus, filius domini Sansonis, contra quosdam reges Sarracenorum [3] pugnavit cum exercitu suo. Et cum quidam christiani, inter quos erat episcopus Sibile [4], cum paucis pro preda cum hostibus subito irruentibus confligerent, a Sarracenis fugati et devicti sunt [5]. Sed brevi elapso tempore in majori prelio habuerunt christiani victoriam. Tuncque filius regis Garnade [6] et frater ejusdem cum multis aliis Sarracenis a christianis Hyspanie, et precipue a rege Arragonie Jacobo, et a filio regis Majoricarum, devicti sunt, dictis filio regis Garnade [7] et fratre occisis, aliisque omnibus captis vel occisis vel vix per fuge presidium[8] liberatis.

Henricus rex Alemannie jam dudum [9] a paribus Alemannie in imperatorem Romanum electus, et ab eis pape et cardinalibus propter hoc implendum seu confirmandum presentatus, prout moris est, hoc anno [1309] habuit consensum eorumdem habendi imperii dignitatem, si aliorum, ad quos de consuetudine pertinebat eum recipere, posset favorem optinere.

Hoc [10] anno [MCCCIX][11] prelati Francie ex pape precepto quilibet in sua diocesi fecerunt de Templariis inquestas sollempnes.

Die sabbati, pridie kalendas februarii [31 januarii 1310], circa meridianam horam, in XVIIJ° gradu Aquarii, facta [est] solis particularis eclipsis, prescita et predicta multis ante diebus a qui-

1. Johannes, juvenis... interjecto, *paragraphes omis par Bal.* — 2. ecclesie Senonensis, *Bal.* — 3. Sarracenos, *E.* — 4. Sibille, *B.* — 5. sunt, *omis par A, C; mis avant* fugati *par B.* — 6. Granade, *Bal.* — 7. Granade, *Bal.* — 8. subsidium, *Bal.*— 9. et a papa conseeratus Pictavi *(sic), ajoutés par B; mis en marge sans renvoi dans A; mis après* moris est *dans E; omis par Bal. et C.* — 10. *omis par Bal.* — 11. MCCCX, *Bal.; dans A la date est en marge sans renvoi.*

busdam clericis Parisiensibus expertis in astronomie facultate. Et tempore subsequenti, circa medium martii, circa auroram, apparuit in medio orbis lune crux rubea cum tribus circulis quorum major erat albus, medius rubeus, tertius (qui et minor) niger erat, prout videbatur aliquibus qui se vidisse sic asserebant [1].

Eodem anno [1310], inter Pascha et Penthecosten, inquisitione sufficienti facta de Templariis tam ab illis octo quibus specialiter hoc erat commissum quam a prelatis Francie in locis suis, et nullo contingentium, ut arbitramur, omisso, sunt plurimi Templariorum in diversis partibus regni seu provinciis, coram clero et populo, in locis publicis, velud rei criminum supratactorum [2] ab archiepiscopis traditi justitie seculari; quorum quidam erant sacerdotes, sed ibidem degradati, positi sunt in numero ceterorum. Sunt itaque per manum justitie secularis infra brevem moram Parisius combusti. Nempe, ut ferunt, tunc fuerunt quinquaginta quatuor incendio concremati, et similiter alibi multi, et merito, prout plurimis videbatur. Eorum autem quidam sunt iterum in carcere detenti quousque deliberatio plenior haberetur. Quidam autem, vestibus illius religionis abjectis et secularibus assumptis, sunt absoluti et liberi dimissi. Nam illi qui prefatos casus enormes de se et de aliis primo [3] confessi sunt et postea negaverunt, velud prolapsi combusti sunt. Qui autem nunquam voluerunt fateri, in carce-

1. Die sabbati... asserebant, *paragraphe omis par Bal. Après* asserebant *suit dans B le paragraphe suivant :*

Hoc anno [1311], Ludovicus, filius comitis Flandrie, comes Nivernensis, accusatus apud regem Francorum in pluribus criminibus lese majestatis que videbantur esse notoria, et ideo incarceratus fuit primo apud Moretum, deinde ductus Parisius. Et, cum esset ibi in carcere vel in custodia, venit ad eum Enjorianus de Marigniaco, dixitque ei : *Domine comes, non curetis de vestro comitatu, quia rex magnam gratiam vobis faciet, si vivere vos permittat.* Comes igitur sic tristatus cepit cogitare quo modo posset evadere. Venit ergo dies Epiphanie [5 januarii 1312] quando reges fabarum fiunt. In vigilia se letum magis simulavit et, facto rege, vinum in habundantia custodibus suis tribuit. At illi, nisi letitiam advertentes, usque ad ebrietatem biberunt; et, eis sompno oppressis, comes et ejus socius, equos, qui diu quieverant, ascendentes et de Parisius exeuntes, in prima illius diei apud Compendium fuerunt, ubi, equis mutatis, quia fautores habebant, tandem infra paucos dies in Flandriam devenerunt.

Dans A une main postérieure a inséré ce paragraphe sans renvoi au bas du folio 477 v°. Dans E il est placé après liberi sunt dimissi; *voyez infra, p. 18. Il est omis par C.* — 2. supradictorum, *E.* — 3. publice, *Bal.*

ribus detinentur. Qui vero primo confessi sunt et semper confitentur, penitentes et veniam postulantes liberi sunt dimissi.

Eodem anno quidam canonici Meldenses capti sunt et in carceribus reservati, quia de nocte, hora [1] scilicet matutinorum, quosdam concanonicos suos invaserant [2] proditione et occiderant [3] quemdam clericum ob defensionem eorum. Ipsorum autem incarceratorum duo infra anni spatium sunt in carcere mortui et tertius, aliquanto tempore detentus cum austeritate victus, vitam habuit longiorem [4].

Ludovicus, primogenitus regis Francie, rex Navarre, duxit in junio validum Francorum exercitum in Burgundiam contra archiepiscopum Lugdunensem, regi, patri ejus, prout [5] videbatur, rebellem, cumque captum adduxit circa festum [6] Marie Magdalene [22 julii 1310]; coegitque eum [7] parere regie potestati.

Tertio ydus augusti [11 augusti 1310], tertia feria, ante auroram, circiter una hora, in vigesimo octavo gradu Leonis circa pleniluniun facta [est] evidens lune eclipsis [8].

Tunc erant duo cardinales in Francia, frater Nicolaus Normannus, quondam regis Francie confessor, et quidam alius, qui de quibusdam negotiis, puta de Templariis et de episcopo Trecensi, de quo supra aliquantulum [9], tractaverunt. Sed hec et alia sunt determinationi generalis concilii reservata.

In septembri duxit uxorem dominus Ludovicus Clarimontis [10], filius filii sancti Ludovici, sororem juvenis comitis Hannonie : quorum nuptie facte sunt [11] apud Pontisaram sollempniter et festive.

Hoc [12] anno [MCCCXJ] [13], ut dicitur, in die Epyphanie, fuit Henricus rex Alemannie et jam imperator vocatus, Mediolani, prout imperatorum moris est, coronatus [14].

Post Pascha obiit Blancha, uxor domini Ludovici comitis Ebroicensis, fratris regis, et est Parisius in domo fratrum Predicatorum sepulta [15].

1. *placé après* scilicet *par E.* — 2. invaserunt, *E.* — 3. occiderunt, *E.* — 4. Eodem anno... longiorem, *paragraphe omis par Bal.* — 5. ut, *B.* — 6. sancte, *ajouté par E.* — 7. *omis par E.* — 8. Tertio ydus... eclipsis, *paragraphe omis par Bal.* — 9. aliqua tulimus, *Bal.* — 10. Clarimontensis, *B.* — 11. *omis par A, C;* sunt facte, *E.* — 12. *omis par Bal.* — 13. *en marge, d'une main postérieure.* — 14. Nota quod coronatur argentaria Aquisgrani, ferrea Mediolani, aurea Rome, *mis au bas du folio 178 r° dans A; annotation d'une main postérieure.* Henricus imperator coronatur... *en marge dans B. C n'a aucune annotation.* — 15. Post Pascha... sepulta, *paragraphe omis par Bal.*

Eodem anno archiepiscopus Narbonensis [1], consiliarius et magister curie regis Francie, de sede Narbonensi translatus est ad Rothomagensis ecclesie presulatum [5 maii 1311].

Die veneris quadam, in medio junii, circa Senonensem urbem, grando immense quantitatis decidens territorium illud dampnificavit multum: et sequenti ebdomada [2], pluvia frequens et spissa, subito tonitruum sequens, et deinde tempestates et illuvies aquarum in pluribus regni Francie [locis?] domibus ac temporalibus bonis dampna non modica intulerunt, adeo ut in multis locis domus, aquis contigue vel propinque, de locis suis expulse fuerint vel prostrate [3].

Eodem anno [1311] duxit Guido, juvenis comes Blesensis, uxorem unam filiarum domini Karoli, fratris regis, circa Magdalenam, eorumque nuptie cum magno festo Silvanectum [4] sunt facte [5].

Eodem anno [MCCCXJ] [6] venit imperator Romam corona aurea coronandus. Cui venit obviam rex Sicilie Robertus, obsidens eum infra urbem. Mandaverat autem dictus rex imperatori petenti homagium ab ipso quod nichil tenebat ab eo, et quod regnum suum progenitores sui cum gladio de voluntate Ecclesie acquisierant [7] et propter defectum imperatoris qui tunc vivebat, qui contra Ecclesiam rebellavit, et quod, si versus Romam procederet, ei viriliter obviaret. Fuit igitur gravis inter eos insultus [8], et ex utraque parte plurimi ceciderunt, tamen plures ex parte imperatoris. Tamen victoria sibi cessit [9], ita quod regem oportuit terga dare. Quibusdam autem mediatoribus [10] in[ter]venientibus [11] treuge sunt inter eos confirmate.

Eodem anno papa tenuit concilium in Vienna, in quo fuit de Templariis ordinatum, et redditus eorum Hospitalariis assignati in subsidium Terre Sancte. Ibi fuit magna altercatio de exemptis, quia prelati petebant quod exempta collegia, tam religiosa quam secularia, eorum regimini subderentur. Sed noluit papa [12] consentire. Dicitur a pluribus quod pro extorquenda pecunia concilium fuit factum. Ibi facta fuit constitutio de regula Minorum ad sedan-

1. Rothomagensis *(sic)*, *B.* — 2. post, *ajouté par B.* — 3. Die veneris... prostrate, *paragraphe omis par Bal.* — 4. Silveniectum, *A*, *C.* — 5. Eodem anno... facte, *paragraphe omis par B.* — 6. *en marge, d'une main postérieure; lege* 1312. — 7. acquisierat *(sic)*, *A*, *C.* — 8. insultus, *omis par A*, *C;* fuit igitur inter eos gravis discordia et pugna, ex, *E;* fuit igitur gravis controversia et pugna inter eos, *Bal.* — 9. Et victoria imperatori cessit, *E.* — 10. mediantibus, *E.* — 11. *omis par E.* — 12. papa noluit, *E.*

dum scisma inter eos ortum. Quidam enim separabant se a modo communi vivendi, dicentes quod regule sancti Francisci repugnabat, cum secundum ipsam paupertas perfecta et victus parcitas voveretur, quibus non concordabat edificiorum et vestium [1] pretiositas et ciborum copia. Unde tales curtos habitus et viles assumpserunt. Alii autem vocabant eos Sarrabaitas et excommunicatos, qui tamen a populo dicebantur Spirituales, et tantum in provincia Narbonensi prevaluerunt quod de conventu Narbonensi et Biterrensi alios expulerunt, populo favente eis. Nec tamen ratione illius constitutionis potuit illud scisma extirpari usque ad tempus Johannis pape XXJ [2], de quo infra [3].

Papa Clemens, pontificatus sui anno octavo, canonizavit sanctum Petrum heremitam, qui papa Celestinus vocatus sederat et se deposuerat, et hunc [4] pro sanctitate vite et miraculorum veritate, de quibus inquiri fecerat diligenter, sanctorum confessorum cathalogo de cardinalium consilio et assensu et omnium prelatorum tunc apud Sedem apostolicam [5] existentium supplicatione devota duxit asscribendum... [6]. Obiit autem sanctus [7] Christi confessor Petrus XIIIJ kalendas junii [19 maii], et canonizatus est Avinioni IIJ nonas mayi, pontificatus Clementis anno octavo [5 maii 1313].

Oratio : Deus qui beatum Petrum monachum et heremitam famulum tuum, etc.

Anno MCCCXIJ fuit in Francia magnus defectus bladi, vini et fructuum, et magna mortalitas. Et eodem anno bidaudi [8] de Francia revertentes, stipendiis non solutis [9], per patriam predas exercebant multosque spoliabant. Et usque Bituris venientes fuerunt arrestati; et fere quingenti sunt in patibulis suspensi [10].

In fine hujus anni, Scoti, cum Anglicis pugnantes, sunt superati. Dominus autem Ludovicus, frater regis Francie et comes Ebroicensis, volens eos concordare, in Angliam transfretavit, et ad ejus procurationem sunt inter eos unius anni treuge confirmate. Rogavit autem principes ut in sequenti Penthecoste Parisius convenirent, ad honorandum regem, qui tunc debebat [11] tres filios militia insi-

1. vestimentorum, *Bal.* — 2. *lege* XXII. — 3. de quo infra, *omis par Bal.* — 4. eum, *Bal.* — 5. apostolicam Sedem, *E.* — 6. *suit un très long passage extrait de la bulle de canonisation de saint Pierre-Célestin, omis par Baluze.* — 7. supradictus, *Bal.* — 8. bidaldi, *B.* — 9. persolutis, *B.* — 10. Oratio... suspensi, *paragraphes omis par Bal.* — 11. volebat, *B.*

gnire. Omnes vero principes Anglici huic petitioni consenserunt et presentiam promiserunt. Sequenti igitur Penthecoste [3 junii 1313] venit Parisius juvenis rex Anglie Edoardus et regina similiter, regis Francie filia. Non est memoria quod umquam fuerit in Francia tantum festum. Omnes enim duces Francie, comites, et barones affuerunt, qui ornamenta tribus vicibus in die mutaverunt. Omnes artifices processionaliter incedebant, et illi de singulis artificiis habebant distincta ornamenta ab aliis. Quidam cum hoc infernum effigiabant [1], alii paradysum, alii processionem vulpis, in qua singula animalia effigiata singula officia exercebant. Fuit autem tota civitas sericis pannis [2] et pretiosis lineis cooperta, et erant per omnes vicos luminaria infinita. In die igitur Penthecostes fecit rex tres filios suos milites et multos nobiles cum iisdem [3]. Prima [4] die fecit rex prandium copiosum, secunda rex Navarre, tertia rex Anglie sollempnissimum, quod fuit factum in tentoriis in orto Sancti Germani de Pratis nobilissime coaptatis. Rex autem Francie omnes dominas habuit illa die in Lupara. Feria quarta [5] Ludovicus, Ebroicensis comes, prandium ministravit, et in crastino Karolus, frater regis. Illa quarta feria [6] facta fuit crucis signatio in insula Sancte Marie; ubi [7] fuit dominus Nicolaus Sancti Eusebii cardinalis et prelati plures, qui cruces volentibus porrigebant. Igitur rex Francie et tres filii ejus, et rex Anglie et omnes novi milites et barones crucem ceperunt. Quod videntes eorum uxores, omnes in crastinum crucem [8] similiter ceperunt, conditione apposita quod si viri earum minime transfretarent, vel si aliqui eorum antequam iter arriperent morerentur, a voto libere essent. Quinta feria omnes artifices et burgenses se in equis et pedites ostenderunt processionaliter ab insula Sancte Marie per claustrum [9] usque ad regis palatium incedentes, ita quod rex cum multis nobilibus eos vidit per fenestras; et estimati sunt equites viginti [10] milia, et pedites triginta milia. Et sic hora vespertina versus Sanctum Germanum de Pratis perrexerunt. Quos [11] videns rex Anglie obstupuit et omnes sui. Vix enim credere valeret [12] quod de una sola civitate tanta et tam nobiliter parata potuerit exire multitudo. Postquam per [13] octo dies

1. effingebant, *Bal.* — 2. *omis par Bal.* — 3. eisdem, *E.* — 4. illa, *B.* — 5. Lupara feria quarta. Ludovicus *(sic)*, *Bal.;* quarta die, *B.* — 6. Ludovicus... feria, *passage omis par E.* — 7. in qua, *E.* — 8. cruces, *Bal.;* similiter crucem, *B.* — 9. claustra, *B.* — 10. quindecim, *B.* — 11. Quod, *E.* — 12. valerent, *Bal.* — 13. post, *E.*

duraverat dictum festum, reges Francie et Anglie iverunt Pontisaram [1] ut mutuum haberent parlamentum. Sed quadam nocte ignis in gardaroba regis Anglie est accensus, et multam supellectilem [2] perdiderunt rex et regina, nudique [3] in camisiis de incendio aufugerunt.

In festo apostolorum [4] Petri et Pauli [29 junii 1313] rex Navarre et omnes fratres et magnus Francorum [5] exercitus apud Peronam ad invadendum Flandriam convenerunt eo quod Flamingi, sicut promiserant, sua fortalicia irruere non curabant. Rex autem [6] Anglorum promiserat quod mare ita sollicite custodiret quod Flamingis auxilium vel victualia non venirent, et Franci alios passus ita munierant [7] quod omni auxilio erant destituti. Igitur Flamingi ad juvenem regem venientes ejusque beneplacito supponentes omnia que petere vellet promiserunt. Rex autem eis credidit et eos ad misericordiam recepit, sed nichil de promissis tenuerunt [8].

Eodem anno videns imperator quod suo proposito frustrabatur eo quod rex Robertus sibi in omnibus resistebat, unde [9] tactus dolore cordis intrinsecus lecto prosternitur, et sicut potuit ad capellam veniens, sacro Domini corpore se munivit. Et quia veniendo ad capellam laboraverat ultra vires, apostema quod latebat in corpore ex inordinatis armorum laboribus generatum ipsum in brevi tempore [10] suffocavit [11]. Multi tamen dixerunt quod confessor suus de ordine Predicatorum ei potum in calice ministravit venenatum. Ex quo Pisani et Theutonici, amici dicti imperatoris, fratribus multas injurias irrogarunt, licet medici dixerint coram papa ipsum veneno exstinctum non fuisse. Obiit autem prope Pisis et satis cito omnia que in quinque annis fu[n]daverat fuerunt dissipata [12] quia illi qui ex parte ejus civitates [13] munierant sunt expulsi, et omnes de exercitu suo ad propria redierunt. Filius autem suus ad regnum Alemannie fuisset electus, quia valens, nisi videretur quod per successionem Imperium tractaretur.

Hoc autem [14] anno moneta tam turpiter fuit deformata quod non inveniebant quomodo contractus facerent mercatores. Unde regnum fuit mirabiliter desolatum: sed regis consiliarii totum commodum reportabant : papa etiam partem habuit copiosam [15].

1. Pontissaram, *B.* — 2. multas supellectiles, *B.* — 3. undique, *C*, *E*, *Bal.* — 4. sanctorum, *ajouté par B*, *E.* — 5. Francie, *E.* — 6. *omis par E.* — 7. munirent *(sic)*, *E.* — 8. In festo... tenuerunt, *paragraphe omis par Bal.* — 9. inde, *Bal.* — 10. tempore, *omis par Bal.* — 11. sustentavit *(sic)*, *B.* — 12. fuit dissipatum *(sic)*, *A*, *B*, *C.* — 13. civitatis *(sic)*, *B.* — 14. etiam, *E.* — 15. et satis cito... copiosam, *passages omis par Bal.*

Hoc anno [MCCCXIIIJ][1], Nicholaus cardinalis de mandato pape ordinavit de Templariis, multis prelatis et clericis congregatis. Quidam autem ex Templariis dictis[2] errores confessi sunt et in confessione perdurant[3], illis est vita tanquam penitentibus data. Alii semper negant, et isti in carcere detinentur. Tertii primo confessi sunt, sed dixerunt postea se mentitos propter vehementiam tormentorum. De quibus [non] fuit magister generalis, quia sine omni tormento errores plenarie recognovit. Nec est verisimile quod viri tam nobiles, sicut multi inter eos erant, umquam tantam vilitatem recognoscerent nisi veraciter ita esset. Unde tales sunt ad incendium judicati, magisterque fuit combustus in parva insula sub capella [18 martii 1314].

Hoc etiam anno papa Clemens feria tertia post quindennam Pasche [23 aprilis 1314][4] obiit apud Carpentras. Gascones[5] autem qui cum eo steterant, intenti circa sarcinas, videbantur de sepultura corporis non curare, quia diu remansit[6] insepultum.

1. *en marge d'une main postérieure; lege* 1313. — 2. dictos, *Bal.* — 3. confessi sunt; et in confessióne perdurantibus illis..., *Bal.* — 4. *sic.* — 5. Vascones, *B.* — 6. remanserat, *E.*

SECUNDA VITA

CLEMENTIS V

AUCTORE PTOLEMAEO LUCENSI

ORDINIS PRAEDICATORUM

(excerpta ex *Historia ecclesiastica*)

Anno igitur Domini [1] MCCCV quinta die junii [2] dominus Bertrandus de Gutto, archiepiscopus Burdegalensis, apud Perusium in summum pontificem eligitur, et de Perusio mittuntur nuntii ad ipsum, qui distabat de [3] Perusio per triginta dietas; miseruntque sibi decretum per tres probos viros, officiales videlicet [4] curie, quod sibi Burdegale presentatur [5].

Eodem anno fuerunt alluviones permaxime, predicta conjunctione existente [6].

Eodem tempore et anno predictus papa post decretum receptum Clemens quintus vocatus deliberat in comitatu Veneysini [7] residentiam facere nec unquam montes transire, sicut nec [8] fecit, quamvis promiserat.

Eodem anno dictus papa apud Lugdunum coronatur; in cujus festo et coronatione rex Francie interfuit. Et hec coronatio fuit

1. Anno igitur MCCCVJ *(sic)*, *B*, *C;* anno igitur MCCCV, v junii, *D;* anno MCCCV, *Bal.* — 2. julii *(sic)*, *C; en marge d'une main postérieure*, alias junii. — 3. a, *C*, *D*, *Bal.* — 4. *omis par A.* — 5. presentarunt, *Bal.* — 6. *paragraphe omis par Bal.* — 7. Venisino, *C;* Venusino, *D.* — 8. *omis par A.*

Désignation des manuscrits :

A = Bibliothèque nationale de Paris, ms. latin *5126*, fol. 175 v°-181 v°.
B = Bibliothèque Laurentienne à Florence, ms. *XIV*, *19*, fol. 273 r°-284 v°.
C = Bibliothèque nationale de Paris, ms. latin *5127*, fol. 339 r°-352 v°.
D = Bibliothèque royale de Padoue, ms. *854*, p. 345-358.

dominica infra octavas beati Martini [1] [14 novembris 1305], et hoc in ecclesia Sancti Justi de Lugduno. In qua coronatione istud apparuit signum notabile quod, cum papa de Sancto Justo descenderet ad civitatem Lugdunensem et deduceretur per principes, unus murus qui erat super [2] viam cecidit super multitudinem et multos oppressit de hiis qui papam dextrabant nobiles, sed precipue ducem Britanie, qui mortuus est ibidem, dominum Carolum fratrem regis Francie [3], qui erat ab alio latere papam dextrans, multum lesit; et multi milites ibidem mortui sunt. Papa etiam fuit in periculo, et cecidit corona de capite suo [4], equsque ejus lapidibus est [5] coopertus [6] et, ut tradunt, mortuus. Rubinus etiam, qui erat in capite corone, tunc fuit perditus, pretii sex milium florenorum, sed postea reinventus fuit.

Eodem anno papa circa festum beate Lucie [15 decembris 1305] fecit duodecim cardinales, quatuor [7] de genere suo, et duos fratres Predicatores videlicet confessorem regis Francie, [8] confessorem regis Anglie, episcopum Tholosanum, Biterrensem [9], duos Columpnenses superius nominatos [10] et duos alios videlicet archidiaconum Brugensem [11], cancellarium regis Francie, et abbatem Sancte Crucis, qui fuit vicecancellarius.

Anno Domini MCCCVJ circa principium februarii rebellaverunt [12] marchioni Estensi [13] Muthina [14] et Regium [15], expulsis inde omnibus stipendariis ejus et spoliatis; redieruntque omnes exules in propria, et sic [16] civitates reintegrate sunt. Causa autem ponitur hujus rebellionis quia videbatur velle marchio dictas [17] civitates uxori sue, filie regis Karoli, assignare in dotem. Unde civitates circumstantes, ut Bononia et Parma, eisdem in dicta rebellione non modicum auxilium prebuerunt [18].

Eodem anno papa Clemens legatum statuit in Ytalia [19] dominum Neapolionem de Ursinis pro reformanda pace. Idemque venit [20] Bononiam existentibus ibidem ambaxatoribus Florentinis et Lucanis.

1. fuit infra octavas sancti Martini, die dominica, *B*, *Bal.;* fuit infra octavam sancti Martini, die dominica, *C*, *D*. — 2. per, *A*. — 3. *omis par B*, *C*, *D*. — 4. *omis par D;* ejus, *B*, *C*, *Bal.* — 5. *omis par A*, *D*. — 6. opertus, *B*. — 7. tres *(sic)*, *D*. — 8. et, *ajouté par B*. — 9. Bituricensem *(sic)*, *B*, *C*, *D*, *correction d'une main postérieure*. — 10. superius nominatos, *omis par Bal.* — 11. Burgensem *(sic)*, *B*, *C*, *D*. — 12. rebellarunt, *B*, *C*, *D*, *Bal.* — 13. Astensi *(sic)*, *C*. — 14. Mutina, *B*, *C*, *D*, *Bal.* — 15. Rhegium, *Bal.* — 16. *omis par Bal.*, *B*, *C*. — 17. dictus marchio *au lieu de* marchio dictas, *B*. — 18. prestarunt, *C*, *Bal.;* prestiterunt, *B*, *D*. — 19. Italiam, *A*, *D*. — 20. Ibidem venitque, *A*, *D*.

Eodem anno, III kalendas februarii [30 januarii 1306], papa Clemens [1] revocat duas constitutiones pape Bonifacii. Una fuit quam direxit regi Francie, in qua scribebat eidem [2] ipsum romane Ecclesie subjectum in temporalibus et in spiritualibus [3], de qua dictum est supra [4]. Alia que [5] continetur in sexto libro, que incipit : *Clericis* [6] *laicos*. Revocat etiam omnia que ex ipsis [7] consecuta sunt.

Eodem anno, in mayo, papa confirmat regem Aragonum in regno Sardinie [8].

Eodem anno accidit miraculum in valle Nebule in episcopatu Lucano de quibusdam rusticis qui secaverant [9] frumentum in festo beati Johannis Baptiste [24 junii 1306] et posuerant in manipulis [10] ad siccandum; et sequenti die fulmen ibidem [11] percussit et combussit spicas, relictis paleis.

Eodem anno in fine junii [12] fuit Luce terre motus permaximus in crepusculo diei. Hic autem terre motus fuit quasi generalis in longum [13] fere per quadraginta miliaria.

Eodem anno facta est concordia inter Bononienses et marchionem Estensem propter gravamina que legatus eisdem inferebat.

Eodem anno, mortuo rege Boemie, filius suus, qui coronatus erat in Ungaria, rediit [14] Boemiam et regnavit ibidem. Orta autem turbatione cum quodam principe, quidam miles vassallus dicti principis sub pretextu cujusdam secreti colloquii occidit eum.

Eodem anno Andronicus [15], imperator Constantinopolitanus, misit filium suum Januam, natum de sorore marchionis [16] Montisferrati. Et sibi accepit in uxorem filiam domini Obizini de Spinolis, qui eo tempore capitaneus erat Janue. Quo facto, paravit eidem gentem militarem et pedestrem ad intrandum terram marchionis Montisferrati que de jure sibi debebatur [17] ratione matris, deficiente prole masculina in eodem dominio.

Eodem anno Philippus, princeps Tarentinus et filius regis Karoli, navigavit in Greciam et occupavit principatum Achaye, qui Morea

1. papa Clemens, *omis par Bal., B, C, D.* — 2. *omis par D.* — 3. in spiritualibus et temporalibus, *Bal.;* et in spiritualibus, *omis par B, C, D.* — 4. de qua dictum est supra, *omis par Bal.* — 5. *omis par B, D.* — 6. licet, *B, D.* — 7. ipsa *(sic), Bal., B, C, D.* — 8. *paragraphe omis par B, C, D.* — 9. secaverunt, *B, C, D.* — 10. posuerunt manipulos, *B, C, en marge, d'une main postérieure; D, dans le texte.* — 11. ibi, *D.* — 12. julii, *B, C, D, Bal.* — 13. generalis quasi in longum fuit, *D.* — 14. in, *ajouté par D.* — 15. *omis par B, C, D.* — 16. marchioni, *Bal.* — 17. terras marchionis Montisferrati que de jure sibi debebantur, *C;* terram marchionis Montisferrati cui de jure debebatur, *A, D.*

dicitur, ex antiquo jure quo patri debebatur ratione sui fratris [1] Philippi, qui filiam principis Achaye in uxorem acceperat [2]. Hiis peractis [3], quod in omnem eventum jus dominii pertineret ad regem, tunc voluit intrare principatum despoti, sed epidimia impedivit eum, et ipsa despotina [4] socrus ejus.

Anno Domini MCCCVIJ in [5] januario facta est conjunctio Jovis [6] cum Saturno in Scorpione, et secuta est postea magna aquarum inundatio. Sed in medio februarii sole intrante signum Piscium et luna signum Cancri, Jove vero et Saturno et Marte in medio signo [7] Scorpionis, facta est major [8] alluvio cum magna intemperie aeris, ventorum, grandinum et aquarum.

Eodem anno rex Francie fecit suspendi Parisius quosdam Parisienses usque [9] ad triginta de burgensibus ex eo quod concitabant populum contra ipsum ratione monete.

Eodem anno curia vadit Pictavum pro tractanda concordia et consumanda inter regem Francie et regem Anglie. Que quidem curia ratione infirmitatis pape quasi[10] per unum annum sopita stetit.

Eodem anno in quadragesima episcopus Vercellensis cum inquisitoribus Lombardie heretice pravitatis congregavit exercitum contra quendam hereticum qui vocabatur Dulcinus, qui morabatur in montibus Novarie, et multos habebat fautores multosque sequaces. Accidit autem quod propter intensa frigora multi qui erant in dictis montibus pre[11] frigore et fame sunt mortui. Unde ascendentes fideles dictos montes ceperunt et cum Dulcino circa CL [12] personas. Mortui vero sunt tum fame tum frigore [13] propter habundantiam nivium circa CCC cum interfectis gladio. Cum Dulcino vero [14] fuit capta quedam mulier malefica et nigromantica que vocabatur Margareta. Hic Dulcinus multa de seipso [15] et contra romanam Ecclesiam dixit. Unde papa Clemens mandavit predicari crucem contra ipsum et longo tempore inquisitores hereticorum insecuti sunt ipsum. Captus autem fuit [16] die Cene Domini, quod non sine misterio fuit [17], quia in sacramentum peccabat quod ea die fuerat institutum.

1. patris *(sic)*, *B.* — 2. habuerat, *B*, *C*, *Bal.;* duxerat, *D.* — 3. pactis, *D.* — 4. de Spina *(sic)*, *mss.* — 5. *omis par A.* — 6. Martis, *A;* Jovis, *C*, *correction marginale postérieure.* — 7. *omis par B*, *D.* — 8. major facta est, *Bal.*, *B*, *C*, *D.* — 9. *omis par D.* — 10. *mis avant* sopita, *par B*, *C*, *D*, *Bal.* — 11. pro, *B; dans C*, pre *a été corrigé en* pro *par une main postérieure.* — 12. ceperunt cum Dulcino CL, *B*, *C*, *D;* ceperunt Dulcinum et cum Dulcino circa CL, *Bal.* — 13. cum fame et frigore, *B*, *C*, *D.* — 14. *omis par D.* — 15. pontifice, *C*, *Bal.* — 16. in, *ajouté par D.* — 17. sine misterio non fuit, *C*, *Bal.*

Eodem anno, hoc est MCCCVIJ, quedam petitiones per regem Francie summo pontifici fuerunt porrecte apud Pictavim [1], quas cardinales judicaverunt non esse [2] exaudiendas [3] et [4] de quibus in curia exorta est non modica turbatio [5], quia petitiones transcendebant [6] regalem statum. Unde facta est commissio sex cardinalibus, et nichil usque modo est obtentum.

Eodem anno Dulcinus superius nominatus mandatur per papam tanquam hereticus puniri; propter quam causam Vercellenses ipsum ad favorem [7] populi occiderunt et membra sua minutatim conciderunt.

Eodem anno in augusto, luna existente in Scorpione, fulmen percussit in multis partibus Luce [8]. Nam apud Lunatam [9] occidit unum peditem et unum in equo. Quidam hoc videns descendit de asino et projecit se in foveam. Tamen subito percussit capud asini, et mortuus est. Percussit etiam in una domo Luce, ubi erat, in domo illa, Agnus Dei. Nullam [10] lesionem fecit quantum ad personas; percussit tamen in hostiis domus et ipsas confregit non sine magna multorum admiratione.

Eodem anno in octobri capti fuerunt omnes Templarii una die in toto regno Francie, acusati de heresi pessima; unde confiscata sunt omnia bona eorum que nunc tenet ordo Hospitalariorum, et ipsi in duro [11] carcere detinentur.

Eodem anno rex Aragonum occupari mandavit bona Templariorum in regno suo circa kalendas decembris; et ipsi sunt capti, et aliqui volentes fugere, exposuerunt se [12] mari, sed ventus repulit eos ad placiam [13], et ad manus venerunt regis [14] cum thesauro multo.

Eodem anno, adhuc vivente Clemente, rex Karolus [15] vadens ad curiam Pictavis [16] impetravit gratiam de eo quod Ecclesie debebat propter censum, cujus summa ascendebat ultra mille milia et sexcenta milia florenorum auri [17].

Eodem anno per legatum, videlicet dominum Neapolionem [18], suspensum fuit interdictum in Tuscia ad divina celebranda [19], ut sic traheretur [20] populus ad obediendum [21].

1. Pictavum, *B*, *C*, *D*, *Bal.* — 2. *omis par A*, *D.* — 3. audiendas, *B.* — 4. *omis par C et Bal.* — 5. discordia, *B*, *C*, *Bal.* — 6. ad, *ajouté par B.* — 7. furorem, *A.* — 8. *omis par B*, *D.* — 9. Luciatum *(sic)*, *C.* — 10. Sed quia erat in domo illa Agnus Dei, nullam, *B*, *C*, *D*, *Bal.* — 11. *omis par D.* — 12. in, *ajouté par B*, *C*, *Bal.* — 13. plagiam, *B*, *C*, *D*, *Bal.* — 14. manus regis venerunt, *Bal.*— 15. Francie *(sic)*, *B*, *D.* — 16. Pictavum, *B*, *C*, *D.* — 17. florenorum auri, *omis par B*, *C*, *D.* — 18. videlicet per dominum Apolionem *(sic)*, *C.* — 19. a divinis celebrandis, *C*, *Bal.* — 20. tractaretur, *C.* — 21. obedientiam, *D.*

Anno Domini MCCCVIIJ filia regis Francie contraxit cum rege Anglie; transitoque mari per regem Anglie ad suam uxorem traducendam, rex Francie occurrit ei Bononie [1]; videruntque se mutuo et pacem firmaverunt ad invicem; et tunc rex Anglie fidelitatem juravit eidem super terris quas habet citra mare [2].

Eodem anno moritur marchio Estensis sine herede legitimo, nec de [3] filia regis filium habuit. Tunc Bononienses et Paduani [4] cum Ferrariensibus convenerunt, ordinaveruntque quod filius illegitimus marchionis, dictus dominus Fliscus, succederet in dominio cum certis pactis, et gabellis, et exactionibus diminutis [5].

Eodem anno post Pascha rex Francie [6] congregavit prelatos regni sui apud Turonis [7], habiturus [8] ibidem consilium super questione Templariorum, et [9] adhuc existente curia romana Pictavis [10], et vivente Clemente V.

Eodem anno occisus fuit rex Alamannie Albertus a nepote suo [11], filio sui [12] fratris; cujus causa fuit, ut fertur, quia omnia dabat filiis et de ipso non curabat, cum tamen ipse esset filius primogeniti.

Eodem anno orta est discordia inter regem Anglie, filium Eduardi, generum regis Francie, et barones suos ex eo quod quemdam Vasconem, scutiferum, qui cum ipso nutritus fuerat [13] tempore patris, militem fecit, in tantum fascinatus ab ipso quod neptem suam [14], filiam sororis et comitis Wintoniensis, eidem in uxorem dedit. Item comitatum Cornubie dederat ei et multa alia [15], sicut fascinatus ab ipso, in depressionem regie dignitatis. Ex quibus barones regni opponebant regi perjurium, quia suam vilificaverat [16] coronam. Dictus autem scutifer vocabatur Petrus de Gavastone.

Eodem anno, circa festum Pentecostes, rex Francie venit ad curiam, ipsa adhuc existente Pictavis, et cum suo consilio; et [17] primo occurrentibus omnibus cardinalibus osculum pacis dedit. Cum autem ad papam venit, videlicet Clementem, eidem se prostravit, et pedem osculatus est; sed papa ipsum elevavit ad osculum oris. Sequenti autem die suas petitiones per militem Guillelmum de Plasiano [18] porrexit super facto Templariorum, exponens ipsos

1. Bajone *(sic)*, *C;* Bilione *(sic)*, *B.* — 2. citra mare habet, *C*, *D.* — 3. *omis par B.* — 4. Bononienses in Padua, *B*, *C*, *D.* — 5. cum certis gabellis et passagiis, exactionibus dirimitis, *B*, *C*, *D.* — 6. *omis par B*, *C.* — 7. Turonem, *D.* — 8. habens, *B*, *C*, *D*, *Bal.* — 9. *omis par B*, *D*, *Bal.* — 10. Pictavi, *C.* — 11. *omis par C.* — 12. *omis par A*, *D.* — 13. fuit, *A.* — 14. nepotem *(sic)* filiam, *A.* — 15. *omis par B*, *C*, *D.* — 16. vilificabat, *C*, *Bal.* — 17. *omis par C*, *D.* — 18. Plagiano, *A.*

inventos fuisse [1] hereticos. Petit [2] dictus miles in persona regis ut dicti Templarii sicut heretici puniantur. In qua petitione septem fuerunt aringantes [3] ex parte regis et regni, hoc idem replicantes [4] quod primus, et amplius aggravantes. In quo facto papa Clemens dicitur respondisse quod super hoc satis audiverat [5] querelam gravem, sed mirabatur quod tale negotium sine ejus consultatione sic fuerat inchoatum ac etiam [6] ventilatum, haberet tamen consilium cum suis fratribus, et super predictis provideret prout melius posset [7]. Et quamvis dictus miles regem excusaret quod per inquisitorem [8] fecisset heretice pravitatis, non tamen hoc acceptavit summus pontifex quod sine consultatione dicte Sedis tantum negotium assumpsisset [9].

Post hec autem ad paucos dies volens papa Clemens respondere super petitione prefata [10], primo petit [11] in possessionem [12] personarum Templariorum poni ac rerum antequam aliquod det responsum, quod et factum fuit. Tunc papa commisit uni cardinali, videlicet Penestrino, Templarios et eorum bona custodienda.

Eodem tempore, dum hec aguntur, porriguntur pape per militem prefatum in persona regis et regni tres petitiones; quarum prima fuit de Celestino papa, quod canonizaretur; secunda fuit quod fieret justitia de domino Bonifacio, ab ipso alias [13] petita; tertia fuit quod Guillelmus de Nogareto absolveretur de injuria cum suis [14] Ecclesie illata. Ad quod respondit [15] papa Clemens [16] jam dictus in primo articulo regem exaudiendum, sed factum indigere ex sui natura majori inquisitione. Ad secundum respondit quod, licet non crederet dominum Bonifacium errasse, quia facta ejus in Ecclesia solempne peribent testimonium in contrarium, justitiam tamen [17] negare non posset [18]. Ad tertium vero cum detestatione loquens, ipsum dixit non esse exaudiendum.

Eodem anno presentantur pape Templarii [19] circa LXX examinati per officiales regis, qui confessi fuerant suam iniquitatem per abnegationem Christi; qui, ex mandato pape Clementis, transmittuntur ad cardinales quibus examinatio commissa fuerat in tan-

1. fuisse inventos, *D.* — 2. hereticos, petens, *B*, *C*, *D*, *Bal.* — 3. arengantes, *B*, *C*, *D.* — 4. repetentes, *B*, *C*, *D.* — 5. audierat, *C.* — 6. ibi, *B*, *C*, *D.* — 7. et supradictis provideret ut melius, *D.* — 8. inquisitores, *D.* — 9. attemptasset, *B*, *D.* — 10. Clemens super petitione prefata deliberare, *B*, *C*, *D.* — 11. petiit, *Bal.* — 12. petitionem *(sic)*, *A.* — 13. *omis par B*, *C*, *D.* — 14. cum suis de injuria, *B*, *C*, *D*, *Bal.* — 15. respondet, *B;* respondens, *D.* — 16. Clemens papa, *B*, *C*, *D.* — 17. tamen justitiam, *B*, *C*, *D.* — 18. poterat, *B*, *C*, *D*, *Bal.*— 19. Templarii pape, *A.*

tum quod hoc [1] idem confitentur, qualiter post professionem [2] sue regule in loco privato coram suis majoribus porrigebatur eis ymago crucifixi, quam cogebantur abnegare et in faciem ejus spuere. Et quedam alia turpia confitebantur, sed nondum omnia [3]; quod turpe est [4] dicere, nedum scribere.

Post hec [5] autem, quia inveniebantur circa regales examinatores extorsiones indebite, inde summus pontifex Clemens predictus cum collegio sic statuit circa kalendas augusti ejusdem anni octavi [1308], videlicet quod iterato per diocesanos cum inquisitoribus heretice pravitatis et cum aliquo eis adjuncto, per ipsos fiat examinatio de Templariis in toto regno Francie, et, examinatione completa, metropolitani cum suffraganeis suis concilium celebrent et ipsorum judicio condempnentur persone, judicium vero [6] circa statum ordinis et circa dubia fidei, que Templarios tangunt, reservaretur [7] concilio generali.

Eodem tempore et anno, hoc est anno [8] octavo [1308], curia adhuc existente Pictavis, judicatum fuit per papam cum collegio quod curia transferretur Avinionem; et hoc pronuntiatum fuit ex ore summi pontificis. In qua translatione sic fuit diffinitum quod circa octavas Epiphanie [1309] omnes essent ibidem, interim autem unicuique liceret ire quo vellet; propter quam causam cardinales disperguntur ad [9] diversa loca.

Eodem anno etiam et die [10] [12 augusti 1308] contextu verborum pronuntiatum fuit concilium generale tunc celebrandum Vienne supra Rodanum a kalendis octobris [1310] tunc sequentis usque ad duos annos ratione Templariorum et ratione multorum aliorum negotiorum que tunc emergebant, que maxima indigebant deliberatione [11].

Eodem anno in principio mensis maij, hoc est in festo sancti Johannis ante portam Latinam [6 maii 1308], combusta est ecclesia Sancti Johannis de Laterano Rome [12]. Qua de causa exorta est magna lamentatio in Urbe, quasi hoc [13] divinam sententiam indicans super ipsos. Et inde facte sunt [14] processiones in Urbe, et multe

1. examinatio... hoc, *passage omis par A;* examinatio concessa fuerat iterato qui hoc, *D.* — 2. confessionem, *B, C, D.* — 3. sed non omnes, *B, C, D, Bal.* — 4. esset, *C, Bal.* — 5. hoc, *C.* — 6. autem, *C, D.* — 7. reservatur, *A;* reservarentur *(sic), B, D.* — 8. *omis par D.* — 9. per, *B, C, D, Bal.* — 10. Eodem etiam die et anno et contextu, *B, C, D, Bal.* — 11. que maxima indigebant deliberatione, *omis par B, D;* negotiorum que tunc egebant deliberatione, *C.* — 12. *omis par A.* — 13. *omis par B, C, D, Bal.* — 14. facte sunt, *omis par B, C, D.*

facte [1] paces, et multe sedate discordie. Domine Urbis et viri timorati assumunt casum ac solicitantur [2] ad reparationem ecclesie memorate; et in tantum dicte ecclesie deferunt [3] quod ipsas quadrigas oneratas lapidibus mulieres trahebant [4] in ecclesiam, non permittentes quod animalia eam violarent.

Anno Domini MCCCVIIIJ una pars cardinalium, videlicet decem, pervenit Avinionem de diversis partibus. Alia pars sequebatur papam de Pictavis in Vasconiam, sed maxime de Tholosa [5] usque [6] Avinionem.

Eodem anno in principio *(sic)* Henricus comes de Lucemborgh [7] eligitur in regem Alamanie et in Epiphania [6 januarii 1309] Aquisgrani [8] coronatur.

Eodem autem [9] tempore facta est conjunctio Martis cum Saturno. Post quam secuta sunt frigora, cum tamen primo esset tempus multum [10] temperatum. Et apud Avinionem fuit ventus aquilonaris permaximus; post quem [11] secute sunt nives.

Eodem anno, in crastino beati Matthie, luna passa est eclipsim in crepusculo diei, et primo fuit sanguinea, postea nigra. Postea secute sunt nives et pluvie ultra modum et nature cursum [12].

Eodem etiam [13] anno Flamingi iverunt ad regem Alamanie et se sub sui protectione posuerunt; et ipse eos recepit contra omnem personam.

Hoc eodem anno in die Cene Domini [27 martii 1309] factus est processus per papam multum durus contra Venetos ratione Ferrarie, ubi Ecclesia dicitur magnum jus habere [14]. Comparuerunt Veneti; sed non fuerunt auditi, quia non habuerunt [15] plenum mandatum; factique sunt contumaces et Ecclesie guerram movent. Tunc vero mittitur legatus dominus Arnaldus de Pelagrua cardinalis [16], consanguineus germanus Clementis pape, in favorem Ferrariensium ac contra Venetos, qui tenebant per vim castrum Thebaldi, burgum et campum ultra Padum, palis et vallis munitum, et inde Ferrariensibus [17] plurima dampna dabant.

Eodem anno ambasiatores regis Castelle et regis Aragonum

1. sunt, *ajouté par B, C, D.* — 2. et sollicitant, *C.* — 3. deffuerunt *(sic)*, *A.* — 4. terebant, *C.* — 5. de Tholosa, *omis par A.* — 6. ad, *ajouté par D.* — 7. Lomburgh, *B, C.* — 8. *omis par B, C, D.* — 9. etiam, *B, C, D.* — 10. multum tempus, *A.* — 11. quam *(sic)*, *B;* quod, *D.* — 12. nives et profunde *(sic)* ultra cursum nature, *B, C, D;* cursum nature, *Bal.* — 13. Eo autem, *C.* — 14. jus dicitur habere, *B, C, D.* — 15. habebant, *B, D* — 16. *omis par D.* — 17. Ferrarienses, *D.*

venerunt ad curiam, petentes decimas [1] in regnis suis, quia intendebant ire contra regem Granate; et obtinuerunt.

Eodem anno ambasiatores Januenses venerunt ad curiam cum magna solempnitate, adhuc vivente Clemente, petuntque [2] episcopatum Lucanum; sed non obtinuerunt, quia Lucanus [3] erat ibi electus, et quia dictus episcopatus est de provincia Tuscie.

Eodem anno Veneti expelluntur de Ferraria cum verecundia et dampno. Nam primo datis duobus bellis contra Venetos per dierum intervalla, deinde die festo [4] sancti Augustini [28 augusti 1309] devicti sunt [5]. Nam primo campum amiserunt, deinde pontem [6], postmodum castrum Thebaldi, et consequenter burgum; fueruntque [7] ibidem per exercitum legati de Venetis et de eorum parte tam in terra quam in aqua plurimi interfecti; et qui vidit, testimonium peribet de hiis [8]; faventibus Lombardis predicto legato domini pape, sed specialiter Bononiensibus; propter quam causam absolvuntur ab excommunicatione qua innodati erant per dominum Neapolionem, legatum domini pape, et magna privilegia consecuti, et [9] hoc per dominum Clementem V predictum, qui ipsos diligebat.

Eodem anno, scilicet nono [1309], expulsi de Janua, videlicet Grimaldi, guerram movent interioribus, captis aliquibus castris in riparia.

Eodem anno circa festum Resurrectionis [10] rex Karolus moritur, et in [11] domo fratrum Predicatorum Neapolis [12] sepelitur. Tunc Robertus filius ejus, dux Apulie, in regem assumitur secundum ordinationem Ecclesie, quamvis secundogenitus, substituto filio [13] primogeniti jam defuncti, videlicet Karoli Martelli, in regno Ungarie, cui debebatur ratione matris. Et ipse ibidem nunc est rex, quamvis cum multo conatu, eo quod rex Boemie jam occupaverat; sed dimisit ex multis infortuniis que acciderunt, de quibus infra dicetur [14].

Eodem anno pars expulsa de Janua [15] Januam agreditur, dominus [16] videlicet Corradus de Auria cum Grimaldis, dominus autem Opizinus [17] vadit eis obviam; et, dum agreditur, in civitate pugnant.

1. decimam, *C.* — 2. que, *omis par C.* — 3. sed non obtinuerunt quia Lucanus, *passage omis par B, C, D;* Lucanus, *omis par Bal.* — 4. demum die festo, *C;* demum die festi, *B, D.* — 5. fuerunt, *D.* — 6. primum campum amiserunt potentem, *B, C, D.* — 7. que, *omis par C.* — 8. que *(sic), ajouté par A.* — 9. ob, *ajouté par A.* — 10. *lege* Ascensionis [6 maii 1309]. — 11. rex Karolus moritur circa festum Resurrectionis in, *C.* — 12. Neapoli, *C, D.* — 13. sub titulo filii *(sic), C.* — 14. dicitur, *B.* — 15. de Janua, *omis par C.* — 16. *omis par A.* — 17. Opiscinus, *A.*

Quod cum audiissent [1] qui erant cum capitaneo Spinola [2], paulatim ab ipso se subtrahunt. Quod videns dictus dominus ad castrum suum [3] se confert. Sicque dominus de Auria et Grimaldi et quidam de Spinolis redierunt ad propria et fecerunt communem dominum [4].

Eodem anno venerunt ambasciatores Henrici regis Alemannie solempnes ad curiam, videlicet comitis Lucemburg. Dicti autem ambasciatores fuerunt tres comites et duo episcopi, petentes confirmationem dicti electi [5]. Quibus responsum fuit [6] per papam Clementem quod aliqualiter [7] admittebat ipsum, et cum volebat ulterius nominari regem Alemannie et Romanorum, et quod interim posset agere que regis erant et administrare a Purificatione usque ad duos annos, recepturus coronam Rome, nisi aliud obstaret impedimentum, quod et accidit, ut infra patebit [8].

Eodem anno rex Robertus in prima dominica augusti [3 augusti 1309] coronatur a papa Clemente apud Avinionem. Et circa ista tempora Pistorienses excusserunt jugum a Lucanis et Florentinis, faventibus tamen Florentinis eisdem [9]; et inter noctem et diem fecerunt siccatum [10] et evacuaverunt fossata, et [11] edificaverunt murum ad siccum in girum [12] in altitudine unius canne.

Eodem anno, circa idem tempus, venerunt ad curiam circa XXX milia inter Anglicos et Theutonicos, sed de Theutonicis plures, spectantes [13] posse [14] transfretare cum Hospitalariis. Sed Hospitalarii noluerunt eos [15] recipere, dicentes se habere gentem sufficientem. Qui ibant ad capiendum[16] insulam Rodi, sicut[17] et ceperunt. Et quia papa non providit eis, recesserunt ad propria cum scandalo multo.

Eodem anno, in die festi [18] beati Bernardi [20 augusti], ultra crepusculum [19] noctis, luna passa est eclipsim; et fuit maxima, et [20] diu [21] duravit.

Eodem anno in septembri [13 septembris 1309] papa Clemens propter instantiam regis Francie et suorum in publico consistorio sic denunciavit ut liceat volenti [22] prosequi contra bone memorie

1. audivissent, *D;* audissent, *A*, *Bal.* — 2. Spinolati, *A;* Spinolis, *B;* Spinole, *D.* — 3. *omis par D.* — 4. commune dominium, *B*, *C*, *Bal.* — 5. electi predicti, *B*, *C*, *D.* — 6. erat, *A.* — 7. *omis par A.* — 8. dicetur, *D.* — 9. Lucanis ac Florentinis eisdem expulsis, *C;* Lucanis et Florentinis eisdem expulsis et inter diem et noctem, *B.* — 10. steccatum, *D;* scacatum, *C.* — 11. ac, *C.* — 12. giro, *C*, *D.* — 13. *omis par B*, *D.* — 14. pro *(sic)*, *D.* — 15. ipsos, *B*, *C*, *D.* — 16. terram et, *ajoutés par B*, *C*, *D.* — 17. sic, *A;* et sicut, *C.* — 18. *omis par B*, *D.* — 19. in crepusculo *au lieu de* ultra crepusculum, *C*, *Bal.* — 20. ac, *C*, *Bal.* — 21. multum, *B*, *D.* — 22. *omis par Bal.*

dominum Bonifacium vel [1] excusare, quem primo dictus papa excellentissime commendavit. Post hec [2] autem ad mensem hanc denuntiationem in scriptis redegit [3], et portis ecclesiarum mandavit affigi, assignans [4] omnibus terminum perhemptorium ad comparendum, videlicet dominicam Quadragesime. In hoc etiam rescripto papa multum commendavit [5] dictum [6] Bonifacium.

Eodem anno [7], Veneti fuerunt devicti apud Ferrariam ab exercitu legati domini pape, et castra perdiderunt, ubi de Venetis fuerunt occisi plus quam [8] tria milia hominum, et magnam partem navigii perdiderunt. Tunc etiam fuit captum castrum quod dicebatur Marchabo [9] et destructum [10]. In hoc autem exercitu [11] fuerunt Bononienses, Florentini et Lucani, inter quos in pugna Lucani sunt magis commendati. Propter quam causam omnes fuerunt absoluti a sententiis legatorum.

Eodem anno, orta est turbatio in domo regis Karoli ex adulterio imposito uxori domini Philippi, principis Tarentini, que fuit filia despoti. Propter quam causam comes camerarius, qui tempore regis fuerat dominus in regno, proscriptus est [12] et multi cum ipso. Unde et Neapolitani in magna fuerunt commotione. In quo facto non fuit actum [13] ut debuit : quia talia naturam habent stercoris, quod tanto plus volvitur, tanto plus fetet.

Eodem tempore, navigium Hospitalariorum, quod ibat ultra mare, naufragium passum est, perdita una navi multisque galeis, que ad diversas partes sunt disperse. Quod malum dicitur accidisse propter fraudem commissam in crucesignatis [14], de quibus [15] dictum est supra.

Eodem anno, exercitus regis Aragonum obsidet Almariam et multa prelia committit cum Sarracenis, in quibus prevalet dictus rex. Et similiter prevalet rex Castelle cum suo exercitu [16], et multa castra de suis occupat, et regionem devastat.

Anno Domini MCCCX, ultima die januarii, in septima [17] hora diei, apud Avinionem, fuit [18] eclipsis solis, et eclipsatus est ultra

1. etiam defendere et, *ajoutés par B, C, D, Bal.* — 2. hoc, *D.* — 3. redigi, *D.* — 4. affirmans, *B.* — 5. commendat, *A.* — 6. dominum, *ajouté par D;* predictum dominum, *C, Bal.* — 7. tempore, *D.* — 8. ultra, *B, C, D, Bal.* — 9. Maracambo, *D.* — 10. fuit, *ajouté par B, C, D.* — 11. *omis par A.* — 12. est proscriptus, *C, D.* — 13. factum, *C.* — 14. crucesignatos, *C.* — 15. quo, *B, D.* — 16. Et similiter rex Castelle cum exercitu et similiter prevalet, *A;* Et similiter rex Castelle cum suo exercitu prevalet, *Bal.* — 17. octava, *B, C, D, Bal.* — 18. fit, *C, Bal.*

medietatem, sicque notabiliter quod si aliqua sintillatio [1] notabilis tunc fuisset in nostro emisperio, visa fuisset; duravitque ultra nonam horam [2]. Eodem anno, XIIJ die februarii, circa occasum solis, fuit [3] eclipsis lune. Post que duo hec mala exorta fuerunt [4]. Primo, quia [5] reges Yspanie qui iverunt [6] contra regem Granate decepti sunt ab eo in promissionibus, et ab infestationibus cum multa epidimia et infirmitatibus hominum ac morte ipsorum, et in Ytalia magne [7] crudelitates exercite [8]. Placentini habent durissimam pugnam contra Mediolanenses [9] et suos exitios [10]. Lucani immutant [11] statum quantum ad populum, quia multi excluduntur a societate populi, et magne novitates ibidem apparent insolite.

Eodem anno, feria secunda post secundam dominicam Quadragesime, venit Guillermus de Nogareto et Guillermus de Plasiano [12] Avinionem contra dominum Bonifacium, multaque mala dicunt de ipso. Sed responsum est eis juxta merita; duravitque questio quasi [13] per magnam partem anni. In qua questione dantur exceptiones pro defensione domini Bonifacii, quod non sit danda audientia talibus; item quod ista questio non pertineat [14] ad papam, cum par in parem potestatem non habeat [15], sed ad solum concilium pertinere videtur; item quod dicti Guillermi non erant persone habiles ad accusandum talem [16] dominum.

Eodem anno, Templarii omnes qui erant in regno Francie mittuntur Parisius. Multi eorum revocant quod dixerant. Movetur questio contra eos utrum talis revocatio posset dici relapcio, et judicatur contra eos quod sic [17]. Unde Parisius comburuntur quinquaginta quatuor [18], stantibus eis in proposito [19] quod veri catholici essent.

Eodem tempore, hoc est anno decimo, recedit rex Robertus versus Lombardiam, et inde [20] Tusciam, postea in regnum.

1. fitque notabiliter sintillatio, sicut apparet de nocte in casu unius stelle secundum vulgi opinionem notabilis tunc vero emisperio, *C*; fuitque notabiliter ita quod si sintillatio, sicut apparet de nocte in casu unius stelle secundum vulgi opinionem, *B, D*; sicque notabiliter quod si aliqua scintillatio, sicut apparet de nocte in casu unius stelle secundum vulgi opinionem, *Bal.* — 2. horam nonam, *B, D.* — 3. *omis par C.* — 4. hec duo mala exorta sunt, *B, C, D, Bal.* — 5. quod, *B, D.* — 6. venerunt, *C.* — 7. multe, *D.* — 8. exercitate, *B.* — 9. Mediolanos, *A.* — 10. exicitios, *B*; excitivos, *C.* — 11. mutant, *C.* — 12. Plesiano, *B, C.* — 13. *omis par B, D.* — 14. pertinet, *B, C, D.* — 15. non habeat potestatem, *B, C, D.* — 16. tantum, *B, D.* — 17. quod sic, *omis par B, D*; eos; et sic inde Parisius, *C.* — 18. *omis par D.* — 19. imposito *(sic)*, *A.* — 20. in, *ajouté par D.*

Eodem anno, ambaxiatores ad curiam venerunt [1] ex parte regis Alemannie, insinuantes curie quod se parabat ad veniendum ad [2] terras Imperii. Propter quam causam petebant duos [3] legatos, unum in Ytalia [4] et alium in Teutonia [5]. Ad quod fuit responsum per Clementem papam, et hoc apud partes Avinionenses [6], quod suum acceptabat adventum tamquam de filio Ecclesie.

Eodem anno, quasi per totum annum [7], acciderunt in Ytalia verberationes hominum. Ex quo infinite paces sunt facte ultra opinionem hominum; et mirabilia dicuntur apparuisse in ymaginibus, licet multa falsa sint inventa [8]. Sed quicquid sit, hoc fuit vere mirabile, quia quod principes vel optimates facere non potuerunt, hoc fecit in eis [9] qui ad invicem inimicabantur virtus divina, quia patres requirebant hostes quorum filios occiderant ad faciendum pacem.

Eodem anno, in augusto, luna passa est eclipsim in duodecima hora noctis usque ad medietatem, et facta est nigra sive cinericia [10], et duravit plus quam duabus horis usque ad crepusculum diei.

Eodem anno, videlicet decimo [11] [1310], venit rex Robertus Lucam, ibidemque fuit gratiose receptus; nam eidem exierunt [12] obviam omnes societates armorum.

Eodem anno circa finem augusti maxima fuit tempestas in aere in conjunctione Martis cum sole et luna.

Eodem anno rex Robertus veniens Lucam aliquam moram ibidem traxit [13]. Quibus temporibus [14] octo milites fecit. Et illa die magnum convivium fecit, invitatis dictis militibus et duabus milibus personarum [15]; ac ducente domine comederunt cum regina, et ambo cum corona in capite.

Eodem anno, circa festum Magdalene [22 julii 1310], filius regis Alemannie filiam regis Boemie accepit in uxorem, quia dicta puella heres erat regni. Inde dictus filius regis, videlicet Henrici [16], factus est rex Boemie, quamvis Boemi ipsum concorditer [17] non receperunt [18].

Eodem tempore et anno decimo [1310] dominus Tyrensis [19], frater regis Cipri, occisus est, eo quod fratrem suum, regem Cipri,

1. veniunt, *B, C, D.* — 2. in, *B.* — 3. *omis par B, C, D.* — 4. Ytaliam, *D.* — 5. Teutoniam, *D.* — 6. Avinionis, *B, C, D.* — 7. quasi per totum annum, *omis par B, D.* — 8. licet falsa multa inventa sunt, *C;* licet multa falsa inventa sint, *B, D.* — 9. in eis, *omis par A.* — 10. tinticia, *B, D;* tincticia, *C.* — 11. duodecimo, *B.* — 12. exiverunt, *Bal.* — 13. contraxit, *B, D;* contrahit, *C.* — 14. rationibus, *D.* — 15. et duabus milibus personarum, *omis par C, D.* — 16. Henricus *(sic)*, *B, C.* — 17. cordialiter, *B, D.*—18. reciperent, *D.*— 19. dominus Tyrensis, *omis par B, C, D.*

exulare fecerat in Armenia [1], assumpto dominio pro ipso; et inde rediens dictus rex resumpsit dominium.

Eodem anno Henricus VIJ rex, sed [2] VJ imperator, jam coronatus Aquisgrani, intrat [3] Ytaliam circa festum Omnium Sanctorum; et primo venit Taurinum, deinde in civitatem Astensem; ibique novitates facit [4]; sed pacem reformavit. Eodem tempore venit Vercellas [5], et hoc ydem facit, postea Mediolanum, ubi etiam pacem reformavit cum Turrianis et Vicecomitibus.

Eodem anno, videlicet trecentesimo decimo [decembris 1310], in quatuor temporibus circa Natale Domini, Clemens V fecit quinque cardinales, et [6] fuerunt omnes Vascones, vicecancellarium, qui erat [7] ordinis Cisterciensis, camerarium suum, qui fuit episcopus Albanensis [8], archiepiscopum Arelatensem, et duos suos nepotes, videlicet dominum Raymundum de Fargiis et dominum Bernardum de Garvo.

Eodem anno, luna fuit conjuncta cum Saturno, et hoc in Scorpione, et aggravavit [9] passiones capitis [10] in cerebro, ita ut homines caderent subito ac [11] cespitarent in eundo [12].

Anno vero [M]CCCXJ rex Alemannie Henricus, VIJ rex, sed VJ imperator, apud Mediolanum in Epiphania Domini [6 januarii 1311], quam festum Regum appellant, coronam ferream recipit [13], quam archiepiscopus ejusdem loci eidem [14] contulit, licet ipsam deberet recipere in Modoetia sive in Vincentia; sed ex causa fecit. Et eodem tempore rex predictus requiri fecit civitates Lombardie et Tuscie de homagio faciendo; per quas dantur [15] diversa responsa. Eodem tempore, hoc est in die Epiphanie, quando coronam recepit, ob reverentiam dicte corone fecit [16] de diversis nationibus milites CC. [17] cuilibet faciendo donum [18] cum uno equo.

Eodem anno, hoc est in januario, circa finem, facta est conjunctio Martis et Saturni in fine Sagittarii et principio Capricorni [19]. Post quam conjunctionem secuta sunt frigora et nives maxime, que diu duraverunt, cum primo esset tempus satis temperatum.

1. Armeniam, *B*. — 2. scilicet, *B, C*. — 3. vadit in *au lieu de* intrat, *B, C, D*. — 4. fecit, *C*. — 5. Vercellam, *B, D*. — 6. etiam, *B, D;* Clemens V cardinales creavit. Fuerunt, *C*. — 7. fuit, *C*. — 8. *lege* Albiensis. — 9. aggregavit, *B, C, D*. — 10. *omis par B, C, D*. — 11. aut, *C, D*. — 12. cespitarent in eundem *(sic)*, *C;* suspicarent in eundo, *B;* in eundo, *omis par D*. — 13. accepit, *C, D*. — 14. *omis par C*. — 15. *omis par A*. — 16. fecit *placé après* nationibus *par B*. — 17. et, *ajouté par C*. — 18. *omis par A*. — 19. circa finem Sagittarii et principium Capricorni facta est conjunctio, *B, C, D*.

Eodem anno, hoc est undecimo [1311], orta est turbatio in Mediolano ex quibusdam exactionibus, ut eis videbatur, indebitis [1]. Propter quam causam illi de Turre [2] pro majori parte exiverunt civitatem [3] et ad sua presidia se colligunt.

Eodem tempore Cremonenses propter eamdem causam [4] licentiaverunt officiales domini regis. Tunc conturbatus imperator contra ipsos vadit. Sed tandem [5] Cremonenses [6] ad misericordiam redeunt [7], et ipse ignominiose ipsos pertractat [8]. Idem fecit et de Laudensibus, qui similiter [9] rebellaverant [10]. Interim autem pars Tuscie guelfa mittit solempnes nuntios ad curiam; et jam [11] per octo menses ibidem fuerunt, volentes se [12] regere consilio Ecclesie circa [13] obedientiam imperatoris.

Eodem anno et tempore Veneti reconciliantur Ecclesie, dando camere domini pape centum milia florenorum; sed retardatum fuit usque ad XIIJ annos [14].

Eodem anno circa mensem aprilis [15] ambaxiatores regis Francie concordiam tractant cum Bonifacianis. Unde et [16] illi cedunt accusationi, et isti defensioni. Insuper et [17] rex excusatur a captione domini Bonifacii predicti multis rationibus et causis. Sed Guillermus de Nogareto absolvitur cum penitentia dura, quia [18] adjudicatur passagio ultramarino et omnibus peregrinationibus quas consueverunt facere christiani. Tunc ambasciatores regis offerunt camere domini [19] pape centum milia florenorum quasi pro quadam recompensatione laborum circa dictam causam.

Eodem tempore et anno pars Tuscie guelfa magnum apparatum facit, videlicet Florentini, Lucani et Senenses cum ipsorum comitiva, et cum eis etiam Perusini, ad obviandum regi Romanorum pro corona Imperii, ne videlicet per terras eorum transeat, aggenerata [20] eis suspicione [21] propter favorem quem videbatur dare Gibellinis et Albis [22], dans eis dominia civitatum, et non Guelfis, faciensque [23] eos magis sibi familiares et consiliarios [24].

1. injustis, *D.* — 2. terra *(sic)*, *B*, *C*, *D.* — 3. de civitate, *B*, *D.* — 4. *omis par A.* — 5. *omis par A*; tamen *au lieu de* tandem, *B*, *D.* — 6. *omis par B*, *C*, *D.* — 7. redierunt, *C.* — 8. eos tractat, *B*, *D*; eos tractavit, *C.* — 9. sibi, *Bal.* — 10. Idem... rebellaverant, *phrase omise par B*, *C*, *D.* — 11. et jam, *omis par B*, *C*, *D.* — 12. *omis par A.* — 13. contra *(sic)*, *D.* — 14. XIJ annum, *B*, *D.* — 15. circa mensem aprilis, *omis par B*, *D.* — 16. Bene *au lieu de* Unde et, *D.* — 17. *omis par B.* — 18. que, *B.* — 19. camere domini, *omis par B*, *D.* — 20. aggregata, *B*, *C*, *D.* — 21. suspicatione, *C.* — 22. aliis *(sic)*, *B*, *C*, *D.* — 23. que, *omis par B*, *C*, *D.* — 24. consiliares, *A.*

Eodem anno, scilicet undecimo, circa maium, Brixienses imperatori rebellant, pars videlicet domini Theobaldi de Brusiacis [1], et cum quadam desperatione, ita quod in circuitu civitatis ad quatuor miliaria omnia devastarunt [2], ita quod exercitus regis nullum haberet refugium ad sui provisionem [3]. Eodem tempore rex vadit cum exercitu [4] contra eos. Tunc exeunt sepius [5] contra exercitum regis, et leduntur et leduntur. Tunc enim [6] habebat bonam militiam circa octingentos. Accidit autem [7] quod dominus Theobaldus semel exivit cum certa militia et insidiis circumventus captus est et traditus in manibus regis.

Eodem [8] tempore iterato Brixienses exeunt de civitate, et viriliter [9] exercitum regis invadunt, qui fecerunt magnam stragem de gente regis. Unde illi qui erant cum rege turbati venerunt ad regem et petierunt [10] sibi dari dominum Theobaldum [11], ipsumque assumptum interficiunt frustratim et ignominiose pertractant. Quod audientes interiores, omnes captivos quos habebant suspenderunt ad muros. Idem [12] fecit gens regis de suis.

Eodem anno venerunt Tartari cum Armenis et Gorgianis [13] in Siriam et Palestinam contra soldanum; et [14] devictus est soldanus, occisis de [15] suis ultra decem milia equitum, soldano fugato.

Eodem anno et tempore post festum Resurrectionis, in Romania, hoc est in Achaya, comes de Brenna, qui factus erat dux Atheniensium, pugnavit [16] cum Cathalanis et Turchis circa Amira in finibus Parthie, habens [17] secum milites octingentos [18] et mille inter archarios et balistarios et alios pedites; et devictus est ab eis, et multi sunt ex eis occisi [19], et ipse comes decapitatus. Quod traditur accidisse quia [20] comes injuriose se habuit quoad eos, et injusto titulo ducatum tenebat. Eodem anno Cathalani prefati venerunt usque [21] Thebas et Athenas, et occupaverunt regionem. Terrigene vero fugerunt [22] in Nigroponte, qui custoditur a galeis Venetorum.

1. Bruciacis, *B*, *C*. — 2. devastant, *B*, *C*, *D*. — 3. promotionem, *B*, *C*, *D*. — 4. suo, *ajouté par B*, *C*, *D*. — 5. sepe, *C*. — 6. tamen, *C*. — 7. *omis par B*, *C*, *D*. — 8. anno et, *ajoutés par B*, *C*, *D*, *Bal*. — 9. multum, *C*. — 10. petiverunt, *B*, *C*, *D*. — 11. Theodebaldum, *Bal*. — 12. Idemque, *B*, *C*, *D*, *Bal*. — 13. Jordianis, *B*, *D*; Jordanis, *C*. — 14. *omis par C*. — 15. victus est soldanus, et occisi sunt de *au lieu de* devictus est soldanus, occisis de, *B*, *D*. — 16. pugnat, *B*, *C*, *D*. — 17. et tenuit *au lieu de* et Turchis circa Amira in finibus Parthie, habens, *B*, *C*, *D*. — 18. *omis par C*. — 19. multi ex eis occisi sunt, *D*; multi occisi sunt, *B*. — 20. creditur *au lieu de* traditur accidisse, *B*, *C*, *D*. — 21, ad, *ajouté par C*. — 22. fugiunt, *B*, *C*, *D*.

Eodem anno, videlicet undecimo[1] [1311], ambasiatores regis Romanorum venerunt ad curiam, videlicet sexto anno Clementis, et petierunt[2] coronam pro imperatore. Unde dominus papa concessit ei[3] pro dicta petitione quatuor cardinales, unum pro legato Ytalie, qui semper esset cum eo ad exequendum que erant Imperii, videlicet episcopum Sabinensem, qui erat de familiaribus pape. Tres vero deputavit pro corona, videlicet dominum Albanensem, cui nomen dominus[4] Leonardus de Garcino. Secundus fuit Hostiensis. Tertius vero dominus Lucas de Flisco. Fuit eis etiam commissum[5] de concordia tractanda cum Brixensibus et rege; sed quantum ad Tuscos reducendos ad regem, solum[6] domino Albanensi et domino Luce.

Eodem anno, scilicet undecimo, circa principium augusti, frater regis Romanorum moritur; cujus mors a diversis diversimode narratur. Quidam enim dicunt quod de[7] una sagitta a Brixensibus, eo appropinquante ad muros, existente adhuc rege in obsidione circa dictam civitatem; alii, quod post illud vulnus morte propria.

Post hoc[8], eodem anno, cardinales ad imperatorem perveniunt, et circa finem augusti de concordia tractant inter imperatorem et Brixenses; sed adhuc non est finis. Primo enim, ut scribitur, posuerunt se in manu imperatoris, sed postea penituerunt. Unde rex provocatus statim mandat expugnari civitatem; sed male eidem cessit, combustis gattis regis. Et in illa pugna multi ceciderunt de exercitu regis, sed de Januensibus precipue cum ipsorum muschetis. Adhuc autem manentibus Brixensibus in sua pertinacia, iterato tractant de concordia et per se et per suos capellanos, petuntque Brixenses salvari in persona et in rebus; et sic se reddiderunt imperatori. Non tamen servavit[9] eis pacta de muris[10].

Eodem anno, hoc est[11] undecimo [1311], circa medium septembris[12], papa cum cardinalibus vadit Viennam de Venesino[13] ad concilium

1. videlicet undecimo, *omis par B, C, D.* — 2. petiverunt, *B, C, D.* — 3. eis, *B, D;* eam. Pro dicta petitione quatuor cardinales misit, *C.* — 4. *omis par C.* — 5. Et commissum est eis, *B;* Etiam commissum est eis, *D;* Erat etiam eis commissum, *C.* — 6. solum, *placé après* reducendos *par A.* — 7. Quoniam dicunt quod de, *C;* Quoniam dicunt quod ab, *B, D; dans D,* quoniam *a été corrigé en* quidam *par une main postérieure.* — 8. hec, *B, C, D.* — 9. eis servavit, *C, Bal.* — 10. Non tamen fuerunt eis servata pacta de muris, *B, D.* — 11. est, *omis par A, B;* hoc est, *omis par D.* — 12. septembrem, *Bal.* — 13. de Venesino, *omis par B, C, D.*

ibidem celebrandum juxta tempus statutum [1]. Post hec [2], circa medium octobris constituitur prima sessio in concilio, in qua agitur de tribus, videlicet de Templariis, de passagio Terre Sancte et de [3] reformatione Ecclesie. Interim autem vocantur prelati cum cardinalibus ad conferendum de Templariis. Leguntur acta ipsorum inter prelatos; et in hoc conveniunt requisiti a [4] pontifice sigillatim ut det [5] Templariis audientiam sive defensionem [6]. In hac sententia concordant omnes prelati Ytalie preter unum, Yspanie, Teutonie, Dacie, Anglie, Scotie, et Ybernie. Item Gallici, preter tres metropolos [7], videlicet Remensem, Senonensem et [8] Rothomagensem. Hoc autem actum est sive actitatum [9] in principio decembris.

Eodem tempore [10] cum [11] venisset rex Romanorum Januam, gratiose est ab eis [12] receptus. Tota tamen [13] pars guelfa Tuscie apparatum facit contra ipsum apud Sarzanam, militiam mittunt, passus claudunt, ut per terram transire non possit.

Eodem tempore rex Francie novitatem facit super Longobardis [14] qui erant in regno et precipue contra usurarios.

Eodem tempore et anno rex Anglie concordat cum principibus suis, et Petrus de Gavaston, quem ipse fecerat comitem Cornubie, a regno excluditur et [15] omnes sui complices pro meliori statu regni.

Eodem anno epidimia magna invasit [16] gentes [17] regis Romanorum Janue existentes [18], extenditque [19] se tam ad homines quam ad equos [20]. Unde regina ubi mortua est, multique barones et alii nobiles. Ex tali etiam epidimia infecti sunt Januenses, et multi mortui sunt.

Eodem anno in decembri rex Robertus fratrem suum Johannem misit Romam ad petitionem Ursinorum cum quingentis militibus contra regem Romanorum. Totam autem militiam aliam [21] misit in [22] Calabriam et Abruzium [23] ex suspicione Frederici, qui regi Romanorum videbatur conjunctus.

Eodem tempore [24] Parmenses et Regini contra dictum regem Romanorum rebellant, favente domino Gilberto [25].

1. infra statutum tempus, *D;* infra certum tempus, *C.* — 2. hoc, *B, C, D.* — 3. *omis par C.* — 4. summo, *ajouté par B, C, D.* — 5. dent, *C.* — 6. sine defensione, *D.* — 7. metropolitanos, *B, C, Bal.* — 8. *omis par A.* — 9. sive actitatum, *omis par B, C, D.* — 10. anno, *B, C, D.* — 11. dum, *B.* — 12. eo, *C;* ab eis, *omis par B, D.* — 13. autem, *B, D.* — 14. Lombardis, *B, C, D.* — 15. *omis par C.* — 16. invadit, *B, C, D.* — 17. exercitum, *B, D.* — 18. existentem, *B, D.* — 19. extendens se, *B, D;* que, *omis par C.* — 20. animalia *au lieu de* equos, *B, D.* — 21. *omis par C.* — 22. *omis par A, B, C, Bal.* — 23. Abrusum, *A;* Aprutium, *D.* — 24. et anno, *ajoutés par B, C, D, Bal.* — 25. Roberto, *C.*

Eodem anno in decembri dominus Albanensis predictus [1] Luce moritur die sexta decembris, et in domo Predicatorum sepelitur.

Anno Domini MCCCXIJ Cremonenses exitii [2] rebellant imperatori cum domino Gilberto de Parma et domino Cavalgabon [3], et cum exercitu magno vadunt contra civitatem Cremone [4], adjunctis sibi Reginis, et diu pugnant cum vicario dicti regis et cum domino Galiacio Mediolanensi, quos postea favente populo Cremonensi cum confusione expellunt et dampno. Eodem tempore rex Romanorum dominum Cavalgabon cum domino Gilberto et eorum comitiva diffidit [5] et bannivit. Et hoc idem fecit de Tuscis.

Eodem tempore, et mense februarii, imperator recedens [6] de Janua [7] vadit per mare Lorice [8] et ante [9] Pisas, militiam [10] Tuscorum que Sarzine [11] erat ad obviandum. Fertur autem quod in suo regre su [12] privilegiavit Januam.

Eodem tempore Placentini et Papienses rebellant imperatori [13]. In mense autem aprilis, cum dominus Guillermus Cavalgabon ivisset [14] ad expugnandum quoddam castrum de episcopatu Cremonensi, exierunt illi.

Eodem anno, hoc est duodecimo, in mense [15] aprilis [3 aprilis 1312], ordo Templariorum in concilio condempnatur [16] in personis et [17] rebus, que [18] bona papa sibi reservat [19] ex virtute ipsius concilii et collegii cardinalium.

Eodem tempore pars guelfa de Aste expellit gebelinam [20] cum adjutorio senescalli regis Roberti.

Eodem tempore Paduani rebellant regi Alamannie et Romanorum occasione Vincentie, quam dictis [21] Paduanis abstulerat [22]. Propter quam causam pugnaverunt cum Veronensibus, et devicti sunt ab eis.

Eodem tempore, hoc est anno duodecimo, rex [23] Robertus multiplicat militiam in Urbe ad obviandum imperatori ne ibidem coronam recipiat. Unde ibidem pugnat [24] militia regis Roberti contra

1. *omis par C, D.* — 2. exititii, *B, C, D, Bal.* — 3. imperatori cum domino Giberto Cavalgaboni de Parma, *C.* — 4. Bononie, *Bal.* — 5. diffidat, *B, D;* diffidavit, *Bal.* — 6. recedit, *C, D.* — 7. et, *ajouté par D.* — 8. Borice, *C.* — 9. inde, *Bal., C.* — 10. militia, *B, D.* — 11. Sarzane, *B.* — 12. fertur, sed ante suum recessum, *B, D;* fertur, ante suum recessum, *C.* — 13. contra imperatorem, *C.* — 14. misit, *B, C, D.* — 15. principio, *B, C, D, Bal.* — 16. damnatur, *C; corrigé postérieurement en* condempnatur *dans D.* — 17. in, *ajouté par B.* — 18. quorum, *B, C, D.* — 19. reservavit, *B, C, D.* — 20. Gibellinos, *B, C, D, Bal.* — 21. *omis par B, C, D.* — 22. abstulerunt, *B, C.* — 23. *omis par B, C.* — 24. pugnant *(sic)*, *A;* pugnavit, *C.*

Columpnenses, et prevalet militia ejus. Tunc rex Alamannie fortificat se Pisis, et marchiones [1] in favorem regis Alamannie [2] movent guerram Lucanis, qui videbantur impedire adventum imperatoris. Et eodem tempore Lucani rebellant aliquo tempore in Lunisciana [3] sicut vermicula [4] ruosi sanctus Stephanus; sed Lucani mittunt exercitum contra eos.

Eodem tempore in concilio filii regis Francie et fratres opponunt se [5] regi Alamannie, et impediverunt litteras papales [6] que dirigebantur contra rebelles predicto regi.

Eodem tempore et anno in tota Lombardia maxima exorta est fames propter caristiam victualium : que tanta facta est quod non est in [7] memoria hominum quod similis [8] fuerit.

Eodem anno [9] inter Pasca et Penthecosten, rex Alamannie Henricus recedit de Pisis, et vadit versus Romam per Maritimam, ubi prius dampnificaverat aliquos Lucanos in gregibus quos ibidem in yeme consueverunt nutrire. Toto autem tempore quo rex fuit Pisis, quod fuit per [10] quatuor menses, nulla novitas est[11] facta inter ipsum et Tuscos. Veniens autem rex Henricus Romam, suam gentem locat in Sancto Johanne de Laterano.

Eodem anno rex Scotie fortificat se in militia et peditibus, et in magna parte suum regnum recuperat occupatum ab Anglicis. Quod accidit propter divisionem que exorta est inter barones Anglie et regem occasione Petri de Gavaston [12].

Eodem tempore [13] in Ascensione [14] Domini terminatur concilium, et curia statim recedit et vadit Avinionem.

Hoc eodem tempore barones Anglie obsident Petrum de Gavaston [15] in castro novo, quod ad ipsum pertinebat ratione sui comitatus. Rex vero occultavit se, ita quod non inveniebatur. Et tandem dictus comes captus est.

Eodem tempore, in Lombardia, illi de Lombardia cum dominis de La [16] Scala devicti sunt a Cremonensibus, duce domino Gilberto de Corrigia, et ceperunt tunc trecentos currus oneratos [17] victualibus, que portabantur pro exercitu Veronensium.

1. marchio, *B, C*; Marchie, *D*. — 2. et, *ajouté par B, D*. — 3. Limisiana, *B, C, Bal*. — 4. vernicula, *A, D*. — 5. et, *ajouté par A*. — 6. impediunt bullas papales, *B, D*; impediverunt bullas papales legi, *C*. — 7. *omis par B, C*. — 8. prius, *B, C, D*. — 9. die sexta maii, *ajoutés par C, Bal*. — 10. per, *omis par A, D*. — 11. fuit, *D*. — 12. Gavastone, *B, C, D*. — 13. anno, *B, C, D*. — 14. *lege* vigilia Ascensionis [3 maii 1312]. — 15. Gavastone, *B, C, D*. — 16. *omis par C*. — 17. de, *ajouté par B, C, D, Bal*.

Eodem tempore, per dominum Philippum [1] de Sabaudia [2] talis fraus dicitur esse facta, quod sub simulatione matrimonii contrahendi requisivit comitem Philipponem de Papia quod mitteret aliquos ad dictum festum honorandum. Qui misit [3] filium suum et octo de melioribus civitatis; quos omnes detinuit in carcere. Simile de aliquibus aliarum civitatum fertur fecisse.

Eodem anno, occisus est Ricardus de Camino a quodam assisino [4], nec potuit sciri quis fuerit auctor [5] sue mortis, quia statim assisinus [6] fuit frustratim neci datus. Succeditque in dominio frater ejus, quia filium non habebat ex filia ducis de Galura [7], uxore sua; que vocata est domina Johanna, filia filie marchionis de Este [8].

Eodem anno citatur comes Flandrie ad [9] parlamentum Francie, cui imponebatur [10] quod non servasset pacta que in pace Flamingorum intervenerunt [11].

Eodem anno, XXV [12] die maii, rex Romanorum occupat [13] Capitolium; et inde sua gens assumit audaciam ad veniendum versus [14] Sanctum Petrum; descendentesque de Capitolio, veniunt versus domum domini Gentilis prope Minervam, apperientes per violentiam [15] vias clausas vallis [16] et fossatis, magnoque impetu invadunt partem adversam, multosque vulnerant et occidunt. Quod cum pervenisset ad majores alterius partis, Catalani cum Tuscis [17] venerunt contra partem regis predicti. Magnum bellum et atrox inchoatum est [18] prope domum domini Gentilis, qui dicuntur Alperici [19], duravitque certamen ab hora tertia usque ad horam [20] nonam [21]. Tandem succumbit [22] pars imperatoris, magnaque strages facta est, multique principes ejus sunt occisi et alii nobiles; inter quos fertur de episcopo Leodiensi [23]. Post hec utraque pars se vallat et in tantum infortiant se [24] quod una pars ad aliam venire [25] non poterat sine periculo; et imperatore impellente [26] nichilominus exercitant se continue ad singulare certamen, et nunc hunc nunc illum consumit gladius.

1. Philipponem, *B.* — 2. Sabaldia, *C, D.* — 3. eidem, *ajouté par B, C, D, Bal.* — 4. a quodam assisino, *omis par C.* — 5. fit actor, *B;* fuit auctor, *C, D.* — 6. assisinus, *C.* — 7. Galinam, *B, C, D.* — 8. Aste, *C.* — 9. per, *A.* — 10. opponebatur, *B, C, D.* — 11. intervenerant, *D.* — 12. XV, *B, C, D.* — 13. occupavit, *D.* — 14. ad, *B, C, D.* — 15. vim, *B.* — 16. valli, *C.* — 17. Cathalanos cum Tuscis qui *au lieu de* Catalani cum Tuscis, *D.* — 18. inchoatur *au lieu de* inchoatum est, *B, C, D.* — 19. Alperia, *C.* — 20. *omis par C.* — 21. quod certamen ab hora tertia usque ad nonam duravit, *B, D.* — 22. succubuit, *B, C, D.* — 23. inter quos frater episcopi Leodiensis, *D;* inter quos frater episcopi vel de episcopo Leodiensi, *B, C.* — 24. se infortiant, *B, D;* se fortificant, *C.* — 25. ire, *B, C, D, Bal.* — 26. ipsa volente *au lieu de* imperatore impellente, *A.*

Eodem tempore, capto Petro de Gavaston [1], post octo dies sue [2] captionis veniens ad manus baronum, decapitatus [3] est ab eis; quia imponebatur sibi quod dementasset [4] regem, insuper quod [5] cameram regis spoliasset et quod retraxisset eum ab amore regine; que filia erat regis Francie et de pulcrioribus mulieribus mundi. De quo fertur mirabilem exitum habuisse. Cum enim videret mortem sibi [6] imminere, petivit fratres ad suam confessionem: et post confessionem advocavit barones, et sic ipsos alloquitur : *Ex quo,* inquit, *me mori* [7] *oportet, peto ut michi liceat disponere de me ipso. Primo ego indulgeo omnibus qui me leserunt, preter illos qui michi imposuerunt infamiam de infami* [8] *peccato.* Deinde petivit a baronibus capellanos qui celebrarent in perpetuum pro anima sua: et a diversis fuerunt oblati quinque. Abinde posuit se in feretro, et [9] tanquam mortuus esset, [10] fecit eo vivente missam [11] celebrari de mortuis. Missa autem dicta, rogavit barones quod antequam decapitaretur, perforaretur [12] gladio in pectore et renibus et circa cor, ut sic mortuus decapitationem non sentiret, quod et factum fuit [13].

Eodem tempore et anno imperator attemptat cum gente sua ire ad Sanctum Petrum, et invadit aliam partem in quinque locis; et [14] male cessit eidem : quia altera pars, scilicet regis Roberti, multum bene erat munita et incastellata. Unde cum balistis perforant [15] eos, vitantes [16] bellum campale pro majori eorum [17] securitate, credentes imperatorem [18] sive gentem ejus vincere ex defectu victualium seu [19] expensarum. Interim tamen [20] rex sive [21] imperator munit [22] se gente et vallis, et alia pars magis: et ambo stant in fortaliciis suis.

Eodem anno in Ytalia facta est epidimia quasi per totum.

Eodem anno in festo apostolorum Petri et Pauli [29 junii 1312], quia in Sancto Petro Henricus imperator coronari non potuit propter adversarios, fuit coronatus a tribus cardinalibus, videlicet legato,

1. Gavastone, *B, C, D.* — 2. *omis par C.* — 3. et captus *au lieu de* decapitatus est, *C.* — 4. demendasset, *B, C.* — 5. totam, *ajouté par D, Bal.* — 6. vidit sibi mortem, *B, D;* viderit sibi mortem, *C.* — 7. mori me, *C.* — 8. leserunt infamia de infamie peccato, *C;* leserunt in fama de infamie peccato, *D;* leserunt infamiam de infami peccato, *B.* — 9. *omis par B, D.* — 10. et, *ajouté par B, D.* — 11. celebrari missam, *B, C, Bal.;* missam de mortuis dici, *D.* — 12. perfoderetur, *C, Bal.* — 13. est, *D.* — 14. sed, *B, C, D, Bal.* — 15. perforabant, *B, C, D, Bal.* — 16. et vitantes, *C;* evitantes, *D.* — 17. ipsorum, *C.* — 18. imperatorum, *Bal.* — 19. et, *B, C, D, Bal.* — 20. autem, *B, D.* — 21. seu, *B, D.* — 22. munivit, *B, C, D.*

domino Ostiensi et domino [1] Luca, de mandato pape in Sancto Johanne de Laterano. Eodem tempore, modica mora ibidem contracta [2], inde recedens vadit versus Tudertim [3], ubi cum ipsis intravit territorium Perusinorum, et multa dampna eisdem [4] infert. Perusini vero ex suspicione civium suorum non fuerunt ausi exire contra imperatorem. Inde venit Aretium; et ibidem quasi nulla mora contracta, intravit territorium Florentinorum.

Eodem autem anno, videlicet [5] duodecimo [1312], rex Castelle moritur in exercitu contra Sarracenos, acquisitis aliquibus castris regni Granate.

Eodem anno principes Anglie conveniunt [6] contra regem apud Londonias post mortem Petri de Gavaston [7], requirentes cum super ordinationibus factis in parlamento de beneplacito regis pro bono statu regni. Et quia rex videbatur turbatus de morte Petri, legatus domini [8] pape missus et Ludovicus, frater regis Francie, existentes [9] cum dicto rege Londoniis, se interponunt [10] ad concordiam faciendam.

Eodem anno [11] imperator veniens de Roma, ipso jam coronato in imperatorem [12], intravit territorium [13] Florentinorum, et venit ad montem Garchi [14]; qui modica expugnatione reddiderunt se sibi. Quibus omnibus donavit immunitatem ad certum tempus. Et inde recedens, venit Anicissam [15], ubi resistentia fit [16] per Florentinos et bellum [17], et aliqui mortui, ultimo tradiderunt [18] se sibi. Ab inde usque ad Sanctum Salvi [19] descendit sub spe habendi Florentiam, ut creditur; ibique [20] se fixit cum duobus milibus militum et XV milibus peditum, et castrametatus est, contrahens ibidem moram per mensem cum dimidio; nec aliquam habuit resistentiam, licet multotiens fuerit dictum quod interiores exirent ad pugnandum cum ipso, quia erant [21] in duplo quam ipse [22]; ubi convenerant Lucani, Bononienses, et Romanholi [23] et Senenses, cum aliis. Tandem imperator recedit de Sancto Salvi, et vadit ad Sanctum Cassianum, ubi

1. de *(sic)*, *ajouté par B, C, D.* — 2. ibi contrahendo, *B, C.* — 3. Tudertum, *B, C, D, Bal.* — 4. eis, *B, C, D.* — 5. anno, *ajouté par B, C, D.* — 6. convenerunt, *C.* — 7. Gavastone, *B, C, D.* — 8. nostri, *ajouté par B, C, D.* — 9. existens, *A.* — 10. cum dicto rege tandem se interponunt, *C;* cum dicto rege tandem interposuerunt se, *B, D.* — 11. tempore, *C, Bal.* — 12. imperium, *A;* imperio *(sic)*, *B, D.* — 13. *omis par A.* — 14. Gracchi, *C, Bal.* — 15. Avisitam, *C.* — 16. *omis par C;* fuit, *placé après* Florentinos *par B, D.* — 17. habuit, *ajouté par B, C, Bal.* — 18. rediderunt, *B, D.* — 19. Salvii, *C.* — 20. que, *omis par B, D.* — 21. qui erat, *C.* — 22. ipsi, *A.* — 23. Romagnoli, *B, D;* Romangnioli, *C;* Romandioli, *Bal.*

mense [1] novembris et decembris moram fecit; et in octobri [2] recesserat [3] de urbe.

Eodem anno luna passa est eclipsim XV die decembris [4] circa principium noctis et [5] fuit quasi tota eclipsata. Et in sequenti die [6] papa vocavit quosdam religiosos inter quos erat scisma, et dedit sententiam contra eos; et [7] quosdam illius ordinis absolvit ab officio, quosdam autem penitentiavit, quia non fuerunt [8] obedientes eidem, ymmo appellaverant [9] contra ipsum. Ab inde fecit legi constitutionem super capita ipsorum [10], in qua multum artabantur.

Eodem anno, hoc est duodecimo [1312], in decembri [11] et quatuor temporibus, fecit papa Clemens novem cardinales; inter quos quatuor fuerunt doctores juris, videlicet archiepiscopus Aquensis, qui modo vocatur Penestrinus, episcopus Avinionensis, Biterrensis et abbas Sancti Severi [12]. Duo vero alii fuerunt magistri in theologia: unus de ordine Predicatorum, qui legebat in sacro palatio curie, dictus frater Guilhermus Petri de Bajona; alius frater Minor, dictus frater Vitalis [13]. Alii duo fuerunt familiares pape. Sed nonus fuit bachallarius in theologia et secularis.

Anno Domini MCCCXIIJ, in januario [14], nuntii imperatoris veniunt ad curiam pro ratificatione coronationis quam imperator in Urbe receperat [15].

Eodem anno et mense, Ecclesia concedit Roberto regi [16] dominium Ferrarie sub annuo censu ad ipsius beneplacitum.

Eodem anno, Veneti reconciliantur Ecclesie, solvendo eidem centum milia florenorum, obligando [17] se per juramentum et sub certa pena de non reedificando castrum dictum Marcabon [18].

Eodem anno in fine januarii, imperator transfert suum exercitum ad Podium Boniti contra Collum [19] et Sanctum Geminianum, dictumque castrum de Podio Boniti reedificatur [20]. Fertur autem quod imperator ascendit dictum castrum et in omnibus angulis

1. per mensem, *Bal.*, *C*, *D*. — 2. octobre, *C*. — 3. recedit, *B*; recessit, *C*, *D*, *Bal.* — 4. septembris, *B*, *D*. — 5. *omis par C*, *D*. — 6. Anno sequenti *au lieu de* Et in sequenti die, *B*, *C*, *D*. — 7. quia, *A*. — 8. fuerant, *B*, *C*, *D*. — 9. appellaverunt, *C*, *D*, *Bal.* — 10. eorum, *B*. — 11. hoc est in duodecimo, decembri, *B*, *D*; id est in duodecimo, mense decembris, *C*. — 12. Severii, *C*. — 13. minor de Justo, dictus frater Vitalis, *mss.*; minor, dictus frater Vitalis de Furno, *Bal.* — 14. mense januarii *au lieu de* in januario, *C*. — 15. acceperat, *B*, *C*, *D*. — 16. Roberto regi *placé après* Ferrarie *par C*, *D*. — 17. obligant, *C*. — 18. Merchabone, *B*, *D*; Mercabonem, *C*. — 19. Collem, *B*, *C*, *D*. — 20. reficitur, *C*.

castri primum jecit lapidem, sed in porta orientali unum annulum, meliorem, quem habebat in digito, ibidem profundavit.

Eodem anno et mense, imperator recedit de castro Podio Boniti [1] propter defectum victualium et epidimiam, et venit Pisas [2]; ubi et [3] questionem movet Pisanis super quadam summa pecunie quam eidem [4] promiserant [5].

Eodem anno, circa Pascha [6], princeps Tarentinus, filius regis Karoli, accepit duas filias domini Karoli fratris regis Francie; et unam copulavit sibi, [7] alteram [8] filio suo [9]. Pro sua accepit in dotem imperium Constantinopolitanum, quia matri debebatur. Pro alia habuit in dotem regnum Thessalonicense [10]. Mater enim earum filia fuit imperatoris Balduini [11], cui imperium abstulit Pallialogus [12]. Et [13] quia una de dictis filiabus desponsata erat secundogenito ducis Burgondie dispensatum [14] fuit. Abinde [15] accepit in uxorem filiam comitis Annonie; et princeps eidem accessit in principatu [16] Achaye, quem in dotem assignavit predicte [17] filie comitis.

Eodem tempore, videlicet [18] anno et mense [5 maii 1313], post octavas Pasche Clemens V Celestinum V (qui papatui cessit in [19] anno Domini MCCXCV, cui successit Bonifacius VIIJ) per [20] longum tempus de vita et miraculis inquisitione posthabita [21] sub cathalogo sanctorum annumerat, mandatque ipsum vocari sanctum Petrum confessorem, quia sic vocabatur ante papatum, videlicet Petrum de Marone [22]. Per quod videtur dictus dominus Clemens ratificasse renuntiationem, quia noluit ipsum vocari Celestinum.

Eodem anno, oritur tribulatio inter barones Castelle post mortem regis, eo quod reliquerat filios teneros; et facta est contentio super tutela primogeniti regis [23]. Nichilominus tamen omnes juraverunt fidelitatem predicto puero.

Eodem anno, imperator bannivit [24] regem Robertum et privavit terris Imperii et omni honore et quicumque vellet de bonis ejus

1. Bononie *(sic)*, *C*. — 2. Pisis, *B*, *C*, *D*. — 3. *omis par B*, *C*, *D*. — 4. ei, *B*, *D*. — 5. illo anno, *ajoutés par B*, *D*. — 6. circa Pascha, *omis par B*, *C*, *D*. — 7. et, *ajouté par B*, *D*. — 8. que, *ajouté par C*. — 9. *omis par A*. — 10. *Au lieu de* Pro sua... Thessalonicense, *B*, *D mettent* et accepit in dotem regnum Thessalonicense; *C*, accepit in dotem regnum Thessalonicense. — 11. Baldonini, *C*. — 12. Palliagolus, *C*. — 13. *omis par C*. — 14. dispensandum, *B*, *Bal*. — 15. Ibidem et, *A*. — 16. princeps ei dedit principatum Achaye, *Bal.*; princeps eidem in principatu Achaye, *A*. — 17. dicte, *B*, *C*, *D*. — 18. tempore videlicet, *omis par B*, *C*, *D*, *Bal*. — 19. *omis par C*. — 20. post, *B*, *C*, *Bal*. — 21. prehabita, *B*, *C*, *D*, *Bal*. — 22. Murrone, *C*, *Bal.*; videlicet frater Petrus de Morrone, *D*. — 23. *omis par B*, *C*, *D*. — 24. bandivit, *B*, *D*.

occupare posset [1], et absolvit omnes milites et barones suos a fidelitatis juramento. Et hoc fuit circa Pascha [26 aprilis 1313]. Interim autem fiunt [2] concertationes particulares; et modo uni parti male cedit [3], modo alteri. Eodem tempore, senescallus regis Roberti prevalet contra partem Imperii in Pedemonte et contra marchionem Montisferrati, magnamque gentem capit et occidit.

Eodem anno, hoc est decimo tertio, in Penthecoste [circa 3 junii 1313], Parisius fit festum solempnissimum, quia rex fecit milites filios suos, et [4] cum eis fiunt milites multi, et, ut fertur, inter barones et alios [5] principes circa mille. Ad istum festum venit rex Anglie et regina que erat filia regis Francie. In hoc festo fuerunt [6] multa singularia. Primo, quia propter multitudinem non permittunt [7] aliquem equitare, fit molendinum quod molit sterlingos, fit aqueductus de vino de [8] vernacia [9], burgenses Parisienses fecerunt nemus de omni genere animalium. Rex autem post festum accepit crucem de manu legati, et ipse et filii et rex Anglie et quasi tota baronia. Tanta autem ostensa est [10] amoris affectio inter istos duos principes quod vix lingua explicare posset et [11] quod sic se haberent sicut pater et filius, et unus alteri faveret [12] in suo regimine, sed precipue rex Francie, quod nonnisi in evidentissimis [13] causis [14] appellationi deferret.

Eodem tempore, gens imperatoris intravit Vercellas, et vi belli intravit [15] Petram Sanctam, et ceperunt Sarisanam [16] burgum et castrum. Ad [17] paucos vero dies venerunt duodecim galee regis Roberti, et ceperunt omnes barcas que portaverant [18] victualia genti imperatoris.

Eodem tempore, imperator [19] jam coronatus, ut supra patet, recedit de Pisis et vadit Romam cum militia magna, relinquens civitatem Pisanam bene munitam. Et eodem tempore imperator concessit Pontem Tremulum illis de Fiescho.

Eodem anno [20], circa medium [21] augusti, imperator in comitatu

1. posset occupare, *B*, *C*, *D*. — 2. fiunt autem, *C*. — 3. uni bene cedit, *B*, *D*. — 4. *omis par C*. — 5. *omis par B*, *C*, *D*. — 6. fiunt, *B*, *D*. — 7. permittitur, *C*. — 8. et de *au lieu de* de, *C*, *Bal*. — 9. varnachia, *B*, *D*; vernasio, *C*. — 10. Tanta est ostensa, *C*; Tanta autem est ostensa, *D*. — 11. eo, *Bal*. — 12. et quia sic se habebant sicut pater et filius, et unus alteri faveret, *D*. — 13. arduissimis, *C*. — 14. causas, *D*. — 15. Gibellini intraverunt, *B*, *C*. — 16. Serazanum, *B*, *C*, *Bal*. — 17. Circa, *B*, *C*, *D*, *Bal*. — 18. portaverunt, *C*, *D*. — 19. *omis par B*, *C*, *D*. — 20. tempore, *B*, *C*, *D*, *Bal*. — 21. mensem, *B*, *C*, *D*.

Senensi existens apud Bonconventum [1] et quasi languens infirmabatur [2], et moritur et, ut dicitur, multum devote; delatumque est corpus ejus Pisas. Moritur autem XXIIIJ [3] die augusti morte vero [4] naturali, quicquid aliqui malivoli dicant [5]. Infirmitas autem sua [6] incepit ab apostemate in coxa [7], et [8] inde venit ad febrem; de [9] qua decima die moritur, sicut a fidedignis accepi qui fuerunt presentes.

Eodem anno, circa principium septembris, papa Clemens fecit constitutionem in qua promulgat sententiam excommunicationis contra omnem hominem [10] qui armata manu et hostiliter intraret regnum Apulie, sive ratione terre capiende sive ledende [11], sive ratione regis Roberti et suorum subditorum. Hec autem sententia sic [12] lata est quia [13] aliqui opinati sunt et consuluerunt imperatori quod non incidebat in sententiam si iret contra personam et non contra regnum.

Eodem tempore, post mortem imperatoris, dominus Clemens regem Robertum senatorem constituit Urbis.

Eodem tempore, hoc est [14] tertia die decembris, in [15] undecima hora, luna passa est eclipsim; et fuit particularis et cinericia.

Anno Domini MCCCXIIIJ [16] post mortem imperatoris convenerunt electores ad locum destinatum, sed non potuerunt convenire. Unde inde discordes recesserunt.

Eodem tempore, [17] in januario et usque ad februarium, fuerunt nives et frigora magna secuta post conjunctionem planetarum, videlicet Jovis cum Marte, et oppositionem [18] ipsorum cum Saturno, et eclipsis [19] lune.

Eodem anno, in kalendis martii [1 martii 1314], in Carpentorato, ubi curia tunc erat, apparuerunt tres soles in oriente naturales [20] duo in meridie, unus naturalis, et alter contra cursum nature; et diu duraverunt et quilibet suos [21] radios emittebat.

Eodem tempore, XIIIJ die dicti mensis, publicate sunt quedam constitutiones facte in concilio Viennensi, que jam dicentur :

1. Deconetum, *A*, *B*. — 2. infirmatur, *B*, *C*, *D*. — 3. XXIIJ, *A*, *B*, *D*, *Bal*. — 4. *omis par B*, *C*, *D*, *Bal*. — 5. *au lieu de* quicquid aliqui malivoli dicant, *C met* quanquam aliqui malivoli dixerint quod fuerat datum sibi venenum in eucharistia. *Baluze suit C en corrigeant* dixerint *par* dixerunt. — 6. ipsa, *C*. — 7. cossa, *B*, *C*. — 8. *omis par B*, *C*, *D*. — 9. in, *C*. — 10. *omis par B*. — 11. ledende sive capiende, *B*, *C*, *D*. — 12. ita, *B*, *D*. — 13. a qua, *C*. — 14. in, *ajouté par A*. — 15. et, *B*. — 16. MCCCXIIJ, *C*. — 17. et, *ajouté par C*. — 18. oppositione, *C*. — 19. eclipsi, *B*, *C*, *D*. — 20. solennes comete unus in oriente naturalis *au lieu de* tres soles in oriente naturales, *B*, *D*. — 21. duos, *B*, *C*, *D*.

quarum una fuit declaratoria [1] eorum que ad imperatorem pertinebant circa papam, videlicet quod tenetur ad juramentum prestandum pape de conservando [2] eum et ipsius jura. Et sunt duo. Unum quod debet [3] facere antequam Romam veniat; et habetur in Decreto, distinctione LXIIJ, caput *Tibi Domino*. Secundum est quando venit Romam pro aurea corona. Quod quidem juramentum continetur in pontificali domini pape. Secunda constitutio fuit quod post mortem pape, in civitate ubi est audientia fiat electio, si papa moriatur extra locum audientie. Tertia fuit de sancta Trinitate, in qua fit confessio fidei. Quarta fuit de revocatione sententie imperatoris contra regem Robertum. Sed ista non fuit facta in concilio, sed tunc quando [4] in scriptis revocavit omnem processum factum per imperatorem contra regem Robertum. Insuper constituit dictum [5] regem [6] vicarium in Ytalia in tota terra Imperii.

Eodem tempore, XJ die aprilis, Clemens V occasione sue infirmitatis de Castro Novo, quod est episcopi Avinionensis, recedit, et [7] versus Burdegalam [8] se disponit.

Eodem anno, in Cena Domini [12 aprilis 1314], factus est processus per papam [9] contra Mutinenses et exitios [10] Bononienses et alios de Romandiola et Mantua propter hostilem impugnationem vicario [11] marchionis nepotis pape Clementis, qui vicarius vocabatur Ramundus [12] Athonis [13] de Aspello [14], et qui ante [15] fuerat comes in Romandiola. Hic veniebat cum thesauro Ecclesie et marchionis predicti et in magna summa, et dictus vicarius erat cum quadraginta personis; et cum securatus [16] esset, nulla fide servata, occiderunt eum prope Mutinam, et omnia bona rapuerunt.

Eodem anno [17], XIJ kalendas maii [20 aprilis 1314], Clemens V moritur in quodam castro regis Francie quod dicitur Rochamaura [18]. Fuerat autem multo tempore infirmus de torsionibus, ex [19] quibus perdidit appetitum. Ymmo interdum patiebatur fluxum, et per ipsum mitigabantur torsiones. Interdum vero patiebatur vomitum. Et sic de talibus passionibus moritur; nec umquam fuit postea

1. declarativa, *B, C, D, Bal.* — 2. observando, *B, C, D.* — 3. debeat, *B, C;* quid debebat *au lieu de* quod debet, *D.* — 4. quia, *A, B, C.* — 5. dominum, *C.* — 6. Robertum, *B, C, D.* — 7. accedere *au lieu de* recedit, et, *B, C, D.* — 8. Burdegaliam, *B, C, Bal.* — 9. per papam, *omis par B, C, D.* — 10. exititios, *B, C, D, Bal.* — 11. vicarii, *B, C, D, Bal.* — 12. Raymundus, *C.* — 13. Othonis, *A, Bal.* — 14. Apello, *B, D.* — 15. antea, *C, D.* — 16. assecuratus, *B, C, D, Bal.* — 17. die, *ajouté par C, Bal.* — 18. Roccamaura, *B, D.* — 19. in, *B.*

sanus postquam [1] constitutionem contra religiosos mendicantes [2] renovavit sicut audivi a suo confessore fidedigno [3].

1. sanus fuit postquam, *D.* — 2. *omis par B, C, D.* — 3. predicatore tamen, *ajoutés par B, D;* predicatore tamen, *puis deux mots grattés* bona conditione, additione, *C en marge duquel Pierre-Guillaume Rocha, qui l'a possédé, a écrit :* Suspicum est testimonium tuum, quia reli[gi]osus es; predicatore tamen, bona additione, *ajoutés, par le ms. A, 11 de la bibliothèque du chapitre de Padoue, fol. 239 v°.*

TERTIA VITA

CLEMENTIS V

AUCTORE BERNARDO GUIDONIS

EPISCOPO LODOVENSI

(excerpta e *Cathalogo brevi romanorum pontificum*)

Clemens V, natione Vasco, de loco qui Vinhandrau [1] dicitur, Burdegalensis diocesis, oriundus, ex patre Beraudo milite, fuit electus in papam apud Perusium in vigilia Penthecostes, que fuit nonis junii [5 junii], anno Domini millesimo trecentesimo quinto. Sedit annis VIIJ, mensibus X, diebus XV, a die electionis sue usque in diem sui obitus computando. Vacavit autem Sedes annis duobus, mensis tribus, diebus septemdecim. Hic prius vocabatur Bertrandus de Gotho. Fuitque primo episcopus Convenarum, et exinde translatus in Burdegalensem archiepiscopum. Electus [2] est in papam, et tunc temporis suam provinciam in Pictavia visitabat. Rediens autem de Pictavia Burdegalam in mense julii subsequentis, receptus fuit cum ingenti gaudio et honore, ubi recepit decretum electionis sue in crastino sancte Marie Magdalene [23 julii 1305]. Et sequenti die [24 julii], scilicet XJ [3] kalendas augusti, in presentia prelatorum et magnatum in ecclesia cathedrali Sancti Andree, sede sua sedens in cathedra, Clemens vocari voluit et elegit, et ex tunc cepit agere et se gerere sicut [4] papa. De Burdegala vero recessit in fine sequentis mensis augusti pervenitque Lugdunum;

1. Vilandrau, D^3; Vilhandrau, *Bal.* — 2. Electusque, *Bal.* — 3. *lege* IX. — 4. tanquam, D^3.

Désignation des manuscrits :

C^1 = Bibliothèque nationale de Paris, ms. latin *4040*, fol. 159 v°-160 v°.
D^1 = Bibliothèque nationale de Paris, ms. latin *4979*, fol. 13 v°-14 v°.
D^2 = Bibliothèque nationale de Paris, ms. latin *4979*, fol. 80 r°-81 v°.
D^3 = Bibliothèque nationale de Paris, ms. latin *6489*, fol. 166 r°-167 v°.

conveneruntque ad eum cardinales; fuitque coronatus Lugduni in ecclesia Sancti Justi, dominica infra octabas sancti Martini, scilicet XVIIJ kalendas decembris [14 novembris 1305], presente domino rege Francie Philippo.

Hic Clemens papa, pontificatus sui anno primo, in Adventu Domini subsequenti, scilicet XVIIJ kalendas januarii [15 decembris 1305], fecit unam ordinationem cardinalium; inter quos fuerunt Petrus de Capella episcopus Tholosanus, Berengarius Fredoli episcopus Biterrensis, Arnaldus de Cantalupo electus Burdegalensis, frater Thomas Anglicus magister in theologia, et frater Nicholaus Gallicus confessor regis Francie, ambo de ordine Predicatorum, Stephanus archidyaconus Brugensis [1] cancellarius regis Francie, Guillelmus Arrufati [2], Arnaldus de Pelagrua, Raimundus de Gotho nepos pape, Petrus Arnaldi Bearnensis abbas Sancte Crucis Burdegalensis; cui non fuerunt anni at[t]ributi in cardinalatu, sed obiit infra annum. Item Jacobum et Petrum de Columpna, patruum et nepotem, quos Bonifacius papa deposuerat, reposuit in cardinalatu, rege Francie procurante.

Anno autem Domini MCCCV.J. Clemens papa, recedens de Lugduno, rediit Burdegalam, ubi sedit cum sua curia illo anno.

Deinde anno Domini MCCCVIJ, Clemens papa cum sua curia [3] de Burdegala vadit apud Pictavim [4], ubi stetit curia anno uno et amplius.

Eodemque [5] anno, in festo sancti Eduardi regis, IIJ ydus octobris [13 octobris 1307], fuerunt capti Templarii ubique in toto regno Francie subito una die.

Anno autem Domini MCCCVIIJ, circa finem mensis augusti, Clemens papa cum curia sua recessit de Pictavi, versus Avinionem dirigens gressus suos, ubi cum curia sua [6] sedit [7].

Anno autem Domini MCCCVIIIJ, venerunt nuntii et ambaxatores regis Alamannie Henrici apud Avinionem, petentes confirmationem electionis et coronationem Imperii ab ipso papa sibi dari. Papa vero ejus electionem admisit et confirmavit, volens ipsum nominari regem Alamannie et Romanorum, et coronationem Imperii promisit, tempus eidem assignando ut a festo Purificationis ad duos annos Romam veniret coronam ibidem Imperii percepturus.

1. Burgensis *(sic)*, C^1, D^1. — 2. Atrufati, C^1; ambo... Arrufati, *passage omis par* D^3. — 3. curia sua, C^1, D^1. — 4. Pictavum, C^1; Pictaviam, *Bal.* — 5. que, *omis par Bal.* — 6. sua curia, D^3. — 7. versus... sedit, *passage omis par* D^1.

Eodemque [1] anno Domini MCCCVIIIJ, ydibus septembris [13 septembris], apud Avinionem Clemens papa ad instantiam regis Francie Philippi et suorum in publico consistorio pronuntiavit ut liceret prosequi volentibus procedere contra memoriam dampnandam Bonifacii pape VIIJ, qui ab eisdem jam dudum de crimine heresis extiterat infamatus.

Anno autem Domini MCCCX, quinto [2] ydus maii [11 maii], per archiepiscopum Senonensem cum suis suffraganeis in concilio provinciali Parisius congregatis fuerunt sententiati et judicati Templarii ex propriis confessionibus tanquam inpenitentes super nephanda et prophana professione sua; fueruntque relicti curie seculari, et per eamdem igni traditi et combusti. Unum autem mirandum fuit quod omnes et singuli eorum confessiones suas, quas prius j..rati fecerant in judicio, retractarunt, dicentes se falsa fuisse confessos, nullam super hoc reddentes causam aliam nisi vim aut [3] metum tormentorum quod de se talia faterentur.

Hic Clemens papa pontificatus sui anno sexto, dominice vero incarnationis anno MCCCX, in sabbato quatuor temporum Adventus, scilicet XIIIJ kalendas januarii [19 decembris], apud Avinionem fecit secundam ordinationem quinque cardinalium; qui fuerunt, Arnaldus de Felgueriis [4] archiepiscopus Arelatensis, Bertrandus de Bordis episcopus Albiensis, qui obiit infra annum sequenti mense septembris, Arnaldus Novelli abbas Fontisfrigidi Cisterciensis ordinis, Raimundus de Fargis nepos pape ex sorore, Bernardus de Garvo de Sancta Librata [5].

Hic Clemens papa pontificatus sui anno septimo, dominice vero incarnationis anno MCCCXJ in kalendis octobris, apud Viennam supra Rodanum generale concilium convocavit; fuitque prima sessio concilii inchoata XVIJ [6] kalendas novembris [16 octobris]; et inter colloquia et tractatus super agendis deductum est tempus per totam yemem subsequentem. In sequenti vero mense martii, feria quarta in epdomada sancta, XJ kalendas aprilis [22 martii 1312], summus pontifex, multis prelatis cum cardinalibus coram se in privato consistorio convocatis, per provisionis potius quam condempnationis viam, ordinem militie Templariorum cassavit et penitus anullavit, personis ac bonis ejusdem ordinis dispositioni et ordinationi sue et Ecclesie reservatis. In sequenti vero mense aprilis,

1. quoque *au lieu de* que, D^1. — 2. *omis par* D^1. — 3. et, D^1. — 4. Falgueriis, *Bal.* — 5. Liberata, *Bal.* — 6. XIIJ *(sic), correction d'une main postérieure,* D^1.

tertia die ejusdem mensis, anno incarnationis dominice [1] jam mutato, scilicet MCCCXIJ, fuit secunda sessio concilii celebrata: in qua predicta cassatio ordinis Templariorum fuit per summum pontificem, radiante concilio, promulgata, presente rege Francie Philippo cum tribus filiis suis, cui negotium erat cordi. Sicque anullatus est ordo Templi post annos CLXXXIIIJ quibus militaverat, inpingatus ac dilatatus nimis. In sequenti vero mense maii, pridie nonas ejusdem mensis [6 maii], in festo sancti Johannis ante portam Latinam, sabbato infra octabas Ascensionis Domini, fuit tertia et ultima sessio celebrata, et concilium, quod fere septem mensibus protactum fuerat, terminatum, in quo fuerunt multe constitutiones edite. Post celebrationem vero concilii Clemens papa cum curia sua versus Avinionem revertitur de Vienna.

Eodem autem [2] anno Domini MCCCXIJ, sabbato in jejuniis quatuor temporum Adventus, scilicet [3] x kalendas januarii [23 decembris], apud Avinionem, Clemens fecit tertiam ordinationem novem cardinalium, quos assumpsit; qui fuerunt, Guilhelmus de Mandagoto archiepiscopus Aquensis, Jacobus de Osa episcopus Avinionensis, Berengarius episcopus Biterrensis, Arnaldus de Auxio episcopus Pictavensis, frater Guillelmus Petri magister in theologia, lector palatii, de ordine Predicatorum, frater Vitalis de Furno magister in theologia, de ordine fratrum Minorum, Michael de Becco decanus Sancti Quintini, Guillelmus Testa Condomiensis, item abbas Sancti Severi ordinis sancti Benedicti.

Hic Clemens papa pontificatus sui anno octavo, dominice vero [4] incarnationis anno MCCCXIIJ, quinta [5] die maii in sabbato, apud Avinionem canonizavit Petrum de Marrone condam papam Celestinum, et sub nomine sancti Petri sanctorum confessorum cathalogo annotavit, a transitu ejusdem sancti Petri anno decimo septimo; fuitque ejus festivitas instituta XIIIJ kalendas junii [19 maii], qua die transiit ex hoc mundo.

Anno autem dominice incarnationis MCCCXIIJ [1314, n. st.] circa finem hujus anni, in festo sancti Benedicti abbatis [21 martii], in castro de Montiliis prope Carpentoratem civitatem, in qua tunc curia morabatur, Clemens papa fecit coram se in consistorio publicari constitutiones quas prius fecerat ordinari, ex quibus decreverat fieri librum unum, que dicuntur constitutiones Clementine;

1. dominice incarnationis, *Bal.* — 2. vero, D^3, *Bal.* — 3. *omis par* C^1, D^1. — 4. *omis par* C^1, D^1, D^3. — 5. sexta *(sic)*, D^3.

cepitque exinde egrotare, unde post obiit tricesima[1] die, scilicet XIJ kalendas maii [20 aprilis]; et sic constitutiones ille non fuerunt misse ad studia generalia, ut est moris, nec exposite communiter ad habendum, sed remanserunt sic quadriennio in suspenso, donec postmodum per successorem ejus fuerunt publicate et sub bulla ad studia generalia destinate.

Hic Clemens papa, cum de Carpentorate civitate infirmus portatus fuisset ultra Rodanum apud castrum de Rochamaura, obiit ibidem XIJ kalendas maii [20 aprilis], pontificatus sui anno nono, dominice vero incarnationis anno MCCCXIIIJ, fuitque revectum corpus ejus ultra Rodanum apud Carpentoratem civitatem, ubi cardinales cum alia curia residebant. Sequenti vero mense augusti de Carpentorate fuit transvectum corpus ejus in Vasconiam patriam suam; fuitque sepultum, sicut elegerat, in ecclesia beate Marie de Usesta, diocesis Vasatensis.

Defuncto autem Clemente papa, cardinales numero XXIIJ qui apud Carpentoratem civitatem cum alia curia residebant, intrantes conclave in palatio episcopali pro electione summi pontificis facienda, cum ibidem aliquamdiu perstitissent non valentes concordare, suborta gravi et grandi turbatione et commotione exterius inter familias eorumdem, ipsum conclave circa festum beate Marie Magdalene [22 julii 1314] concorditer exierunt, statuentes tempus infra quod redire deberent ad eundem locum ad electionem[2] summi pontificis celebrandam. Sed subortis variis questionibus et jurgiis in[3] invicem, que stilo magis relinquenda sunt quam scribenda, illuc minime redierunt, sed in diversis civitatibus et villis dispersi sunt; steteruntque sic divisi loco et proposito annis amplius quam duobus, fueruntque tractatus plures habiti per personas medias inter eos : quorum finis tandem fuit, mediante domino Philippo tunc comite Pictavie, germano regis Francie Ludovici, cui successit in regno, quod congregati sunt in Lugduno, ubi convenerunt in conventu fratrum Predicatorum in vigilia apostolorum Petri et Pauli [28 junii], anno Domini MCCCXVJ, ibique diligentia, arte et ingenio prefati domini Philippi et consilii sui fuerunt omnes conclusi, nec exire permissi, cum prius nescirent nec crederent se ibi debere concludi. Non enim potuissent in unum locum[4], divisis animis, alias congregari.

1. tricesima prima *(sic)*, *mss.* — 2. institutionem, C^1. — 3. *omis par* D^1. — 4. *omis par Bal.*

QUARTA VITA

CLEMENTIS V

(excerpta ex chronicis quae nuncupantur *Flores chronicorum* seu *Cathalogus pontificum romanorum*)

AUCTORE BERNARDO GUIDONIS

EPISCOPO LODOVENSI

Clemens V, natione Vasco, de loco qui Vinhandrau [1] dicitur, Burdegalensis dyocesis, oriundus, ex patre Beraudo milite, fuit electus in papam in Perusio, in vigilia Penthecostes, que fuit nonis [2] junii [3], anno Domini MCCCV [5 junii 1305].

Hic prius vocabatur Bertrandus del Got seu de Gotho. Hic fuit primo episcopus Convenarum factus per provisionem Bonifacii pape VIIJ, anno Domini MCCXCV, fuitque Convenarum episcopus [4]

1. Vilhandrau, *Bal.*; Vanhandrau, *I.* — 2. nonas, *Bal.* — 3. julii *(sic)*, *I.* — 4. episcopus Convenarum, *Bal.*

Désignation des manuscrits employés :

A = Bibliothèque nationale de Paris, nouvelle acquisition latine *1171*, fol. 105 v°-110 v°.
B = Bibliothèque nationale de Paris, ms. latin *4976*, fol. 111 r°-117 r°.
C = Bibliothèque nationale de Paris, ms. latin *4983*, fol. 144 r°-151 v°.
D = Bibliothèque nationale de Paris, ms. latin *4982*, fol. 113 v°-119 v°.
E = Bibliothèque de la ville de Toulouse, ms. *450*, fol. 139 r°-144 v°.
F = Bibliothèque nationale de Paris, ms. latin *4976 A*, fol. 108 v°-114 r°.
H = Bibliothèque nationale de Paris, ms. latin *4977*, fol. 84 r°-88 v°.
I = Bibliothèque nationale de Paris, ms. latin *4975*, fol. 83 v°-87 v°.
J = Bibliothèque nationale de Paris, ms. latin *4979*, fol. 50 v°-56 v°.

Les signes < et ÷ ont été employés pour distinguer entre elles les éditions des *Flores chronicorum*.

annis quinque; et exinde transtulit ipsum idem Bonifacius papa in Burdegalensem archiepiscopum paulo ante Natale [1] Domini [23 decembris], anno < ejusdem [2] > Domini MCCXCIX, ubi jam sederat archiepiscopus [3] annis quasi sex, et tunc temporis suam provinciam in Pictavia visitabat [4].

Cumque cardinales pro electione summi pontificis in Perusio inclusi stetissent mensibus XJ et artati, divisi in partes equales, non est inventus in eis lapis aliquis angularis qui utrumque parietem conjungeret, unumque faceret ex eisdem. Tandem versus Occidentem dirigentes [5] contuitum [6], in istum Burdegalensem archiepiscopum suos oculos erexerunt [7], et [8] summum pontificem elegerunt. Rediit autem de Pictavia Burdegalam ydibus mensis julii subsequentis [9] [15 julii 1305]; receptusque fuit Burdegalis processionaliter a toto clero et populo, cum ingenti gaudio et honore totius civitatis ac [10] patrie, undique concurrentibus baronibus et prelatis. Adhuc tamen [11] more tantum [12] archiepiscopi se gerebat ut prius, electionis sue decreto [13] nondum recepto; quod postea missum sibi [14] a cardinalibus de Perusio recepit in Burdegala, in crastino sancte Marie Magdalene [23 julii 1305] secrete, set palam et publice sequenti die [24 julii 1305], scilicet IX [15] kalendas augusti, in presentia prelatorum et magnatum, in Burdegalensi ecclesia cathedrali, ubi sedens in cathedra vocari Clemens voluit et elegit, et ex tunc cepit agere [16] et se gerere sicut [17] papa. De Burdegala vero recessit in fine sequentis mensis augusti, versus Lugdunum dirigens gressus suos, pertransiens per Agennum, et Tholosam ac Montempessulanum, cardinalesque ad se vocavit.

Fuit autem coronatus sollempniter [18] in Lugduno, < in ecclesia Sancti Justi [19] >, dominica infra octavas sancti Martini, in crastino sancti Brictii scilicet XVIIJ kalendas decembris [14 novembris 1305], littera dominicali C tunc currente; ubi Philippus, rex Francie, fuit presens cum sua nobili comitiva. Cumque de loco coronationis ut pontifex procederet coronatus, cum comitiva papali pariter et regali, concurrentibus et comprimentibus se turbis, ut viderent [20]

1. natalem *(sic)*, *I.* — 2. *en marge dans C; H, J.* — 3. *omis par J.* — 4. visitabat in Pictavia, *Bal.;* in Pictavia visitavit, *D.* — 5. dirigentem *(sic)*, *B.* — — 6. intuitum, *D.* — 7. direxerunt, *B.* — 8. in, *ajouté par I.* — 9. junii sequentis, *I.* — 10. et, *J.* — 11. tantum, *B.* — 12. *omis par B.* — 13. *omis par B.* — 14. sibi missum, *Bal.* — 15. *mss.*, XI. — 16. et ex tunc cepit agere, *omis par B.* — 17. tanquam, *Bal.* — 18. more pontificum romanorum, *ajoutés en marge dans C.* — 19. *C, en marge; H, I, J.* — 20. ut viderent, *omis par B;* cum, *ajouté par Bal.*

tamquam regem Salomonem in suo dyademate coronatum, depulsa maceria [1] cujusdam muri non magni corruit prope papam ac etiam circumstantes, eeciditque ibi [2] corona de capite ejus [3], et in casu avulsus fuit carbunculus pretiosus, cujus pretium dicebatur sex milia florenorum. Et ipse papa depositus est de equo, set minime fuit lesus. Fuerunt tamen de circumstantibus usque ad XIJ [4] sic collisi quod infra paucos dies obierunt; inter quos unus fuit major [5] et precipuus dux Britannie < Johannes [6] >, qui sic collisus, paucis diebus supervivens, diem clausit extremum. Frater vero regis Francie, dominus Karolus, fuit graviter, sed non letaliter, concassatus [7]. Ex quibus mirati sunt universi et more vulgi multi plurima presagabant [8].

Hic eodem anno < Domini [9] >, pontificatus < quoque [10] > sui [11] anno primo, in Adventu Domini subsequenti, XVIIJ kalendas januarii [15 decembris 1305], in Lugduno, fecit X < novos [12] > cardinales : inter quos fuerunt Petrus de Capella Tholosanus episcopus [13], postmodum Penestrinus, Berengarius Fredoli Bitterrensis episcopus, postmodum Tusculanus, Arnaldus de Cantalupo electus Burdegalensis, frater Thomas, Anglicus, magister in theologia, tituli Sancte Sabine, frater Nycholaus, confessor regis Francie, tituli Sancti Eusebii, ambo de ordine Predicatorum, presbiteri cardinales, Stephanus archidyachonus Brugensis[14], cancellarius regis Francie, Guillelmus Arrufati, Arnaldus de Pelagrua, Raymundus del Got seu [15] de Gotho, nepos pape, Petrus Arnaldi Bearnensis, abbas Sancte Crucis Burdegalensis, cui non fuerunt anni attributi [16] in cardinalatu, set obiit infra annum. Item duos < veteres renovando [17] > quos olim Bonifacius papa octavus deposuerat, < ipse reposuit in cardinalatu [18] > Jacobum et Petrum de Columpna, patruum scilicet et nepotem.

Eodem anno, in kalendis febroarii [1 februarii 1306, n. st.], Clemens papa revocavit duas constitutiones Bonifacii quondam pape, unam quam direxerat regi Francie, in qua scribebat eidem ipsum

1. macheria, *C, E, H, J.* — 2. *omis par B.* — 3. *omis par B.* — 4. XJ, *F.* — 5. major fuit, *Bal.* — 6. *A, C, en marge; B, D, E, F, H, I, J.* — 7. vulneratus, *F.* — 8. presagiebant, *Bal.* — 9. *A, C, en marge; B, D, E, F, H, J.* — 10. *A, C, en marge; B, D, E, F, H, J.* — 11. Anno predicto, hic pontificatus sui, *I;* Hic, eodem anno Domini, pontificatus sui, *Bal.* — 12. *C, E, en marge; B, D, F, I, J.* — 13. episcopus Tholosanus, *J.* — 14. Burgensis, *B. H.* — 15. sive, *J.* — 16. tributi, *E.* — 17. *C, en marge; B, D, E, F, H, I, J.* — 18. *écrit sur un grattage dans C; B, D, E, F, H, I, J;* restituit ad cardinalatum, *A.*

regem esse subjectum romane Ecclesie in temporalibus et spiritualibus [1], aliam vero que in sexto libro decretalium est inserta, que incipit : *Clericis laicos*, etc. Revocavit etiam omnia que ex ipsis fuerant consequta [2].

Anno Domini MCCCV [1306, n. st.], in mense martii, Clemens papa confirmavit regem Aragonum in regno Sardinie. Dictusque rex [3] juravit pape fidelitatem [4] pro dicto regno, promittens sub juramento ascendere dictam insulam in mense septembri tunc proximo venienti.

Eodemque anno, mutata tamen incarnatione, scilicet MCCCVJ, papa de Lugduno recedens [5] rediit Burdegalam, transiens per Bituricam et Lemovicas ubi fuit in festo sancti Georgii [6] [23 aprilis] et per [7] Petragoram; seditque in Burdegala cum sua curia illo anno.

Anno Domini MCCCVJ, in festo sancte Marie Magdalene [22 julii 1306], de mandato et [8] ordinatione regis Francie, fuerunt capti omnes Judei ubique in regno Francie quasi imperceptibiliter una die, et confiscata sunt [9] bona ipsorum, quecumque potuerunt [10] inveniri; fueruntque a regno expulsi, ulterius minime reversuri.

< Anno Domini MCCCVJ Hospitalarii cum exercitu christianorum obpugnare [11] ceperunt insulam Rodi cum circumadjacentibus insulis circiter quinque, que ab infidelibus Turchis inhabitabantur sub dominio imperatoris Constantinopolitani. Ceperunt autem statim [12] ab initio aliquas insulas et castella, steteruntque in pugna et conflictu [13] obsidentes pariter et obsessi annis quatuor contra Turchos; et optinuerunt finaliter christiani [14]. >

Anno Domini MCCCVIJ, Clemens papa, cum curia, de Burdegala vadit Pictavim, magna ex parte pro tractanda et consumpmanda concordia inter regem Francie Philippum et regem Anglie Odoardum; stetitque in Pictavi curia anno uno et amplius.

Eodemque anno, mense julii, obiit memoratus rex Anglie Odoardus, vir in omni probitate famosus; cui successit in regno filius ejus, nomine similiter Odoardus, qui eodem anno [1308, n. st.]

1. spiritualibus et temporalibus, *Bal.* — 2. subsequta, *F.* — 3. antea venerat ad ipsum papam in Montepessulano, et, *addition marginale dans A et cancellée dans E.* — 4. fidelitatem pape, *Bal.* — 5. *omis par F.* — 6. Gregorii, *F.* — 7. *omis par E et Bal.* — 8. de, *ajouté par J.* — 9. fuerunt omnia, *Bal.* — 10. poterant, *D.* — 11. pugnare, *D.* — 12. *omis par D.* — 13. conflictibus, *A;* exercitu, *D.* — 14. *au bas du folio dans A; en marge dans C; B, D, E, F, H, I, J.*

in sequenti mense febroarii duxit in uxorem filiam regis Francie Philippi nomine Ysabellem.

Anno Domini prataxato MCCCVIJ [1], res mira, res magna, nostris accidit temporibus, que futuris scribitur memoranda. In festo siquidem sancti Eduardi confessoris, tertio ydus octobris, feria sexta [13 octobris], fuerunt capti primo Templarii ubique in regno Francie ex ordinatione regis et consilii, inopinate sane, mirantibus cunctis audientibus antiquam Templi militiam, ab Ecclesia romana nimis privilegiatam, una die subito captivari, causamque ignorantibus captionis tam repentine, exceptis paucis secretariis et juratis. Que causa tandem detecta fuit et publice infamata [2], profana videlicet professio eorumdem < cum abnegatione Christi et expuitione super crucem in obprobrium crucifixi [3] >; fueruntque plures ex eis, etiam de majoribus illius ordinis, confessi sue nephande professionis ritum tam abhominabilem quam [4] execrabilem quam [5] nephandum, qui antea [6] a nemine potuerat unquam sciri. Plurimi autem ipsorum confiteri minime voluerunt, quamvis nonnulli [7] subjecti fuerint questionibus et tormentis. Demum Sedes romana, cui prius factum incredibile videbatur, et captionem predictam egre ferebat, effecta est certior in Pictavi, ubi tunc curia morabatur; Templariisque nonnullis perductis coram papa et aliquibus cardinalibus ibidem denuo confitentibus et confessiones factas a se antea recognoscentibus esse veras, ipsorum confessionibus intellectis, consequenter extitit ordinatum ut ubique Templarii caperentur et veritas prodiret in lucem.

Eodem anno [1308, n. st.] in Quadragesima subsequenti, inquisitores heretice pravitatis in partibus Lombardie superioris, de ordine Predicatorum, cum episcopo Vercellensi [8], cruce cum plena peccatorum indulgentia predicata, congregaverunt exercitum magnum contra Dulcinum, Novariensem heresiarcham, imitatorem non tam veterum quam novorum errorum, et perversorum dogmatum inventorem, qui multos infecerat, multosque traxerat, et habebat plurimos discipulos et sequaces, morabaturque cum suis in montanis Novariensibus. Accidit autem quod propter intensa frigora multi qui erant in dictis montibus, fame et frigore defi-

1. *au lieu de* Anno Domini pretaxato *Bal. met* Anno eodem. — 2. in fama, *Bal.* — 3. *A, C, en marge; B, D, E, F, H, I, J.* — 4. tam, *F.* — 5. que, *ajouté par D.*— 6. *omis par B.* — 7. ipsorum, *ajouté par Bal.*— 8. Urcellensi, *B, C, E, F, H; corrigé postérieurement en* Vercellensi, *A.*

cientes a viribus et a vita, in suis erroribus perierunt. Ascendentes autem fideles de exercitu, ceperunt ibidem Dulcinum et cum eo circa centum quinquaginta personas. Mortui vero fame et frigore, cum interfectis gladio, quadringenti et amplius sunt inventi. Cum eodem quoque Dulcino fuit capta Margarita, non tam malefica quam heretica, consors ejus in scelere et errore, < que fuisse fertur de dyocesi Tridentina [1] >. Predicta vero captio facta fuit in epdomada [2] sancta, in die sancto Scene [11 aprilis 1308], anno incarnationis Domini inc[h]oato MCCCVIIJ. Contra predictum Dulcinum de mandato apostolico fuerat antea crux cum indulgentia predicata, et inquisitores pluries moverant exercitum contra ipsum; set non poterant prevalere, quia sequaces et fautores ac defensores ejus multiplicati erant super numerum in partibus Lombardie. Tandem facta fuit debita exequtio justitie de eisdem per curiam secularem, < cui per sententiam et judicium Ecclesie tanquam heretici fuerunt [3] traditi et relicti [4] >. Fuitque dicta Margarita ante Dulcini oculos membratim concisa. Dehinc [5] et ipse Dulcinus membratim inciditur, et amborum ossa et membra omnia pariter comburuntur cum quibusdam aliis suis complicibus, prout eorum scelera merebantur. Non tamen perversum dogma Dulcini, ipso extincto, penitus est extinctum.

Anno Domini MCCCVIIJ fuit occisus Albertus, rex Alamanie, a nepote suo, filio fratris sui. Cujus causa fertur, quia omnia dabat filiis, et de ipso parum curabat, quamvis ipse esset filius primogeniti.

Eodem anno, in festo sancti Johannis ante portam Latinam [6 maii], conbusta est ecclesia Sancti Johannis de Laterano Rome. Unde in Urbe magna lamentatio facta fuit, quasi hoc super seipsos divinum judicium reputantes; feceruntque clerus et populus processiones ad Dei misericordiam et gratiam implorandum [6]. Hincque [7] in Urbe sedantur discordie, paces fiunt, viri quoque timorati ac mulieres devote Romanorum assumunt lamentum, signa penitentie demonstrantes. Ad reparationem vero ecclesie omnes sollicite dant operam et mutuo se orthantur. Summus quoque [8] pontifex, hiis auditis, doluit et ad reparationem manum apposuit adjutricem.

1. *en marge* dans *E; H, I, J;* Tudertina, *Bal.* — 2. septimana, *Bal.* — 3. fuere, *H.* — 4. *H, I, J.* — 5. Deinde *au lieu de* Dehinc, *D.* — 6. implorandam, *Bal.* — 7. Hinc quia, *B.* — 8. vero, *E;* quoque, *omis par F.*

Anno Domini [1] pretaxato MCCCVIIJ [2] mittuntur nuncii et legati a papa frater Egidius de ordine Predicatorum, patriarcha Gradensis, et procurator ordinis fratrum Predicatorum et fratrum Minorum in curia ad regem Racie, qui prius ad papam suos nuncios destinarat, innuens quod volebat fidei et obedientie romane Ecclesie se submittere et subesse, et regnum suum pertrahere ad hoc [3] ipsum. Fueruntque prefati nuncii pape recepti a rege debito cum honore. Finis tamen intentus nullus fuit aut modicus subsequtus, quia ipse, matris sue et fratris metu retractus, penitus nichil egit.

Eodem anno Domini pretaxato MCCCVIIJ [4], in mense augusti, papa Clemens ad universa christianitatis tam regna quam climata litteras apostolicas destinavit ut ubique Templarii caperentur et contra singulares personas illius ordinis per dyocesanos, cum adjunctis sibi personis religiosis, inquisitio fieret super articulis redditis [5] contra ipsos, et judicarentur in singulis provinciis in metropolitano concilio equa lance. Fuerunt insuper per papam delegati viri spectabiles et insignes in diversis partibus christianitatis superintendentes, qui de toto ordine inquirerent, ut posset illius ordinis reformatio debita vel totalis dejectio fieri in proximo futuro concilio generali.

Anno Domini MCCCVIIJ [6], in festo sancte Katerine [25 novembris, *lege* 27], electores regis Alamannie convenerunt in Francheburg et elegerunt in concordia comitem Lucemburgensem, Henricum nomine, in regem Alamannie et Romanorum. Fuitque coronatus in regem Alamannie Aquisgrani in festo Epiphanie Domini subsequenti [6 januarii 1309].

Eodemque anno, circa finem precedentis mensis augusti, Clemens papa cum curia recesserat de Pictavi; transivitque [7] per Burdegalesium [8], et Agennesium et Tholosam; fuitque Tholose in festo Natalis Domini usque ad Epiphaniam. Recedensque de Tholosa, declinavit ad sedem sancti Bertrandi confessoris, dyocesis que dicitur Convenarum; ubi in festo beati Marcelli pape, scilicet [9] XVIJ kalendas febroarii [16 januarii 1309], corpus sacrum sancti Bertrandi episcopi et confessoris, cujus ipse fuit consors in nomine et successor in sede, de loco in quo prius erat in capsam transtulit preciosam, quam ad

1. *omis par J.* — 2. Eodem anno *au lieu de* Anno... MCCCVIIJ, *I.* — 3. hunc, *I.* — 4. Domini pretaxato MCCCVIIJ, *omis par I.* — 5. editis, *Bal.* — 6. Eodem anno *au lieu de* Anno Domini MCCCVIIJ, *Bal.* — 7. que, *omis par J.* — 8. Burdegalam, *Bal.* — 9. *omis par I, J.*

hoc idem papa Clemens prius [1] fecerat suis sumptibus fabricari. Magnam quoque concessit indulgentiam visitantibus ibidem sacras confessoris reliquias annuatim.

Anno Domini MCCCIX, in Cena Domini [27 martii 1309], in Avinione, Clemens papa magnum processum fecit contra Venetos, eosdemque anathematizavit et privavit consortio et commercio [2] aliarum civitatum, et personas ac res ipsorum exposuit volentibus et valentibus [3] occupare, omnesque religiosos mandavit exire de Venetiis et de quibuscumque locis aliis eorum ditioni subjectis, quia Veneti Ferrariam civitatem contra Ecclesiam indebite occuparant [4]. Fuitque missus legatus a latere pape < dominus Arnaldus de Pelagrua, dyaconus cardinalis [5] >, in Ytaliam festinanter [6]. Et subsequta est hominum magna strages. Fuitque capta et recuperata Ferraria per legatum in sequenti mense augusti in festo sancti Augustini [28 augusti 1309], non sine multo effuso sanguine Ferrariensium et Venetorum in prelio juxta Padum, < captis et expulsis Venetis de castro Thebaldi [7], quod conjungitur civitati, unde ipsam civitatem graviter expugnabant; ipsumque castrum cum burgo ac turri que est in capite pontis ac pontem prius Veneti occupaverant et tenebant [8] >. Fertur autem numerus occisorum hominum una die quinque milia, exceptis mortibus plurimorum [9] que precesserant et postmodum ibidem et alibi sunt sequte.

Anno Domini MCCCIX [10], quinta die introitus [11] maii [5 maii], obiit Karolus II, rex [12] Cicilie [13] comesque Provincie, filius quondam primi Karoli, regis Cicilie [14], anno regni sui, computando ab obitu patris sui, XXV°. Cui successit in regno et comitatu Rotbertus, filius ejus, qui fuit coronatus et unctus in regem per Clementem papam V, apud Avinionem, dominica prima sequentis [15] augusti anno Domini pretaxato [16] [3 augusti 1309].

Anno quoque [17] Domini MCCCIX [18] venerunt nuncii sollempnes et ambaxatores regis Alamannie Henrici ad papam apud Avinionem,

1. Clemens prius, *omis par B, F, Bal.* — 2. et commercio, *omis par B, F, Bal.* — 3. et valentibus, *omis par D.* — 4. occupabant, *H, Bal.* — 5. *A, C, en marge; B, D, E, F, H, I, J.* — 6. subsequenter, *F.* — 7. Theobaldi, *I, Bal.;* Thebaldis. *J.* — 8. *C, E, en marge; D, H, I, J.* — 9. *omis par E.* — 10. Eodem anno MCCCIX, *Bal.:* Eodem anno, *I.* — 11. *omis par B.* — 12. rex II, *J.* — 13. *lege* Sicilie. — 14. comesque... Cicilie, *omis par B, F.* — 15. mensis, *ajouté en marge de E; passé dans le texte de F.* — 16. anno Domini pretaxato, *omis par I.* — 17. *omis par J.* — 18. Anno eodem *au lieu de* Anno quoque Domini MCCCIX, *Bal.*

scilicet tres comites et duo episcopi, petentes confirmationem electionis et coronationem Imperii ab ipso papa sibi dari. Papa vero ejus electionem admisit [1] et confirmavit in Avinione mense julii subsequenti, volens ipsum nominari ulterius [2] regem Alamannie et Romanorum, et quod posset agere que regis erant, et coronationem Imperii promisit, tempus eidem assignans ut a festo Purificationis ad duos annos Romam veniret, coronam ibidem Imperii recepturus.

Sequenti vero mense septembris [1309] transfretat episcopus Ruthenensis, legatus in Terram Sanctam, ad partes transmarinas, cum magistro Hospitalis et alia multitudine hominum copiosa, pro quodam preparatorio ad futurum passagium generale, concessa a papa transeuntibus plena indulgentia peccatorum. Set ventis in [3] mari contrariis per sequentem hyemem, cum multo personarum et rerum incom[m]odo et jactura, fuit [4] navigatio impedita; et pervenientes apud Brundusium, multo tempore in illa vicinia [5] substiterunt, vernum tempus ad navigandum prosperum expectantes.

Eodem anno Domini MCCCIX, < ydibus septembris [13 septembris] apud Avinionem [6] >, Clemens papa, ad instantiam regis Francie et suorum, in publico consistorio pronunciavit ut liceret prossequi volentibus procedere contra memoriam Bonifacii pape VIIJ defuncti, < qui ab eisdem jam dudum de crimine heresis extiterat infamatus [7] >.

Eodem quoque [8] anno Domini MCCCIX [9], ultima die januarii [31 januarii], circa meridiem, fuit eclipsis solis, non tamen tanta quod dies notabiliter fuerit obscurata; que prius a plerisque[10] futura major fuerat publicata.

Anno Domini MCCCX fuerunt pluvie multe et inundationes magne in partibus Tholosanis et Albigensibus et Carcassonensibus in toto fere tempore verno et estatis[11] : et sequta est magna steri-

1. amisit, *B.* — 2. *omis par H, Bal.* — 3. et, *D.* — 4. *placé plus haut après* hyemem *par Bal.* — 5. vicinio, *J.* — 6. *en marge dans E; D, F, H, I, J.* — 7. *I, J;* qui ab eisdem jam dudum, dum adhuc viveret, fuerat de crimine heresis infamatus, *D;* qui Bonifacius ab eisdem jam dudum de crimine heresis extiterat diffamatus, *E, en marge;* qui papa ab eisdem jam de crimine heresis extiterat diffamatus, *F;* qui ab eisdem jam dudum de crimine heresis extiterat diffamatus, *H.*— 8. que *au lieu de* quoque, *Bal.*— 9. Eodem anno *au lieu de* Eodem quoque anno Domini MCCCIX, *I.*— 10. aprilis que *(sic) au lieu de* a plerisque, *J.*— 11. etatis *(sic), B, J.*

litas bladi et vini; tantaque fuit in ipso anno subsequta victualium caristia quantam nulla [1] tunc etas meminit se vidisse nec etiam audivisse in illis partibus, ac fere in toto regno Francie et in multis aliis regionibus, ita quod carto frumenti [2] vendebatur Tholose XIIJ [3] libris turonensium. Et, quod gravius fuit, non inveniebatur bladum ad vendendum, nec panis in foro; et pauperes herbas, sicut bestie, comedebant: et de Tholosa plurimi propter inediam discesserunt [4].

Anno Domini MCCCX [5], quinto ydus [6] maii [7] feria II [11 maii], per archiepiscopum Senonensem cum suis suffraganeis in concilio provinciali, Parisius coadunato, fuerunt sententiati et judicati ex propriis confessionibus quinquaginta quatuor Templarii, et relicti curie seculari tanquam impenitentes super nephanda et profana professione [8] sua; et sequenti die martis, scilicet IV ydus maii [12 maii], in festo sanctorum Nerei et Achillei [9], fuerunt [10] per secularem curiam domini regis igni traditi et conbusti. Et post paucos dies fuerunt ibidem IV alii similiter judicati. Item paulo post, infra mensem, in alio concilio provinciali celebrato in Silvaneto [11], per archiepiscopum Remensem cum suffraganeis suis [12] fuerunt novem alii [13] Templarii eadem causa et modo consimili [14] pariter sententiati, et consequenter per secularem curiam concremati. Unum autem mirandum fuit, quod omnes et singuli singillatim confessiones suas, quas prius fecerant in judicio, et jurati confessi [15] fuerant dicere veritatem, penitus retractarunt, dicentes se falsa dixisse prius et se fuisse mentitos, nullam super hoc reddentes causam aliam nisi vim vel metum tormentorum quod de se talia faterentur.

< Anno Domini MCCCX [16], in festo Assumptionis beate Marie Virginis [17], exercitus christianorum cum Hospitalariis optinuerunt civitatem Rodi, que est caput et quasi [18] metropolis totius regionis et insularum vicinarum. Et ex tunc insula Rodi [19] et alie insule circumvicine redacte sunt sub potestate et dominio

1. quantum nullam *(sic)*, *B*. — 2. bladi, *F*. — 3. XIIIJ, *I*. — 4. dissesserunt, *B*. — 5. *au lieu de* Anno Domini MCCCX, *I met* Eodem anno *et Bal.* Anno eodem. — 6. yduum, *F, J*. — 7. februarii *(sic)*, *I*.— 8. confessione, *B, F*. — 9. et Achillei, *omis par B, F*. — 10. que, *ajouté par B*. — 11. Silvanetum, *B;* Silvaneeto, *Bal.* — 12. suis suffraganeis, *I, J*. — 13. alii novem, *Bal.* — 14. modo simili, *H*. — 15. *omis par B*. — 16. *au lieu de* Anno Domini MCCCX, *I met* Anno predicto, *et Bal.* Anno eodem. — 17. *omis par Bal*. — 18. *omis par B, E, J, Bal.* — 19. que est caput... Rodi, *passage omis par I*.

christianorum, Turchis penitus subjugatis. Fuerunt [1] autem ibi multi portus, et patet inde aptus transitus christianis in Terram Sanctam, in Achon et in Ciprum [2]. >

Eodem anno Domini MCCCX [3] filius Henrici [4], regis Alamannie, accepit in uxorem filiam regis Boemie, que erat heres regni. Unde et ipse factus est rex Boemie cum eadem.

Eodemque anno [5], tempore autumpnali, Henricus predictus, rex Alamannie et Romanorum, intravit Ytaliam, jura Imperii percepturus. Et primo venit Taurinum, deinde in civitatem Hastensem, deinde Vercellas, postea Mediolanum; ubi in Epiphania Domini [6 januarii 1311] subsequenti recepit coronam ferream, quam eidem archiepiscopus Mediolanensis imposuit. Quam tamen accipere debebat in Modoetia ex more antiquo; set ex causa hoc fecit in Mediolano. Et in festo illius coronationis fecit milites CC [6] de diversis nationibus. Deinde requirit civitates alias Lombardie de homagio faciendo. < Cremonenses [7] >, vero et Laudenses subesse a principio noluerunt, set paulo post, non valentes resistere, consenserunt. Brixienses vero diu et plurimúm usque ad sanguinem et stragem hominum restiterunt; set postmodum voluntati ejus se submiserunt et civitatem reddiderunt; < de [8] quo finaliter doluerunt [9]. >

Anno Domini MCCCX [10] Clemens papa, pontificatus sui anno sexto, in sabbato IV temporum in Adventu, scilicet XIIIJ [11] kalendas januarii [19 decembris], in Avinione, fecit secundam ordinationem quinque cardinalium. Fueruntque [12] tunc assumpti in cardinales Arnaldus de Felgueriis, archiepiscopus Arelatensis, in episcopum Sabinensem; Bertrandus de Bordis, episcopus Albiensis et camerarius pape, qui obiit infra annum, sequenti mense septembris; Arnaldus Novelli, abbas Fontisfrigidi, Cisterciensis ordinis, vicecancellarius, in presbiteros cardinales; Raymundus vero Guillermi[13] de Fargis, nepos pape ex sorore, et Bernardus de Garvo, de Sancta Librata [14], nepos pape ex consanguinea germana, in dyachonos cardinales, qui nondum erant subdyachoni ordinati.

1. Sunt, *F, I, Bal.* — 2. *en marge dans A, C; B, D, E, F, H, I, J.* — 3. Domini MCCCX, *omis par I, Bal.* — 4. Henricus filius, *Bal.* — 5. *au lieu de* Eodemque anno, *I met* Eodem predicto. — 6. *au lieu de* CC, *on lit, dans B, F,* et. — 7. Parmenses, *A, B, C, F.* — 8. super, *D.* — 9. *en marge dans E; D, H, I, J.* — 10. Anno eodem *au lieu de* Anno Domini MCCCX, *Bal.* — 11. XIIJ, *E.* — 12. que, *omis par J.* — 13. *cancellé dans C; omis par J;* Bertrandus *au lieu de* Raymundus de Fargis, *D.* — 14. Liberata, *Bal.*

< Anno Domini MCCCXJ, quarta die exitus mensis aprilis, scilicet v kalendas maii [27 aprilis], in Avinione per Clementem papam fuit in concistorio publice excusatus Philippus, rex Francie, de hiis que egerat contra memoriam Bonifacii quondam pape [1], et pronuntiatum ad excusationem regis quod ea egerat bona intentione et bono animo atque zelo, presentibus ibidem regis nunciis [2]; et hec fuerunt consequenter, ÷ ut dictum fuit [3] ÷, bulle papalis testimonio confirmata. Fuitque ibidem Clementi pape commissum totum negocium totusque processus habitus Bonifacii memorati ab utraque parte, scilicet [4] ac[c]usante et defendente, et renuntiatum atque conclusum per viam pacis tractate. Papa vero suscepit super se negocium examinandum et finaliter terminandum. Item, ibidem [5] papa Clemens absolvit Guillelmum de Nogareto presentem et petentem absolvi a sententia excommunicationis [6] qua tenebatur propter Bonifacii pape captionem; fueruntque sibi ibidem per papam imposite et injuncte in penitentiam [7] peregrinationes alique faciende, et insuper quod in primo generali passagio transmarino transeat ipse mare, ibidem quamdiu viveret moraturus, nisi secum per Sedem apostolicam fuerit dispensatum [8]. >

Anno Domini MCCCXJ [9] fuit epidimia magna ac tanta mortalitas hominum, nedum pauperum, set etiam divitum, subsequta in partibus Tholosanis, et maxime in Tholosa ac circumvicinis regionibus, quod vix inveniebatur domus Tholose in qua non plangeretur defunctus aut non doleret plangens infirmus. Fuitque etiam non modica caristia bladi et vini, set ad aliam precedentem non pervenit, ita quod carto frumenti sex libris turonensium [10] vendebatur. Set respexit tunc Dominus plebem suam; et quod impossibile hominibus videbatur, tempore verno subsequenti[11], quando magis sevitura[12] seu futura major ex communiter accidentibus verisimiliter timebatur, cepit bladum in quadragesima et paschali tempore habundantius inveniri, et pretium bladi viluit plus quam duplo.

Anno Domini MCCCXJ [13], in kalendis octobris [1 octobris], fuit per Clementem papam quintum, apud Viennam supra Rodanum,

1. octavi, *ajouté par D.* — 2. nunciis regis, *Bal.* — 3. *H, I, J; omis par Bal.; placé après* bulle *par D.* — 4. *omis par I.* — 5. idem, *I.* — 6. *omis par B, F.* — 7. certe, *ajouté par I.* — 8. *en marge dans A; B, C, D, E, F, H, I, J.* — 9. Anno eodem *au lieu de* Anno Domini MCCCXJ, *Bal.* — 10. turonensibus, *Bal.* — 11. sequenti, *Bal.* — 12. secutura, *Bal.* — 13. *Au lieu de* Anno Domini MCCCXJ, *I met* Anno predicto, *et Bal.* Anno eodem.

generale prelatorum[1] concilium convocatum. Fuitque prima cessio[2] concilii inc[h]oata XVIJ kalendas novembris [16 octobris], sabbato ante festum beati Luche. Ubi concilio residente summus pontifex proposuit de agendis, videlicet de statu ordinis militie Templi, qui de infanda professione graviter culpabatur[3], de passagio etiam transmarino ad recuperationem Terre Sancte, ac generaliter de reformatione totius status Ecclesie et conservatione ecclesiastice libertatis, ut prelati recogitarent super predictis salubriter ordinandis et circumspectione provida[4] terminandis. Post predictam vero cessionem[5] inter colloquia et tractatus deductum est tempus per totam hyemem subsequentem.

Eodemque anno [1312, n. st.], in festo[6] Agnetis secundo, scilicet quinto kalendas februarii [28 januarii], nata est filia primogenita, nomine < Johanna[7] >, Ludovico regi Navarre, primogenito filio regis Francie Philippi.

Sequenti vero mense martii, feria IV^a^ in ebdomada sancta, XI kalendas aprilis [22 martii], summus pontifex, multis prelatis cum cardinalibus coram se in privato consistorio convocatis, per provisionis potius quam condempnationis viam ordinem Templariorum cassavit et penitus annullavit, personis ac bonis ejusdem ordinis ordinationi sue et Ecclesie reservatis.

In sequenti vero mense aprilis[8], tertia die introitus ejusdem[9] mensis [3 aprilis], anno incarnationis dominice jam mutato, scilicet[10] MCCCXIJ, fuit secunda cessio[11] concilii celebrata; in qua predicta cassatio ordinis Templariorum extitit per summum pontificem, concilio radiante, publice promulgata, presente rege Francie Philippo (cui negocium erat cordi), ac domino Karolo, fratre suo, et tribus liberis ejusdem regis, scilicet Ludovico primogenito, rege Navarre, et Philippo, et Karolo. Sicque adnichilatus est ordo Templi post annos circiter centum[12] octoginta quatuor quibus militaverat, inpingatus ac dilatatus nimis, multis libertatibus et privilegiis Sedis apostolice communitus. < Unde versus : *Res est exempli destructa superbia Templi*[13]. >

1. *omis par B.* — 2. *lege* sessio. — 3. De facto quoque quondam Bonifacii pape VIIJ, cui titulus heresis, ad ejus dampnandam memoriam, ab ac[c]usatoribus impositus fuerat et objectus, *passage cancellé dans A et C.* — 4. *omis par I.* — 5. *lege* sessionem. — 6. sancte, *ajouté par B, F, Bal.* — 7. *addition postérieure dans A, C, E; B, D, F, H, I, J.* — 8. *omis par J.* — 9. dicti, *I.* — 10. jam mutato, scilicet, *omis par I.* — 11. *lege* sessio. — 12. *omis par B, F;* et, *ajouté par D.* — 13. *H, en marge; D, I, J; omis par Bal.*

In sequenti vero mense maii, pridie nonas ejusdem mensis [6 maii], in festo sancti Johannis ante portam Latinam, quod fuit in sabbato infra [1] octavas Ascensionis Domini, tertia et ultima fuit generalis concilii cessio [2] celebrata. Fuitque concilium, quod septem fere mensibus protactum fuerat, terminatum [3] anno Domini pretaxato, presidente in concilio Clemente papa V, pontificatus sui anno septimo, in Vienna [4]. Numerus autem prelatorum qui fuerunt in concilio [5]...

In quo concilio bona quondam Templariorum fuerunt ap[p]licata et concessa, cum certis conditionibus et pactis, ordini Hospitalis Sancti Johannis Jherosolimitani, sicut ea prius Templarii [6] possidebant ubique terrarum; exceptis regnis Hyspanie seu Castelle, Portugalie et Aragonie, et Majoricarum, pro eo quod propter bona, que in dictis regnis habebant Templarii, tenebantur ipsi contra frontarias [7] Sarracenorum et Granate in illis partibus militare, defendere ac tueri, sicut ibidem in concilio fuit propositum [8]. < Verum non diu post in prefatis regnis bona ordinis quondam Templi Hospitalarii, sicut et alibi, similiter habuerunt [9]. > De personis vero Templariorum sic extitit ordinatum ut < quibusdam nominatim expressis dispositioni Sedis apostolice reservatis, ceteri omnes[10] judicio et[11] dispositioni consiliorum[12] provincialium in singulis provinciis sunt relicti, quatinus juxta diversitatem conditionum ipsorum cum eis per eadem consilia [13] procedatur [14], ita videlicet quod illis qui super erroribus, exigente justitia, fuerint absoluti, de bonis prefati quondam ordinis, unde juxta status sui decentiam sustentari valeant, ministretur [15].

1. ante, *I.* — 2. *lege* sessio. — 3. Fuitque concilium... terminatum, *passage omis par J.* — 4. in Vienna, *omis par I.* — 5. Numerus... concilio, *omis par Bal.* — 6. Templarii prius, *Bal.* — 7. fronterias, *Bal.* — 8. et probatum, *ajoutés par les Preclara Francorum facinora, Bibliothèque nationale La. 10. 1 (non folioté);* et optentum, *A, C.* — 9. *D, H, I, J;* Verum postmodum in regno Majoricarum et Aragonie bona ordinis quondam Templi ipsi Hospitalarii, sicut et alibi, similiter, *B, suivi par Bal. qui ajoute* habuerunt; Verum non diu post in regno Majoricarum et Aragonie bona ordinis quondam Templi Hospitalarii, sicut alibi similiter optinuerunt, *en marge dans C;* Verum non diu post bona ordinis quondam Templi ipsi Hospitalarii in prefatis regnis, sicut et alibi, similiter habuerunt, *E;* Verum postmodum in regno Majoricarum et Aragonie bona ordinis condam Templi Hospitalarii, sicut et alibi, similiter habuerunt, *F.* — 10. in, *ajouté par F.* — 11. judicio et, *omis par Bal.* — 12. *lege* conciliorum. — 13. *lege* concilia. — 14. procedetur, *Bal.* — 15. ministrentur, *B.*

< Circa eos autem qui de prefatis erroribus fuerunt confessi, consideratis eorum conditionibus, modoque confessionis pensato, rigor justitie cum affluenti misericordia mitigetur.

< Circa impenitentes vero et relapsos, si qui inventi fuerint, justitia aut [1] censura canonica [2] observetur. Quoad illos vero [3] qui, etiam supposititi questionibus, se predictis esse involutos erroribus negaverint, per eadem consilia [4] reservaretur et [5] fieret quod justum foret et equitas canonum suaderet; et collocarentur singuli in domibus ipsius quondam ordinis Templi, aut in religiosorum aliorum monasteriis, ad expensas ordinis quondam Templi, ita tamen quod in una domo unove monasterio multi simul nullatenus ponerentur. Illi autem [6] cum quibus nondum fuerat inquisitum, et qui sub potestate Ecclesie minime tenebantur, et qui erant fugitivi, fuerant citati cum edicto [7] publico in consilio [8] generali, ut precise et perhemptorie infra annum coram dyocesanis suis personaliter comparerent, subituri eorum [9] examen et secundum consiliorum [10] judicium pro meritis [11] recepturi. Qui vero infra annum minime comparerent, excommunicationis sententiam incurrerent ipso facto; quam si per annum sustinerent animo pertinaci, extunc velut heretici dampnarentur [12]. >

In predicto quoque concilio fuerunt multe constitutiones edite inter quas fuit una < que incipit : *Exivi de paradiso* [13] > super declaratione seu interpretatione regule fratrum Minorum, super qua et ejus observatione pars una fratrum Minorum, < qui Spirituales dicebantur [14] >, contra alteram tumultuans et altercans,

1. et, *Bal.* — 2. ecclesiastica, *F*, *Bal.* — 3. Quoad illos vero, *omis par B.* — 4. *lege* concilia. — 5. ut, *B.* — 6. tamen, *ajouté par B.* — 7. peremptorio et, *ajoutés par Bal.* — 8. *lege* concilio. — 9. *omis par B.* — 10. *lege* conciliorum. — 11. pro meritis, *omis par F.* — 12. *A, B, C, D, E, F, H, I, J; dans A et C au lieu de* quibusdam nominatim... dampnarentur *se lisait une première rédaction qu'on a fait disparaître par un grattage et qui devait être la suivante, extraite des Preclara Francorum facinora :* tam dyocesani ac metropolitani inquirerent et punirent illos quos reos ac culpabiles invenirent, considerata personarum et criminis qualitate, ita tamen quod illis qui reatum suum sponte confessi et illis autem qui reperti fuerint innoxii et immunes decentem victum de bonis Templi in monasteriis eorum faciant ministrari, proviso tamen quod in uno eodemque monasterio duo insimul non valeant habitare; illis vero qui per tormenta confessi sunt pene juxta personarum conditionem valeant mitigari; qui vero relapsi fuerint deprehensi, seculari curie relinquantur. — 13. *en marge dans A, C, E; B, D, F, H, I, J.* — 14. *B, C, D, E, F, H, I, J; en marge dans A qui, au lieu de* dicebantur, *met* appellabantur.

privatim et publice contendebat. et judicium Sedis apostolice postulabat.

Eodemque anno [1312], tempore concilii, Philippus, rex Francie quartus [1], habuit Lugdunum integraliter, data recompensatione in redditibus archiepiscopo Lugdunensi pro jure quod sibi in Lugduno Ecclesia vendicabat. < Super quo prius Clemens papa, per archiepiscopum consultus, consensum [2] non prebuit nec dissensum, sed reliquit archiepiscopum in manu consilii sui. Ipse vero papa tunc in Vienna concilium celebrabat [3]. > Et sic deinceps Lugdunum ad regem et regnum Francie pertinet < tali [4] > jure.

< Post celebrationem vero concilii generalis papa cum curia versus Avinionem revertitur de Vienna [5]. >

Eodem [6] anno, XIJ kalendas augusti [21 julii 1312], obiit Bernardus, comes Convenarum, apud Buzetum [7] in dyocesi Tholosana; indeque delatum est [8] corpus ejus sepeliendum in abbatia de Bono Fonte, Cisterciensis ordinis, in sepulcro parentum [9].

Eodem anno, [10] sabbato in jejuniis [11] quatuor temporum Adventus, quod fuit x kalendas januarii [23 decembris 1312]. < apud Avinionem [12] > Clemens papa V fecit tertiam [13] ordinationem novem cardinalium, quos assumpsit : qui fuerunt archiepiscopus Aquensis Guillelmus de Mandagoto, [14] episcopus Avinionensis Jacobus de Oza, et < Berengarius [15] > Biterrensis ac < Arnaldus de Auxio [16] > Pictavensis episcopi [17]; item, frater Guillelmus Petri de Godino, Bajonensis, magister in theologia, lector curie, de ordine [18] Predicatorum, et frater Vitalis < de Furno [19] >, Vasatensis, magister in theologia, de ordine fratrum Minorum; < item Michael de Beco,

1. quintus, *mss.; omis par D, Bal.* — 2. assensum, *B, Bal.;* ut fertur, *ajouté par D.* — 3. *B, C, D, E, F, H, I, J;* A *met* vendicabat, interveniente consensu et auctoritate Clementis pape quinti, tunc in Vienna Burgundie concilium celebrantis; *dans C et E les mots qui précèdent ont été grattés.* — 4. *B, C, D, E, F, H, I, J:* pleno, *A; dans E* tali *a été mis sur un grattage.* — 5. *en marge dans A, C; B, D, E, F, H, I, J.* — 6. que, *ajouté par B, F, Bal.* — 7. Busetum, *Bal.;* Burzetum, *J.* — 8. fuit, *Bal., F.* — 9. Eodem anno, XIJ kalendas augusti... parentum, *paragraphe omis par I.* — 10. in, *ajouté par Bal.* — 11. in jejuniis, *omis par J, Bal.* — 12. *B, C, D, E, F, H, I, J;* Clemens papa V in Avinione, *A.* — 13. quintam *(sic), D.* — 14. item, *ajouté par Bal.* — 15. *H, I, J; ajouté postérieurement dans C.* — 16. *H, I, J; ajouté postérieurement dans C.* — 17. *au lieu de* et Berengarius... episcopi, *B, F mettent* et Pictavensis ac Biterrensis episcopi, *et D,* item episcopus Biterrensis et episcopus Pictavensis, Arnaldus de Auxio. — 18. fratrum, *ajouté par D.* — 19. *B, C, D, E, F, H, I, J.*

Gallicus, decanus Sancti Quintini [1] >; item abbas Sancti Severi [2] et [3] Guillelmus Testa, Condomiensis.

Anno Domini MCCCXIIJ. < quinta die mayi [4] >, in sabbato, apud Avinionem, ubi tunc curia residebat, fuit frater Petrus de Marrone, quondam Celestinus papa V, canonizatus et sub nomine sancti Petri confessoris sanctorum confessorum [5] cathalogo annotatus per Clementem papam quintum, pontificatus sui anno octavo, < a transitu vero prefati [6] sancti Petri anno XVIJ [7] >. Et ejus festivitas fuit instituta XIIIJ kalendas junii [19 maii] celebranda, qua die exiverat de hoc mundo.

< Anno Domini MCCCXIIJ in festo Penthecostes, quod fuit IIJ nonas junii [8] [3 junii], rex Francie Philippus tenuit Parisius [9] curiam valde magnam comitum et baronum et militum regni sui, in qua interfuit rex Anglie Eduardus, gener ejus [10], cum sua conjuge Isabelle, filia ejusdem Francie [11] regis Philippi. In quo festo idem Philippus rex Ludovicum, filium [12] suum primogenitum, regem Navarre, ac alios duos filios suos Philippum et Karolum accinxit balteo militari. Fueruntque in dicto festo facti novi milites et accincti [13] circiter quadringenti, sicut fuit talis numerus communiter divulgatus.

< Item, in eadem ebdomada Penthecostes, tres [14] prefati reges, videlicet Philippus Francie, Eduardus Anglie et Ludovicus Navarre, cum prefatis duobus filiis regis Francie Philippo et Karolo, ac etiam cum duobus fratribus prefati [15] regis Philippi, videlicet Karolo, comite Valesii, et Ludovico, comite Ebroicensi [16]; cum multis aliis nobilibus regni Francie crucem suscipiunt transmarinam de manu domini Nycholai tituli Sancti Eusebii, presbiteri cardinalis, qui pro predicanda cruce et promovendo negocio passagii transmarini per Clementem papam V ad regnum Francie fuerat destinatus. Cepitque exinde crux pro predicto passagio in regno Francie publice predicari [17]. >

1. *C, D, E, H, I, J; dans A un grattage;* et magister de Beco, Gallicus, Sancti Quintini, *D;* item Michael de Beco, magister in theologia, Gallicus, decanus Sancti Quintini, *B, F.* — 2. Severii, *H, I, J.* — 3. abbas Sancti Severi et, *omis par D.* — 4. *B, C, E, F, H, I, J;* tertio nonas maii, scilicet quinta die ejusdem mensis, que fuit, *A;* nonas maii, scilicet quinta die ejusdem mensis, que fuit, *D.* — 5. *omis par J.* — 6. memorati, *D.* — 7. *B, C, D, E, F, I, J.* — 8. IIJ kalendas julii *(sic)*, *J;* IIJ nonas junii *(sic)*, *H, Bal.* — 9. *omis par D.* — 10. suus, *D.* — 11. *omis par E.* — 12. *omis par Bal.* — 13. numero, *ajouté par E.* — 14. *omis par D.* — 15. predicti, *D.* — 16. Drocensi, *D.* — 17. *D, E, H, J.*

Anno Domini MCCCXIIJ[1], in vigilia beati Gregorii pape [11 martii 1314, n.st.], < in die lune[2] >. Parisius fuit conbustus magister ordinis quondam Templi cum quodam alio magno ejusdem quondam ordinis preceptore, qui tamen fuerunt[3] prius cum peritorum et prelatorum[4] consilio judicati <ad agendum aliam penitentiam. Set audiens rex Philippus et curiales consilii[5] sui[6] quod dicti Templarii confessiones suas revocabant, dicentes se falsa fuisse confessos, eosdem Templarios indilate perduci fecerunt ad locum supplicii et comburi,[7] nullo judicio alio[8] ecclesiastico[9] super hoc expectato, quamvis essent Parisius tunc presentes duo sancte romane Ecclesie presbiteri cardinales[10]. >

< Anno Domini MCCCXIIJ, in festo beati Benedicti abbatis, scilicet XIJ kalendas aprilis [21 martii 1314, n. st.], ÷ in castro de Montiliis prope[11] ÷ Carpentoratem civitatem ubi[12] tunc curia morabatur, Clemens papa[13] fecit coram se[14] in consistorio publicari constitutiones quas prius fecerat ordinari; ex quibus decreverat fieri[15] librum unum quem, ÷ sicut vulgatum fuit[16] ÷, volebat septimum Decretalium ap[p]ellari, sicut fecerat sextum Bonifacius[17] antecessor. Cepitque Clemens papa exinde egrotare. Unde post obiit XXXJ[a] die, scilicet XIJ kalendas mayi [20 aprilis]. Et sic liber ille non fuit missus ad studia generalia, ut est moris, nec expositus communiter ad habendum[18]; > ÷ sed remanserunt constitutiones ille[19] sic fere quadriennio in suspenso[20], donec postmodum per ejus successorem fuerunt publicate et sub bulla[21] ad studia generalia destinate[22]. ÷

1. *au lieu de* Anno Domini MCCCXIIJ, *I et Bal. mettent* Eodem anno. — 2. *B, C, D, E, F, H, I, J.* — 3. fuerant, *B, Bal.* — 4. prelatorum et peritorum, *J.* — 5. *au lieu de* consilii, *Bal. met* et filii. — 6. sui consilii, *D. E.* — 7. et, *ajouté par J.* — 8. alio judicio, *E.* — 9. ecclesiastico alio, *D.* — 10. *D, E, H, I, J;* ad carcerem mitti per duos ibidem presentes sancte romane Ecclesie cardinales, *A;* ad agendum aliam penitentiam. Erant autem tunc presentes Parisius duo sancte romane Ecclesie cardinales, *B, F;* ad agendum aliam penitentiam, presentibus tunc Parisius duobus sancte romane Ecclesie presbiteris cardinalibus, *C.* — 11. *B, D, E, F, H, I, J; C, en surcharge;* apud Carpentoratensem civitatem, *A.* — 12. in qua, *B, D, F, H, Bal.* — 13. papa Clemens, *Bal.* — 14. coram se, *omis par D.* — 15. ex quibus decreverat fieri, *omis par B.* — 16. *C, E, I, J.* — 17. papa, *ajouté par B, F.* — 18. *B, C, D, E, F, H, I, J; A, en marge.* — 19. iste, *D.* — 20. sed remanserunt... suspenso, *omis par J.* — 21. *au lieu de* sub bulla, *Bal. met* bullate et. — 22. *B, E, F, H, I, J;* set mansit liber et adhuc remanet involutus, super quo futuri summi pontificis dispositio et providentia expectatur, Sede romana vacante hodie quo hec scripsi, *en marge dans A;* set mansit liber fere quadriennio involutus, super quo futuri summi pontificis dispositio et providentia fuit tanto tempore expectata, *C.*

Hic Clemens papa sedit annis VIIJ, mensibus X, diebus XV a die creationis sue usque in diem sui obitus computando. Obiit autem in nocte precedenti diei [1] sabbati subsequentis, quod fuit XIJ kalendas mayi, pontificatus sui anno IX, anno Domini MCCCXIIIJ, apud Rocham Mauram, quod est castrum regis Francie super Rodanum, in finibus regni sui [2]. Fuitque inde reportatum corpus ejus ultra Rodanum, extra regnum Francie, apud Carpentoratem civitatem, ubi cardinales cum alia curia [3] residebant. Sequenti vero mense augusti, de Carpentorate transvectum fuit corpus ejus in Vasconiam, patriam suam; fuitque sepultum, sicut elegerat, in ecclesia que ap[p]ellatur [4] Beate Marie de Uzesta [5], dyocesis Vasatensis, ubi paulo prius canonicos instituerat seculares[6] in villula minus insigni, satis sterili et exili. Vacavit autem Sedes < annis duobus, mensibus tribus, diebus XVIJ [7] >.

< Defuncto Clemente papa, cardinales numero XXIIJ [8], qui apud Carpentoratem civitatem cum alia curia residebant, intrantes conclave in episcopali palatio pro electione summi pontificis facienda, cum ibidem aliquamdiu perstitissent, non valentes concordare, suborta gravi et grandi turbatione [9] exterius inter familias eorumdem, ipsum conclave circa festum sancte [10] Marie Magdalene [22 julii 1314] concorditer exiverunt, statuentes tempus infra quod redire deberent ad eundem locum, ad electionem summi pontificis celebrandam. Sed subortis variis questionibus in invicem, que stilo magis relinquende sunt quam scribende, illuc minime redierunt, sed in diversis civitatibus et villis [11] dispersi sunt; steteruntque [12] sic divisi loco et proposito annis amplius quam duobus. Fueruntque tractatus plures habiti per personas medias inter eos, quorum finis tandem fuit mediante domino Philippo, tunc [13] comite Pictavie, postmodum vero rege Francie et Navarre. Qui congregati sunt in Lugduno pactis previis quod non includerentur et quod possent de Lugduno libere recedere quando vellent. Que tamen eisdem fuerunt [14] minime observata, quatinus pro majori bono reipublice, que prefertur [15] private, compellerentur universali [16] Ecclesie providere [17]. >

1. die, *H, I, Bal.* — 2. *omis par B.* — 3. *omis par J.* — 4. que appellatur, *omis par I.* — 5. Usesta, *Bal.* — 6. regulares, *Bal.* — 7. *B, C, D, E, F, H, I, J.* — 8. XXIIIJ, *F.* — 9. perturbatione, *D.* — 10. beate, *I.* — 11. et villis, *omis par D.* — 12. que, *omis par D.* — 13. tunc, *omis par Bal.* — 14. fuerunt eis, *Bal.* — 15. fertur, *I.* — 16. *omis par C, F, H.* — 17. *B, D, F, I, J; en marge dans E, C.*

Anno Domini MCCCXIIIJ, feria vj[a], in vigilia beati Andree apostoli [29 novembris], < Sede romana vacante [1] >, obiit Philippus, rex Francie, anno currente XXX regni sui, in castro de Fontebliaudi, ubi natus fuerat in hunc mundum [2]; fuitque sepultum corpus ejus apud Sanctum Dyonisium, cor vero ipsius [3] apud Pyssiacum in monasterio sanctimonialium, quod ipse fundaverat dum vivebat. Cui successit in regno filius ejus primogenitus Ludovicus [4] < qui tunc erat etiam rex Navarre.

In sequenti vero mense aprilis, anno Domini MCCCXV inchoante, obiit uxor prima domini Ludovici regis Francie, filia ducis Burgundie, que ob crimen adulterii in privata tunc [5] custodia tenebatur [6].

Eodem quoque [7] anno, ultima die mensis aprilis [30 aprilis], in qua concurrit vigilia dominice Ascencionis [8], Engelrandus de Marinhe [9], miles, natione Normannus, fuit ex multis contra ipsum ac[c]usationibus factis suspendio elevatus. Qui, tempore domini Philippi ÷ regis [10] ÷ major post eum non tam merito quam de facto fuerat nominatus in regno, ita ut secundus regulus videretur, ad cujus nutum regni negocia gerebantur. Quos enim ipse volebat exaltabat, et quos volebat deprimebat; et quod volebat fieri factum erat. In modico tempore fuit superexaltatus [11] et elevatus nimis, et post paululum audivimus [12] eum tali exitu defecisse [13]. Itaque exemplo ejus et alterius qui precessit, scilicet Petri de Brussia [14], qui elapsis jam tunc annis ÷ ferme XXXVIJ [15] ÷ olim tempore alterius domini [16] Philippi regis, avi istius domini Ludovici, postquam supermagnus effectus fuerat, post similem fortune gloriam, consimilem ignominiam est perpessus. Discant et pertimescant tam presentes quam posteri [17], in gradu consimiles et fortuna, sobrie et juste ac pie vivere in hoc seculo, precaventes ne casum consimilem merito pariantur.

Eodem quoque [18] anno, ultima die mensis julii [31 julii 1315],

1. *B, C, D, F, H, I, J.* — 2. hunc mundum, *H; toute la suite jusqu'à* ad bellandum *(voyez infra, p. 79) a été omise par I.* — 3. ejus, *Bal.* — 4. *la première rédaction de A, C, E se termine à* Ludovicus. — 5. tunc in privata, *J.* — 6. morabatur, *B.* — 7. Eodemque, *Bal.* — 8. Ascensionis dominice, *Bal.* — 9. Marigniaco, *Bal.* — 10. *C, D, H, J.* — 11. exaltatus, *B.* — 12. audimus, *Bal.* — 13. descecisse, *B.* — 14. Brucia, *J.* — 15. *E, H, J;* fere XXXVIJ, *C, F;* elapsis tunc ferme XXXVIJ, *D;* amplius quam XXX, *A, B.* — 16. *omis par D.* — 17. tam presentes quam posteri, *omis par J.* — 18. Eodemque, *D, J, Bal.*

prefatus Ludovicus rex desponsavit sibi in facie Ecclesie in uxorem Clementiam, filiam quondam Karoli Martelli, qui fuit primogenitus filius [1] Karoli secundi, regis Cicilie [2]. Sequenti vero [3] dominica prima augusti, in festo inventionis sancti [4] Stephani [3 augusti], fuit inunctus in regem Francorum, Remis civitate, per archiepiscopum Remensem cum memorata domina [5] Clementia, sponsa sua. Et mox inde processit rex versus Flandriam rebellantem cum exercitu magno valde, collectis viribus regni sui [6], non quidem electo [7] verno tempore oportuno, quo solent reges [8] ad bella procedere, sicut rei eventus postmodum comprobavit. Venitque rex cum suo exercitu contra castrum de Cortrayo [9], ubi castramethati fixere tentoria. Ex adverso autem erat comes Flandrie cum magno exercitu Flamengorum [10], in castro de Cortrayo [11] et in circuitu ejus in tentoriis, preparati [12] ad resistendum, ne transirent ulterius Gallici ultra aquam fluvii qui vocatur Lys, qui utrorumque exercitus suspectis passibus et paludibus dividebat. Descenderuntque de celo pluvie magne nimis, factaque sunt luta grandia [13] et profunda in terra illa, in quibus et ex quibus equi et equites totusque exercitus nimium gravabantur. Nec fuit consilium ulterius procedenti nec ibi diutius subsistendi; unde circa finem sequentis mensis septembris, rex cum suo exercitu inde recessit, non absque rerum multo [14] incom[m]odo et dedecore aliquali. Erant enim in exercitu regis circiter XV milia equitum armatorum. Peditum autem [15] erat numerus magnus, qui non posset tunc faciliter numerari. Et nunc reges et principes intelligant et erudiantur qui judicant terram sic agere sicque disponere justum bellum, ut summo opere precaveant ne cum exactionibus pecuniarum indebitis et subjectorum violentiis bella parent [16], quia *Non habet eventus sordida preda bonos*, et cum bellandi causa ingruerit, tempus noverint eligere congruum ad bellandum.

Eodemque anno [17] Judei permittuntur redire ad regnum [18] Francie, pecunia mediante; a quo dudum depulsi fuerant, bonis suis omnibus confiscatis; et estimabantur nunquam ulterius reversuri.

1. filius primogenitus, *D*, *H*, *J*. — 2. *lege* Sicilie. — 3. die, *ajouté par Bal.* — 4. beati, *J*. — 5. *omis par J*. — 6. *omis par Bal.* — 7. *omis par F*. — 8. reges solebant, *D*. — 9. Cortraco, *C*, *J*. — 10. Flamingorum, *C*. — 11. Cortraco, *C*, *J*. — 12. preparatis, *Bal.* — 13. magna, *Bal.* — 14. multo rerum, *D*, *J*, *Bal.* — 15. *omis par J*. — 16. parent bella, *Bal.* — 17. Anno Domini MCCCXV, *I*. — 18. in regno, *F*.

Eodemque anno, in festo sancte Lucie, in sabbato [13 decembris 1315], apud Pontisaram, obiit [1] Gasto, comes Fuxi et dominus de Bearnio, in juvenili etate, fuitque sepultus Parisius in ecclesia fratrum Predicatorum, tres post se filios ÷ et totidem filias [2] ÷ derelinquens, quorum primogenitus erat septem annorum [3].

Eodemque anno, circa Natale ÷ Domini [4] ÷ stella comata apparuit, cursum suum per noctem faciens circa polum, comamque suam longam nunc versus occidentem, nunc versus orientem, et aliquando ad partes alias protendebat; duravitque usque ad finem mensis febroarii. Paulo post apparuit secunda stella comata alia in parte orientali, sed minor quam alia videbatur [5].

Anno Domini MCCCXVJ. sabbato infra octabas Penthecostes, nonis [5] junii obiit rex Francie Ludovicus, regni sui anno secundo; fuitque corpus ejus cum honore regio in monasterio Sancti Dyonisii tumulatum, unicam filiam suam relinquens ex prima uxore, secunda vero uxore [6] ÷ domina [7] ÷ Clementia remanente gravida et pregnante [8]. Gubernacula vero utriusque regni, Francie scilicet et Navarre, tenenda ÷ sub nomine non regis, sed regentis [9] ÷, suscepit dominus Philippus, germanus ejus, comes Pictavensis, si puer masculus nasceretur, usquequo [10] ad intelligibilem etatem ÷ annorum [11] ÷ XIIIJ [12] pervenisset; si vero filia nasceretur, ipse Philippus rex Francorum fieret et regnaret, et due filie Ludovici haberent et sibi dividerent regnum Navarre et Campanie comitatum [13]. ÷ Et hec dicuntur fuisse pacta primo inita et firmata, quamvis postmodum aliter fuit ordinatum [14]. ÷ Post hoc vero XIIIJ^{a} die sequentis mensis novembris, dominica die, sub nocte media precedenti, memorata domina Clementia regina peperit filium suum primogenitum Parisius, et Johannes vocatum est nomen ejus; et multi in nativitate ejus [15] gavisi sunt, sed gaudium cito pertransiit, nam V^{a} [16] die a nativitate sua infans obiit, et abiit regnum sibi accipere [17] sempiternum, regnumque Francorum prefato domino [18] Philippo remansit.

1. obiit apud Pontisaram, *D, J.* — 2. *D, E, F, H, J.* — 3. Eodemque anno... annorum, *paragraphe omis par I.* — 4. *C, D, E, H, I, J.* — 5. *Ici s'arrête la seconde rédaction de A; C et E s'arrêtaient ici primitivement; I n'a pas le paragraphe suivant.* — 6. *omis par J.* — 7. *C, D, E, H, J.* — 8. pregnata. *D.* — 9. *E, F, H, J.* — 10. usque, *D.* — 11. *C, D, E, F, H.* — 12. IX, *D.* — 13. comitatum Campanie, *Bal.* — 14. *E, F, H, J.* — 15. sua, *D.* — 16. VIJ *(sic), C, D, E, F, H, J, Bal.; dans B on a gratté* IJ. — 17. sibi regnum suscipere, *D.* — 18. *omis par J.*

QUINTA VITA

CLEMENTIS V

AUCTORE PAULINO, VENETO

ORDINIS FRATRUM MINORUM, EPISCOPO PUTEOLANO

Clemens V, natione Vasco, sedit annis VIIJ, mensibus[1] X, diebus[2] XV. Ducentesimus episcopus[3]. Hic fuit episcopus Convenarum annis quinque. Inde per Bonifacium Burdegalas[4] translatus est. Hic recepto decreto Lugdunum profectus, evocatis ad se cardinalibus, ibi coronatus est. Et ibidem X cardinales fecit, et duos de Columpna restituit.

MCCCIX, electionem Henrici confirmavit de mense junii[5]. Eodem anno misit nuncios ad regem Rasie, qui ad obedientiam Ecclesie romane promiserat se venturum, quia Veneti cum Karolo sine terra concordaverant super recuperando Constantinopolitano inperio. Videns autem propter mortem uxoris dicti Karoli, que imperatrix vocabatur, tractatum non procedere, papales nuncios vacuos remisit.

MCCCX, fecit aliam ordinationem V cardinalium, XIIIJ kallendas januarii [19 decembris 1310].

MCCCXJ, congregavit concilium apud Viennam, et in prima sessione[6] XVIJ kalendas novembris [16 octobris 1311] proposuit de agendis, videlicet de ordine Templariorum, qui graviter culpabatur, de passagio[7] transmarino, et generaliter de reformatione totius status Ecclesie et conservatione ecclesiastice libertatis.

1. menses, *Bal.* — 2. dies, *Bal.* — 3. Ducentesimus episcopus, *omis par Bal.; après* episcopus, *un blanc dans le ms.* — 4. Burdagalas, *ms.* — 5. *lege* julii. — 6. scessione, *ms.* — 7. pasazio, *ms.*

D'après le manuscrit latin *4939* de la Bibliothèque nationale de Paris, fol. 114 v°-116 r°.

In sequenti martio, XJ kallendas aprilis [22 martii 1312], multis vocatis prelatis cum cardinalibus in privato consistorio, ordinem Templariorum cassavit. Tertia autem die aprilis MCCCXIJ fuit secunda sessio[1] concilii, et predicta cassatio coram omnibus publicata est. Tertia sessio[2] fuit pridie nonas madii[3]. Fuitque concilium protactum[4] quasi mensibus VIJ. Pro passagio[5] congregata fuit pecunia, et armorum ac aliarum rerum copia, of[f]erentibus fidelibus, viris ac mulieribus, jocalia et que habebant carissima, Hospitalariis ad hoc missis, que[6] vili pretio distra[h]ebantur[7]. De passagio[8] vero nil[9] sequtum est. Propter que magnum scandalum in christiano populo sequtum est.

Eodem anno, X kalendas januarii [23 decembris 1312], fecit tertiam ordinationem IX cardinalium.

MCCCXIIJ [1314, n. st.], ad consistorium produxit constitutiones prius editas; et intendebat septimum librum Decretalium componere, sed morte preventus non potuit.

EXPLICATIO DE INPERATORE[10]

[H]enricus ex comitibus de Lucemborch operibus quam opibus memorabilioribus in festo sancte Catarine[11] electus, et in sequenti Epiphanya [6 januarii 1309] Aquisgrani coronatus est. Sequenti vero anno, id est MCCCVIIIJ, ad papam Clementem nuntios misit episcopos IJ et comites IIJ, coronam petens Imperii. Ille vero de julio confirmavit electum, assignans coronationis diem post biennium, festum Purificationis Virginis.

Hic strenuus in agendis, pacatis usque ad Occeanum Alamanie finibus, et primogenito in regem Boemie coronato, quod tunc romano vacabat Imperio, Carintie duce sum[m]oto, ad partes Ytalie divisione concussas venire disponit, pol[l]icentibus subsidia non paucis, qui a concivibus in Lombardia ac Tuscia pulsi erant. Igitur premissis episcopis et legatis, ut populorum sibi favorem conciliet, denuntians in pace degentibus se eorum laudabiles approbare monitiones, injuriam passis restitutionem, universis pacem, Alpes transgressus, Ytaliam adhiit. Taurinum ingresso non-

1. scessio, *ms.* — 2. scessio, *ms.* — 3. *lege* V nonas madii [3 maii 1312]. — 4. predictum, *Bal.* — 5. pasazio, *ms.* — 6. qui, *Bal.* — 7. distrahebant, *Bal.* — 8. pasazio, *ms.* — 9. nihil, *Bal.* — 10. De ceteris emergentibus, *Bal.* — 11. *lege* 27 novembris 1308.

nulli ex Tuscie et Lombardie partibus obviavere. Inde Hastem properans, cunctis pacificatis, vicarium instituit, et meram tradidit regiminis potestatem. Tunc ceperunt op[p]ressi bene sperare. Qui vero concives propulerant territi, in fomentum suum cogitant Cesari adhulari. Quorum Philippus, Papie comes, Symon de Colubiano, Vercellarum, et Antonius de Fisiraca, Laudi rectores, paribus votis status urbium salubres esse civibus persuadere conati sunt, pol[l]icentes auxilia ad partes reliquas optinendas. Iliis Cesar suisque populis pacem pol[l]icitus, jussit bono animo esse et bene sperare. Consequenter nuntii Alboini et Canis de Scalis, deinde Pisani, grandia optulerunt.

Interea Gallis, Germanis Ytalisque ad eum confluentibus, Guido de la Torre, Mediolani prepositus, milites infra districtus sui limites continuit, et munitionum ac urbium vigilem curam egit, veritus ne partes [1] Mathei de Vicecomitibus sibi contraria molirentur [2]. Uno mense hinc rex commotionem urbis exspectat. Inde Guido instabilem fieri regis exercitum et Lombardie ac Tuscie prestolabatur auxilia [3]. Deinde Cesar Mediolani ap[p]ropiat ut Guidoni fiat formidini, factiosis audacie [4], et Guidonem interpel[l]ans ut imperialibus jussis optemperet, Vercellas intravit. An[n]uit Guido. Auxit vero tam valide Mediolani deditio regis famam ut omnis Lombardia, demta Alexandria, fidelitatis juramenta prestiterit. Bononia [5] autem ad rebel[l]ionem se preparat. Padua vero in proposito vacillat.

Deinde [6], MXXXCJ, Cesar unam de coronis Imperii Mediolani a dyocesano sumit [6 januarii]; quod Modoitia egre tullit, ubi hoc fieri consuevit.

Parvo autem post tempore, dum omnia videntur [7] pacata, gravis emersit turbatio. Cum enim in regis adhulationem hinc Guido, inde Matheus majorem suadent regio fisco contributionem fieri, centum millium florenorum summa taxata est. Hoc vero audito, cepit populus palam regi detrahere, servitutem as[s]erens se com[m]utasse, non evasisse, et Theotonicorum inportabilem esse furorem. Et dum acrius col[l]igende instatur pecunie, in foro vox clamantis ad arma insonuit, que facile universam com[m]ovit urbem. Tunc Cesaris principes prosiliere cum suis : quorum nonnulli ad Turrianorum loca, que magis suspecta, concur[r]entes,

1. partium, *ms.* — 2. moliretur, *Bal.* — 3. auxilium, *Bal.* — 4. audacia, *Bal.* — 5. Bonania, *ms.* — 6. Anno, *Bal.* — 7. *mieux* viderentur, *Bal.*

triginta [h]astatos reperiunt, qui prius victores, regiorum tandem equitum non potuerunt sustinere concursum. Jungitur exinde Theotonis Galaaz, Mathei filius, et sevit in hostes [12 januarii 1311].

Hiis auditis, prima ubique revixere dis[s]idia. Crema et Cremona, pulsis vicariis, excus[s]ere jugum. Regini expulerunt fautores Imperii. Macii, Brixie paulo ante dominatores, in Tebaldum de Brusatis et suos paulo ante imperatorio jussu receptos insurgunt atque suc[c]umbunt. In Parma Rubei per Cesarem introducti, cum Gilberto [1] de Cor[r]igia initam pacem frangentes, victi urbe dif[f]ugiunt.

Hiis eventibus stupefactus Cesar, perquirens salubria audit consilia ut regii cor[r]ipiantur domestici, Mediolanensium reconciliatio fiat, com[m]otionum hujusmodi cause dulciter perquirantur, pecuniarum moderentur exactiones. Primo igitur ad se vocatis familiaribus suis ait : *Deum obtestor, com[m]ilitones, perneces[s]arii, atque propinqui, quod nul[l]a me honorum ac temporalium rerum af[f]ectio ad hos* [2] *turbines com[m]otionum ad[d]ucit* [3]. *Deum sursum, Clementem papam deorsum, intueor. Hiis ducibus vehor, eorum de proximi dilectione et cura mandatis astringor. Quis, oro, proximus* [4] *est, Germanus vel Gal[l]us, Longobardus vel Tuscus, Guelfus vel Gibilinus, cui hoc impendam caritatis mandatum? Pro nefas, ad quid veni? Num incensor scismatum antiquorum? Si quos vestrum delectant* [5] *talia, retrorsum abite, aut vobis sevite auctoribus, non me principe vel auctore. En Ytalia diu talibus concus[s]a vulneribus, justa indignatione hujusmodi refugit, cum viventia queque monente natura perniciosa devitent.*

Post hec missi ad reconciliandam Cremonam audiunt populum, inedia af[f]lictum, impotentem esse ad gravem contributionem, et Theotones, data licentia, in Latinos sevire, vicarios institui Gibilinos ut Guelfum nomen [6] abradant, proinde amicorum com[m]unicato consilio respondebunt.

Interea vero nuntii Januensium subjectionem profes[s]i sunt, et ad coronationis conductum propriis sumptibus navigia spondent.

Cesar Cremonenses ut Imperii rebel[l]es dampnat, et Ameus, Sabaudie comes, eorum depopulationem indixit. Tradita enim Cesari civitate Laudi, omnis Cremonensium virtus emarcuit, et Cesari civitas tradita est.

1. Zilberto, *ms.* — 2. has *(sic)*, *ms.* — 3. adduxit, *Bal.* — 4. primus, *Bal.* — 5. delectat *(sic)*, *ms.* — 6. *omis par Bal.*

Brixienses vero propter replicatos contemptus, omni spe reconciliationis abjecta, segetes et queque viridaria col[l]igunt, inbelles abiciunt, pro defenssione cuncta disponunt.

Interea Cesar sue coronationis dilationem accepit. Et nuntii Paduani civitatem illi subiciunt. Legati vero Cesaris [a] Venetis, nulla quesita fidelitate, solam navigii petunt copiam, si necesse fuerit, ad coronationis progressum. Inde Tervisium profecti, a Ri[cardo] de Camino[1], domino op[p]idi, honorifice suscepti sunt. Jam enim Cesari, dato tributo, subnixus erat. Postea Paduam redierunt ad tol[l]endum, qui orti erant inter Paduanos et Vicentinos, lapides scandalorum. Consequenter, post bellorum et cladium hinc inde jacturas varias, Brixia, mediante[2] cardinale domino Luca de Flisco, Cesari se tradidit. Inde disgressus Cremonam, ex subditis civitatibus ad coronationem vocat. Placentini obviam ei facti, claves civitatis ei of[f]erunt, Albertum Scotum de tyran[n]ide ac[c]usantes, nec ipso in civitate manente pos[s]ibile aiunt pacem rebus dari. Igitur vicario instituto discessit. Albertus vero parvo post tempore bellum urbi intulit.

Congregatis nuntiis Yporegie, Novarie, Vercellarum, Cumarum, Mediolani, Papie, Pergami, Placentie, Brixie, Mutine, Regii, Parme, Cremone, Laudi, Mantue, Verone, Vincentie, jubente Cesare, concionatum est quia pro pacanda Lombardia non modo vigilasset consiliis, sed et armis etiam decertasset, nec ad plenum valuisset civilia odia extirpare et veterum factiones, id suo tempore adimpleret. Poscebat interim super hoc a predictis nuntiis secreta ab unoquoque dari consilia. Et cum paratus esset ad iter, pulsi urbibus lamentabili vociferatione conquesti, nil aliud quam benigna responsa consequti sunt. Rex autem versus Terdonam iter ar[r]ipuit, et Gabii colles transgressus, Januam descendit. Ibi cives longevis accensi discordiarum scismatibus af[f]lictitant regem querelis. Cesar vero, potestate sum[m]oto, vicarium instituit; abbati ipsi prefecto, solo nomine dimisso, satel[l]ites abstulit, et urbem ad sexaginta millium aureorum largitionem coegit.

Interea Lombardia solitis inquietatur motibus; nuntiaturque Cesari quod Gilbertus de Corrigia cum Tuscis atque Lombardis conjurasset, quod marchiones de Cavalcabo cum Tuscorum, Bononiensium et Longobardorum cohortibus bellum intulissent Cremone et vicarium expulissent, quod inter G[uidonem] de Lator[r]e

1. Caino, *Bal.* — 2. mediatione, *ms.*

et Phyliponem, comitem de Langusto, nova intervenissent sponsalia, quod Macii adversarios Brixia expulissent, quod Placentie res nove tractarentur, quod in Hasta, Vercellis ceterisque locis in Gibilinos Guelfi sevirent. Tunc Canis de la Scala, Alboino fratre defuncto Verone, de Janua redire coactus est. Cesar autem Guarnerium de Oemborch instituit presidem Lombardie, misitque dato presidio ut emergentia choerceret. Sed vix obtinuit recipi cum centum infra Placentiam, et audit ubilibet per vicarios Guelfis injurias ir[r]ogari, et hoc impatientie causam esse. Hacque repulsa Guarnerius ad Cesarem rediit. Tuneque Margarita Augusta moritur MCCCXJ in festo beate Lucie [circa 13 decembris], et in loco fratrum Minorum tumulata est. Venerunt deinde quasi ad Augusti solatium nuntii Pisanorum plurima pol[l]icentes. Venit et Rizardus Gambatesa, regis Roberti secretarius, et introductus est magna principum anbitione. Paucis tractatus innotuit. Infectoque negotio rediit.

Interea Romam Johannes, germanus prefati regis, ingressus est cum armatorum caterva. Cesar autem Lodovicum de Sabaudia ad Urbem transmit[t]it; qui, per Columpnenses introductus, Lateranum conscendit. Statimque Urbs in varia divisa vota, ubique patet discrimini, ubique propugnacula eriguntur. Hoc autem omnem Ytaliam varie sperare suasit. Admiratus etiam Federici regis aliqua tractaturus ad Cesarem ivit[1], et post dies paucos in Siciliam rediit. Florentia autem cum suis complicibus ex civitatibus Senarum, Perusii, Civitatis Castelli, Luce, aliorumque locorum, simulque Bononia, Degonem, marescalcum regis Roberti, cum presidio militum venientem suscipiunt.

Jam imminute erant ad danda stipendia Cesaris facultates. Jam gravati Januenses contributione sexaginta millium florenorum publice clamitant sine causa col[l]um submisisse jugo, qui Federici dominium spreverant, amisisse divitias, nec posse vacare mercationum lucris, quin nec licere vivere cor[r]upto aere. Tunc Cesar pro suis mit[t]it Pisanis ut ferant subsidia. Tunc Paduani, redeuntibus nuntiis et adversa narrantibus, e muris pictas aquilas detrahunt.

Egressus Janua, Cesar in Portu Veneris quadraginta pene diebus perstitit, tempestate suborta. Inde Pisas profectus, curiam auxit, concur[r]entibus de Tuscia et Romandiola Gibilinis, et multa

1. venit, *Bal.*

tractavit. Deinde per Plumbinum ac Maritimam paucis comitatus, sola Romanorum factione confisus, Viterbium petiit, et manipulum militum per pontem qui Molis dicitur in Urbem transmisit. Ipse vero in tuto extra civitatem mansit. Venerunt autem ei obviam cum clero qui ei favebant Romani, et in Lateranense papale introduxerunt palatium; et continuo disposuit, munita Urbe, preoc-[c]upare loca. Vocavitque quasi ad familiare convivium absque differentia nobiles; eisque completo convivio sic fatus est : *Quid me, o Quirites, huc at[t]raxit nisi extol[l]endi animo Imperii, cujus*[1] *quasi defectione Romanus pene ut barbarus erat ignotus? Quid frequentes littere, quid nuntii celebres totiens petiere, nisi ut meum carum visitem senatum populumque Romanum, quo exulta[n]te in Capitolium vehar*[2] *? Venione violentus invasor? A Clemente papa missus, cardinales tres testes ad[d]uxi. Frust[r]ane ergo missus adsum, vocatus adveni? Sciam igitur in hac caritate convivii que vos vota alliciunt*[3], *que vobis fulcientibus adjuverunt. Id edat optio singulorum.* Tunc Stephanus de Columpna se, suos ac sua optulit, nec defecturum etiam in mortis periculo. Nicolaus de Comite se ait decus militie a rege Karolo suscepisse, suique fuisse propositi nunquam ejus posteris adversari. Anibaldus de Anibaldis, et Johannes de Sabello et Theobaldus de Campofloris se optulerunt in omnem eventum contra omnes Cesari parituros, sue cognationis viris dumtaxat exceptis. Erant enim Ursinorum af[f]ines. Hanc conditionem Cesar egre tandem admisit, et in scriptis redigi imperavit. Postea Stephanum, receptis obsidibus, liberum ire permisit. Ceteros vero comprehensos retineri jussit et fortalitia red[d]i. Hinc protinus oriuntur insultus, vulnerationes, et cedes. Privata odia publice deteguntur. Vincunt[4] primum Cesaris partes, postea debel[l]antur; et crescente Ursine fama victorie, fautores Cesaris penitus subtrahuntur. Admiratus et[5] regis Roberti, vocatos a Cesare Pisanos balistarios invadens, nonnullis mortuis, ceteros duxit Neapolim.

Hiis Cesar agitatus angustiis, soli expediende coronationi intentus, cum id in ecclesia apostolorum Petri et Pauli optinere non posset, vix cunctantibus cardinalibus, ne quasi transgressores apostolici rescripti redargui valeant, in Laterano aureum Imperii dyadema suscipere valuit. Artatus denique peccuniarum et victualium

1. *lege* cui, *Bal.* — 2. veharer, *ms.* — 3. alliciant, *Bal.* — 4. vincuntur, *Bal.* — 5. *omis par Bal.*

inopia, et turbato Romano populo ob quesitam contributionem, Tyburim Cesar abiit, relicto in Urbe cum Columpnensibus trecentorum militum presidio. Ad Johannem vero, regis Roberti germanum, milites undique confluebant. Interea vero papalibus rescriptis tam Cesaris quam regis copie pel[l]untur ab Urbe.

Bellum exinde Tuscis illaturus Cesar abiit; et Perusinis territis, Viterbium petiit. Florentinos vero multipliciter lesit. Tandem in castris cum fame, peste suborta, Pisas contendit.

Eo tempore rex Robertus R[aymundum] Gambatesa Florentiam mit[t]it, ut civitatem quinquennio sibi commissam pro se gubernet. Cesar vero contra regem quasi contra hostem sententiam tulit, que in septimo Decretalium multipliciter reprehenditur. Fortunam postea in mari experiri voluit, et Federicum admiratum suum fecit, pollicente eo galeas XXVIIJ, Januensibus XXV[1], Pisanis XIJ. Summus vero[2] pontifex, Phylip[p]i, regis Francie, litteris excitatus, excommunicationis tulit sententiam in quemlibet invasorem regni, etiamsi pontificali, imperiali vel regali prefulgeat dignitate. Cesar autem nil minus per Tusciam, Urbem et regnum sedulus erat tractare varia, polliceri multa. Certa denique dies navigii constituta est ut, cum Terracina[m] ap[p]licuerint XXVIJ milibus distantem ab Urbe, Cesarem exspectent cum mille quingentis militibus. Profectus itaque usque Origiam fluvium XIJ distantem ab Senis milibus, peracta cena, in fluvii ripa consedens, tinctis ob refrigerationem in amne cruribus, subeuntem sensit langorem; et comperta sub dextri cruris genu pustula, que antras vocatur, noctem duxit insompnem. Summo autem diluculo signo dato tol[l]endorum castrorum, ad Bonconventum transit pagum XIJ milibus ab Senis distantem; ibique viam universe carnis ingressus est, regni sui anno quinto, Imperii anno uno, mense uno et diebus viginti quatuor, in festo beati Bartholomei [24 augusti 1313].

1. vingita et unam, *Bal.* — 2. autem, *Bal.*

SEXTA VITA

CLEMENTIS V

AUCTORE AMALRICO AUGERII DE BITERRIS

PRIORE SANCTAE MARIAE

DE ASPIRANO IN DIOECESI ELNENSI

(excerpta ex chronicis quae dicuntur *Actus romanorum pontificum*)

Clemens V, natione Vasco, de loco Vilandrau[1], Burdegalensis dyocesis, ex patre Bernardo milite fuit natus. Et post[2] Benedictum XI, apud Perusium[3], in vigilia Pentecostes, que fuit nonis junii [5 junii 1305], in romanum pontificem fuit[4] assumptus. Et post beatum Petrum apostolum extitit papa ducentesimus[5] quintus, anno a nativitate Domini millesimo trecentesimo quinto.

Item quod iste Clemens, ante suam promotionem, Bertrandus del Got vocabatur. Qui primo fuit episcopus Convenarum et[6] per provisionem dicti[7] Bonifacii pape; in quo sedit[8] annis quinque. Et deinde ipse Bonifacius cum transtulit ad ecclesiam Burdegalensem, in qua stetit sex annis. Et tunc ipse visitabat in Pictavia provinciam suam quando in papam fuit electus, Sede apostolica tunc vacante.

1. Vilaudran, *B, C, D, Bal.* — 2. dictum, *ajouté par D.* — 3. Perusinum, *B.* — 4. extitit, *C.* — 5. centesimus, *B, Bal.* — 6. *omis par Bal.* — 7. *omis par Bal.* — 8. stetit, *D.*

Désignation des manuscrits employés :

A = Bibliothèque nationale de Paris, ms. latin *5147*, fol. 136 v°-144 v°.
B = Bibliothèque nationale de Paris, ms. latin *5146*, fol. 145 r°-154 r°.
C = Bibliothèque Vaticane, *Regina 704*, fol. 124 v°-131 v°.
D = Bibliothèque de Tours, ms. *993*, fol. 59 v°-63 r°.

Item quod cum cardinales sancte romane Ecclesie post mortem dicti Benedicti pape XJ, apud Perusium, undecim mensibus pro electione futuri[1] romani pontificis inclusi extitissent, et in[2] duas partes equales semper super electione hujusmodi[3] facienda divisi fuissent, tandem post[4] diversas nominationes[5] plurium et tractatus ad ipsum Clementem papam, tunc archiepiscopum Burdegalensem, ipsi[6] unanimiter et concorditer[7] vota sua direxerunt[8] et eum in papam elegerunt.

Item quod cum tempore electionis ipsius Clementis pape ipse esset in Pictavia visitando provinciam suam, tunc nova de sua romana electione[9] ad ipsum devenerunt. Qui quidem versus Burdegalam gressus suos statim[10] direxit[11]. Cumque ipse hujusmodi civitatem Burdegalensem[12] intrasset, processionaliter a clero et populo cum summo gaudio et honore totius civitatis et patrie et[13] tam a prelatis et baronibus quam a[14] nobilibus et communitatibus[15] pluribus et diversis extitit receptus, quamvis ipse Clemens tunc non ut papa, sed ut archiepiscopus, se gereret, quia nondum ipse receperat decretum sue electionis. Quod quidem decretum a dictis cardinalibus de Perusio sibi missum recepit crast[in]o[16] sancte Marie Magdalene [23 julii 1305][17]. Et tunc crastina die[18] sequenti [24 julii], scilicet undecimo[19] kalendas augusti, in presentia multorum prelatorum, baronum, militum, communitatum[20], cleri et populi in ecclesia Burdegalensi cathedrali tunc sedens in sua cathedra Clemens vocari voluit, et istud nomen elegit, et ex tunc ut papa[21] agere et gerere incepit.

Item quod postea ipse Clemens in fine sequentis mensis augusti Lugdunum pro se ibi commorando[22] perrexit. Et super hoc predictis

1. futura, *D.* — 2. *omis par B.* — 3. hujusmodi electione, *B*, *Bal.* — 4. *omis par B.* — 5. monitiones, *B*, *Bal.* — 6. omnes *au lieu de* ipsi, *D.* — 7. et concorditer, *omis par D.* — 8. dixerunt, *A*, *B.* — 9. electione romana, *B*, *Bal.* — 10. *omis par B*, *Bal.* — 11. nova de sua electione sibi devenerunt et statim versus Burdegalam gressus suos direxit, *D.* — 12. *omis par B*, *Bal.* — 13. *omis par Bal.* — 14. etiam, *D.* — 15. comitatibus, *C;* et comitibus *au lieu de* quam a nobilibus et communitatibus, *B*, *Bal.* — 16. in festo *au lieu de* crastino, *Bal.* — 17. quos quidem postea in crastinum sancte Marie Magdalene ipsum decretum a dictis cardinalibus de Perusio sibi missum recepit, *A*, *C;* quia nondum sue electionis decretum receperat. Sed die crastina festi sancte Marie Magdalene a dictis cardinalibus de Perusio sibi fuit transmissum, *D.* — 18. die crastina, *D.* — 19. *lege* IX. — 20. comitatum *(sic)*, *B;* comitum, *Bal.* — 21. in papam *au lieu de* ut papa, *B.* — 22. *lege* coronando, *Bal.;* augusti ad Lugdunum pro commorando, *D.*

cardinalibus hujusmodi civitatem apud Lugdunum[1] assignavit. Qui quidem[2] transeundo per Agen[n]um, Tholosam, Biterrim[3], Montempessullanum,[4] Nemausum, apud Lugdunum exinde pervenit. Et ibi presentibus suis cardinalibus et Philippo rege Francie cum summa militia sua et multitudine gentium copiosa, cum summa sollempnitate et[5] in ecclesia Sancti Justi[6] crastina die sancti Bricii [14 novembris 1305], que erat dies dominica, extitit coronatus.

Item quod, cum dictus Clemens papa apud Lugdunum coronatus fuisset, statim post suam coronationem per civitatem Lugdunensem cum suis cardinalibus, prelatis, et clericis universis, prout moris est, equitavit, et suam coronationem omni populo publice tunc ostendit, presentibus Philippo[7] rege Francie et Karolo fratre suo, Johanne duce Britanie, et Gualhardo de Goto fratre[8] germano dicti Clementis pape, et aliis quamplurimis[9] comitibus, baronibus et militibus, qui pedestrando equum dicti Clementis pape per frenum ab utraque parte et in circuitu dirigebant. Cumque ipse Clemens papa cum dicto rege Francie et aliis supradictis juxta muros civitatis Lugdunensis transiret, tunc[10] una pars dicti muri antiqui, super quam[11] erat gentium multitudo, corruit, et ipsa cecidit penitus in terram[12] : cujus lapides equum dicti Clementis pape percusserunt et[13] taliter quod equus suus in terram tunc[14] cecidit et thyara seu corona de capite suo, in qua erat unus carbunculus valde pretiosus et ad sex milia florenorum communiter extimatus; cujus botus, ut dicitur, postea non fuit in terra[15] inventus[16]. Et deinde omnes milites[17] et barones qui in circuitu equi[18] dicti pape destrabant[19] lesi fuerunt et concassati, et taliter quod inter alios Johannes, dux Britanie, et Galhardus de Goto[20], frater dicti Clementis pape, post paucos dies decesserunt; de quibus mirati extiterunt[21] universi[22].

1. Lugdunensem *au lieu de* apud Lugdunum, *B, Bal.* — 2. *omis par D.* — 3. Biterrum, *B.* — 4. et, *ajouté par D.* — 5. *omis par D et Bal.* — 6. Justini, *B;* Justi in, *Bal.* — 7. tunc, *ajouté par C.* — 8. suo, *ajouté par B, C.* — 9. pluribus, *D;* dicti Clementis fratre germano, et aliis quampluribus, *B, Bal.* — 10. subito, *ajouté par D.* — 11. qua, *B, Bal.* — 12. et penitus in terram cecidit, *D.* — 13. *omis par B, Bal.* — 14. *omis par B, C, Bal.;* equus tunc in terra, *D.* — 15. terram, *B.* — 16. extimatus; etiam cecidit cujus carbunculus locus, ut dicitur, postea in terra inventus non fuit, *D.* — 17. *omis par D.* — 18. *omis par B, Bal.* — 19. circuitu pape equum dextrabant, *D.* — 20. Gotho, *B, Bal.* — 21. fuerunt, *D.* — 22. de quibus... universi, *mots omis par B, Bal.*

Item quod ipse[1] Clemens, anno primo sui pontificatus, in quatuor temporibus ante festum Nativitatis Domini, videlicet XVIIJ kalendas januarii [15 decembris 1305],fecit et creavit de novo duodecim cardinales, scilicet Petrum de Capella episcopum Tholosanum, qui fuit postmodum[2] episcopus Penestrinus, Berengarium Fredeli[3] episcopum Bitterensem[4], compilatorem sexti libri Decretalium et postea episcopum Tusculanum[5], Arnaudum[6] de Cantalupo[7] tunc electum Burdegalensem, fratrem Thomam, Anglicum, magistrum in theologia, tituli Sancte Sabine, fratrem Nicholaum, confessorem regis Francie, tituli Sancti Eusebii, ambos ordinis Predicatorum, presbiteros cardinales, Stephanum archidiaconum Bruggensem[8] in ecclesia Morinensi et tunc cancellarium regis Francie, Guillelmum Arcuffati[9], Arnaldum[10] de Pelagrua[11], Raymundum de Lago[12] nepotem suum[13], Petrum Arnaldi Biarnensem[14], tunc abbatem Sancte Crucis Burdegalensis, qui infra annum decessit. Et nichilominus Jacobum et Petrum de Columpna, olim cardinales, per Bonifacium VIIJ depositos, ad dignitatem et cardinalatum tunc restituit atque[15] reintegravit.

Item quod ipse[16] Clemens, eodem anno [1306], revocavit et renovavit[17] decretales factas et editas contra regem Francie per Bonifacium VIIJ, predecessorem suum; in quarum[18] prima declaraverat[19] regnum Francie tam in spiritualibus quam in[20] temporalibus sibi et Ecclesie esse et fuisse[21] subjectum. Alia autem[22] incipit : *Clericos et laycos*[23]. Et nichilominus omnia que vigore istarum duarum decretalium fuerant subsequuta etiam ipse penitus revocavit. Et deinde regi Aragonum confirmavit regnum Sardinie, prestito tamen prius[24] fidelitatis juramento, sub quo tunc expresse sibi[25] se obligavit hujusmodi insulam Sardinie infra unum annum personaliter visitare.

Et etiam in isto anno, in die[26] sancte Marie Magdalene [22 julii

1. iste, *C.* — 2. postea fuit, *B, Bal.* — 3. Fredelli, *B, Bal.;* Fideli *(sic)*, *D.* — 4. Biterrensem, *B, D, Bal.* — 5. qui [fuit] postea episcopus Tusculanus, *B, Bal.* — 6. Arnaldum, *D, Bal.* — 7. Cantoluppo, *A;* Sancto Lupo *(sic)*, *B.* — 8. Burgensem *(sic)*, *B.* — 9. *lege* Aruffati, *Bal.;* Cucufati *(sic)*, *D.* — 10. Guillermum *(sic)*, *A, C, D.* — 11. Belagarua, *B.* — 12. *lege* Goto, *Bal.* — 13. nepotem suum ipsius pape, *A, C;* nepotem ipsius pape, *D.* — 14. *lege* Bearnensem, *B.* — 15. et, *D.* — 16. iste, *D.* — 17. adnullavit, *D.* — 18. quorum, *mss.* — 19. regem et, *ajouté par D.* — 20. *omis par D.* — 21. esse vel fuisse, *C;* fuisse et esse, *B, Bal.* — 22. decretalis, *ajouté par D.* — 23. *lege* Clericis laycos, *Bal.* — 24. post, *B.* — 25. *omis par D.* — 26. festo, *D.*

1306], omnes Judei de regno Francie congediati[1] fuerunt, et eorum bona omnia[2] extiterunt[3] confiscata.

Item quod dictus Clemens postea, anno sui pontificatus secundo *(sic)* [1306], de Lugduno recessit et ad civitatem Burdegalensem se mutavit, in qua cum curia sua stetit per unum annum.

Item quod isto anno [1306] etiam[4] Fulco, magister militie Hospitalariorum, cum magno exercitu christianorum, cum magna sanguinis effusione ipsi[5] ceperunt[6] insulam Rodarum, quam tunc Turci sub dominio imperatoris Constantinopolitani scismatici tenebant.

Item quod ipse[7] Clemens anno tertio *(sic)* sui pontificatus [martii 1307] de Burdegala[8] ivit in[9] Pictaviam pro pace tractanda et concordia inter regem Francie et regem Anglie tunc facienda : que quidem[10] finaliter fuit facta et concordata, matrimonio inter ipsos mediante. Nam rex Anglie tunc Ysabellam[11], filiam dicti regis Francie, in uxorem recepit. Propter cujus matrimonium multa scandala et infinita mala exinde in regno Francie fuerunt subsequta; que adhuc non[12] sunt transacta, ut apparet de[13] presenti.

Item quod tempore hujus Clementis pape contigit, ut fertur, quod in quodam castro regio dyocesis Tholosane per officiales dicti[14] regis Francie quidam, nomine Esquivus[15] de Floyrano[16], civis Biterrensis, cum quodam fratre[17] militie Templi apostata pro suis maleficiis capti fuerunt et in forti carcere ambo insimul[18] positi extiterunt[19]. Cumque dictus Esquivus et ejus[20] socius Templarius propter maleficia que perpetraverant[21] de die in diem de sua vita[22] more navigantium se desperarent, ad invicem peccata sua confessi fuerunt. Qui quidem Templarius sibi extitit confessus multos errores contra Deum et periculum anime sue atque unitatem fidei catholice, quod in ingressu[23] sui ordinis et postea pluribus vicibus se communicasset; quorum omnia maleficia per ordinem sibi

1. congeati, *Bal.;* congregati *(sic)*, *B.* — 2. *omis par D.* — 3. regi Francie, *ajoutés par B, Bal.* — 4. Et etiam in isto anno, *B, Bal.;* Et isto anno etiam, *D.* — 5. ipsorum, *C.* — 6. et cum magna sanguinis effusione eorum ceperunt, *D.* — 7. iste, *D.* — 8. Burdegalia, *D.* — 9. ad, *B, Bal.* — 10. *omis par D.* — 11. Anglie Ysabellim tunc, *D.* — 12. nondum *au lieu de* adhuc non, *D.* — 13. in, *C.* — 14. *omis par A, D.* — 15. Squinus, *B, Bal.* — 16. Floriano, *B, Bal.* — 17. suo, *ajouté par D.* — 18. simul, *D.* — 19. *omis par D.* — 20. sero *(sic) au lieu de* et ejus, *A, C, D.* — 21. perpetraverat, *A, C, D.* — 22. vita sua, *D.* — 23. ingressum, *B.*

enarravit[1]. Quibus auditis, a cancellario[2], sequenti die, majorem officialem alterius[3] castri regii ad se fecit evocari[4] et ad eum adduci[5]. Qui[6] quidem obtulit unum magnum factum regi[7] Francie revelare, de quo plures utilitates ipse rex[8] habere poterat quam si de novo adquireret unum regnum. Et ideo me[9] bene captum et vinculatum ad eum perduci faciatis, ut dixit[10], quia nulli de mundo nisi dicto regi[11] revelaret, esto quod ipse mortem subiret temporalem.

Item quod, cum ipse officialis regius vidisset ut[12] cum[13] blandimentis, promissionibus, oblationibus, et demum[14] ipse[15] cum communitatibus[16] prefatum Squivum inducere non poterat quod predictum factum sibi[17] revelaret, ideo omnia premissa per ordinem dicto[18] Philippo regi Francie scripsit et significavit. Qui quidem[19] statim sibi rescripsit et injunxit ut ipsum Squivum sub fideli custodia ad eum Parisius mitteret[20].

Item quod, cum postea ipse Squivus, juxta mandatum regis, eidem regi Parisius fuisset presentatus, statim[21] ipsum traxit ad partem et ab illo voluit[22] scire veritatem de premissis, promittens sibi securitatem corporis et commodum, si illa que dicebat veritatem continerent. Cumque Squivus[23] confessionem dicti Templarii apostate per ordinem sibi[24] explicasset, confestim ipse rex aliquos Templarios capi fecit, et super hoc cum eis informationem fieri fecit[25]. Qua facta, et super premissis reperta veritate[26], ipse rex Francie scripsit multum caute et secrete omnibus officialibus suis in toto regno suo institutis quod quilibet ipsorum[27] certa die cum bona societate[28] bene armati essent parati, et deinde in sequenti nocte quasdam litteras suas secretas quilibet ipsorum[29] officialium

1. quorum malefitiorum speciem per ordinem enarravit, *B, Bal.;* qui quidem Templarius sibi fuit confessus quod multos errores et maleficia contra Deum et periculum anime sue atque unitatem fidei catholice in ingressu sui ordinis et pluribus vicibus commisisset : que omnia maleficia sibi per ordinem enarravit, *D.* — 2. cancellaria, *B, Bal.* — 3. aliud, *A, C;* dicti *au lieu de* alterius castri, *D.* — 4. convocari, *B, Bal.* — 5. audiri, *A, C;* evocari, ut eum audiret, *D.* — 6. Cui, *D.* — 7. regis, *A, C.* — 8. ipse rex plures utilitates, *D.* — 9. *placé avant* perduci *par C.* — 10. dixit ipse *au lieu de* ut dixit, *D.* — 11. hoc non, *ajoutés par A, C;* hoc, *ajouté par D.* — 12. quod, *D.* — 13. cum, *B, Bal.* — 14. quod, *ajouté par B, Bal.* — 15. *omis par D.* — 16. *lege* commonitionibus, *Bal.* — 17. non, *ajouté par D.* — 18. prefato, *D.* — 19. rex, *ajouté par D.* — 20. mitteretur, *A, C.* — 21. *omis par D.* — 22. illo voluit, *omis par B;* ob scire *au lieu de* et ab illo voluit, *Bal.;* scire voluit, *D.* — 23. idem Esquinus, *D.* — 24. *omis par D.* — 25. recepit *au lieu de* fieri fecit, *D.* — 26. veritate reperta, *B, Bal.* — 27. et cuilibet ipsorum ut *au lieu de* quod quilibet ipsorum, *B, Bal.* — 28. et, *ajouté par D.* — 29. suorum, *C, D.*

aperire deberet et non ante sub pena capitis, quas cum aliis predictis dictus rex[1] miserat eisdem[2].

Item quod, cum dicti officiales regis litteras suas recepissent, statim illa die omnes bene armati et associati fuerunt, videlicet iij ydus octobris [13 octobris 1307], qui fuit dies Veneris. Et tunc in sequenti nocte, apertis litteris regiis supradictis, statim quilibet ipsorum officialium per omnia[3] loca eis commissa accesserunt et omnes Templarios quos ipsi[4] invenire potuerunt[5] ceperunt, et eos sub fideli custodia in suis fortalitiis[6] posuerunt. Et deinde quilibet officialis captiones[7] ipsorum Templariorum dicto regi Francie significaverunt[8], prout ab ipso hoc habuerunt[9] in mandatis. De quorum quidem[10] captione totus mundus fuit admiratus.

Item quod cum postea magister militie Templariorum cum multis militibus et viris magnis sui ordinis captus apud[11] Parisius coram rege perductus[12] fuisset, tunc quidam ipsorum propter verecundiam veritatem de[13] premissis denegaverunt, et quidam alii ultro[14] ipsam sibi[15] confessi fuerunt. Sed postea illi qui denegabant, cum tormentis ipsam tunc libenter confitebantur, et aliqui ipsorum in tormentis sine veritatis[16] confessione moriebantur vel comburebantur. Et tunc ultro[17] confitentibus veritatem ipse rex mitius se habebat[18].

Item quod cum postmodum dictus rex Francie de premissis legitime informatus fuisset[19], statim omnia bona tam mobilia quam inmobilia[20] dictorum Templariorum que in suo regno reperta extiterunt[21] confiscari fecit, et ipsa tanquam rite confiscata sibi applicari[22] pronuntiavit. Et deinde copiam omnium processuum quos fecerat contra ordinem Templariorum et personas ipsorum et confiscationes eorum sub sigillo suo ad ipsum Clementem papam, qui apud civitatem Pictavensem tunc ipse[23] cum curia sua[24] residebat, per sollempnes nuncios transmisit. De quibus valde fuit[25] gavisus. Nam antea ipse et cardinales et plures alii et[26] universi[27]

1. rex predictus, *B, Bal.*— 2. eidem, *A, C.* — 3. *omis par C.*— 4. *omis par D.* — 5. *au lieu de* quos ipsi invenire potuerunt, *B a* quo inveniri potuerunt, *et Bal.* qui inveniri potuerunt. — 6. fortalitiis suis, *B, Bal.* — 7. captionem, D. — 8. significavit, *D.* — 9. habuerant, *D.*— 10. *omis par B, D, Bal.* — 11. *omis par D.* — 12. productus, *Bal.;* ad regem adductus *au lieu de* coram rege perductus, *D.* — 13. *omis par D.* — 14. ultra. *B, Bal.* — 15. ipsam sibi, *omis par D.* — 16. *omis par B, Bal.* — 17. sponte *au lieu de* tunc ultro, *D.* — 18. Et tunc de confitentibus ultra veritatem ipse mitius se habebat, *B, Bal.* — 19. esset, *D.* — 20. quam inmobilia, *omis par B et restitués par Bal.* — 21. fuerunt, *B, D, Bal.* — 22. fecit et, *ajoutés par D.* — 23. *omis par D, Bal.* — 24. sua curia, *Bal.* — 25. fuit valde, *B, Bal.* — 26. *omis par A, C.* — 27. et universi, *omis par D.*

super hoc dubitabant, maxime[1] cum ille ordo fuisset[2] tam a Sede apostolica quam ab omnibus principibus mundi[3] summe privilegiatus et pluribus et diversis spiritualibus et temporalibus esset ditatus[4].

Item quod cum[5] deinde dictus Clemens cum suis cardinalibus dictos processus regis Francie bene examinasset, et nichilominus Templarios quosdam et ipsorum[6] confessiones audivisset, videlicet quod omnes dicti ordinis Templariorum in eorum ingressu Christum[7], Dei filium, abnegabant et super crucem in vituperium ipsius spuebant, et postea homagium diabolo faciebant ut majorem fortunam et bonorum temporalium multiplicationem ipsi[8] haberent, et si aliquis de ingredientibus ordinem eorum predicta facere recusaret, postea[9] ab ipsis interficiebatur, et deinde pro dissimulando nephandam et detestabilem vitam atque[10] conversationem ipsorum magnas elemosinas Christi pauperibus erogabant[11], et in eorum ecclesiis valde devote persistebant, et multa sacrificia ibi celebrari faciebant, et[12] infra et extra valde honeste incedebant. Et ulterius contra ipsos extitit repertum quod ipsi magnum consilium, auxilium, et favorem,[13] communionem et[14] confederationem[15] cum perfidis Sarracenis ultra mare contra christianos habebant, et quod ipsi, ut fertur, fuerunt causa perditionis civitatis Achon et totius terre sibi conjunete, quam antea christiani crucesignati pro Christi fide et cum magna ipsorum sanguinis[16] effusione acquisiverunt[17] et eam longo tempore possederunt[18] pacifice et quiete. Cumque idem Clemens de premissis bene fuisset informatus, statim ipse scripsit per universum mundum omnibus patriarchis, archiepiscopis, et episcopis, et[19] sub bulla eis[20] mandavit atque[21] commisit ut omnes Templarios quos in eorum civitatibus et dyocesibus possent invenire, quod ipsos[22] caperent et cum ipsis[23] juxta articulos per ipsum papam eis[24] transmissos inquirere et procedere deberent cum magno consilio et deliberatione ut ipse exinde[25] in

1. *omis par B, D, Bal.* — 2. esset, *D.* — 3. mundi principibus, *D.* — 4. bonis temporalibus et spiritualibus multum ditatus extitisset *au lieu de* et diversis... ditatus, *D;* dedicatus *(sic), B.* — 5. *omis par D.* — 6. eorum, *B, Bal.* — 7. *omis par B, Bal.* — 8. *omis par D.* — 9. statim, *D.* — 10. et, *D.* — 11. erogabat, *D.* — 12. et, *omis par A, C, D.* — 13. et, *ajouté par D.* — 14. ac, *D.* — 15. considerationem, *B.* — 16. eorum magna sanguinis, *B, Bal.;* magna sanguinis ipsorum, *D.* — 17. acquisiverant, *B, Bal.* — 18. possederant, *B, Bal.* — 19. *omis par C, D.* — 20. et, *ajouté par D.* — 21. et, *D.* — 22. quod ipsos, *omis par D.* — 23. invenire possent, ipsos caperent et contra ipsos, *Bal.;* invenire possent, ipsos caperent et ab ipsis, *B.* — 24. *omis par D.* — 25. *omis par B, Bal.*

proximo suo concilio[1] generali providere posset[2], ut[3] iste ordo Templariorum reformari vel potius an[n]ullari deberet.

Item quod postea, anno Domini millesimo trecentesimo octavo[4], ipse Clemens confirmavit electionem Henrici, tunc comitis Luceburgensis, in imperatorem electi, quam postea[5] eodem anno *(sic)* in imperatorem coronari fecit. Et postea ipse cum tota curia sua[6] de Pictavia recessit, per Burdegalam et Agenesium[7] transivit. Et deinde apud Tholosam venit, et ibi in festo Nativitatis Domini [25 decembris 1308][8] remansit usque ad Epiphaniam. In quo festo ipse in civitate Convenarum supervenit, in cujus ecclesia cathedrali corpus sancti Bertrandi confessoris transtulit, et in quadam capsa auri et argenti et cum lapidibus pretiosis miro modo de novo facta per eum ipsum[9] cum summa devotione et sollempnitate reposuit ad Dei[10] gloriam et honorem.

Item quod deinde ipse Clemens transeundo per Carcassonam[11], Biterrim[12], Montempessulanum, et Nemausum, apud Avinionem devenit[13], et ibi remansit cum[14] curia sua. Cumque de novo ad suam audientiam pervenisset quod contra[15] Deum et justitiam Venetenses ad Ferrariensem civitatem[16] pugnabant et ipsam occupare et eorum ditioni[17] subjugare volebant, ideo[18] ipse Clemens contra ipsos[19] Venetos[20] suos processus[21] fecit. Verum quia propter hoc[22] desistere non curabant, ideo dictus[23] Clemens contra eos noviter majorem processum fecit[24] et ipsos aggravavit, et in die Cene Domini [27 martii 1309] ipsos[25] anathematizavit, et omnes religiosos et clericos de toto ducatu Venetorum ex ordinatione exire mandavit[26]. Et nichilominus Arnaldum de Pelagrua, dyaconum cardinalem, in Ytaliam pro legato et contra dictos Venetos ipse[27] transmisit. Post

1. concilio suo, *D.* — 2. possit, *C.*— 3. et, *B, Bal.* — 4. *lege* 1309.— 5. in, *ajouté par D.* — 6. sua curia, *B, Bal.* — 7. Agennum, *Bal.;* Agennensem, *B.* — 8. ibi, *répété par B.*— 9. per eum ipsum, *omis par D;* sanctum corpus, *ajoutés par B, Bal.* — 10. *placé après* honorem *par D.* — 11. Carcassonensem, *A, C, D.* — 12. Biterrensem, *mss.* — 13. pervenit, *D.* — 14. *omis par B.* — 15. ad, *A, B, C;* adversus, *Bal.* — 16. *au lieu de* quod... civitatem, *A, C ont* qui et ad Deum et justitiam venientes et ad Ferrariensem civitatem; *B,* quod ad eum et justitiam venientes ad Ferrariensem civitatem; *D,* Cumque ad audientiam suam de novo pervenisset quod contra Deum et justitiam Venetenses civitatem; *Bal.,* quod adversus Deum et justitiam Veneti ad Ferrariensem civitatem. — 17. jurisdictioni, *B, Bal.* — 18. *omis par D.* — 19. dictos, *D.* — 20. ventos *(sic), A, B, C.* — 21. processus suos, *D.* — 22. Verum quia non venti propter hoc, *A, C;* Et quia ipsi propter hoc a premissis, *D.* — 23. papa, *ajouté par D.* — 24. fecit processum, *D.* — 25. eos, *D.* — 26. mandavit exire, *D.* — 27. *omis par D.*

cujus adventum summa hominum strages fuit subsequta. Et civitas Ferrariensis[1] tunc extitit capta et recuperata in die festo[2] sancti Augustini [28 augusti] anno Domini[3] a nativitate millesimo trecentesimo nono.

Et in isto anno [1309], quinta die maij, Karolus secundus, rex Cicilie[4] et comes Provincie, et filius condam primi Karoli[5] regis Cicilie, anno regni sui vicesimo quinto decessit. Cui in regno et comitatu supradictis Robertus, filius suus, successit. Qui quidem[6], anno quo supra, prima die dominica sequentis mensis augusti [3 augusti 1309], apud Avinionem per ipsum Clementem papam fuit[7] inunctus et coronatus[8] cum magna sollempnitate et[9] prelatorum, cleri et populi, presente multitudine gentium copiosa[10].

Item quod postea, anno quo supra [1309], in mense septembri, episcopus Ruthenensis, tunc patriarcha [Jerosolimitanus], et apostolice Sedis legatus, et Fulco de Vilareto, magister militie universalis Hospitalariorum, cum magno exercitu crucesignatorum et cum plenissima peccatorum indulgentia[11] ad Terram Sanctam ultramarinam perrexerunt; sed tunc propter ventorum contrarietatem tunc[12] regnantem ad portum inimicorum fidei venire ipsi[13] nequiverunt[14], sed apud Brundusium per totam yemem sequentem moram traxerunt.

Item, anno quo supra [*sic*, *lege* 1310], quinto ydus maij [11 maii], archiepiscopus Senonensis cum suis suffraganeis et eorum prelatis concilium provinciale apud Parisius[15] sollempniter celebravit. In quo quidem[16] concilio inter alia cum magna deliberatione quinquaginta et quatuor Templarii ex propriis et[17] eorum confessionibus voluntariis, sed postea ab ipsis denegatis, sententiati et canonice judicati fuerunt, et postea juxta juris formam seculari curie ipsi[18] tanquam relapsi[19] traditi extiterunt; et exinde[20] per ipsam secularem potestatem igne combusti extiterunt[21]. Et deinde[22] post

1. Foranensis *(sic)*, *A;* dicta civitas *au lieu de* civitas Ferrariensis, *B, Bal.* — 2. Et tunc civitas ipsas Foronensis capta et recuperata extitit in die festi, *D.* — 3. *placé après* nativitate *par B, D, Bal.* — 4. *lege* Sicilie. — 5. Karoli primi, *B, Bal.* — 6. *omis par D.* — 7. *omis par B, Bal.* — 8. est, *ajouté par Bal.* — 9. *omis par B, Bal.* — 10. cum magna prelatorum sollempnitate, et cleris et populi presentia et multitudine gentium copiosa, *D.* — 11. indulgentia peccatorum, *B, Bal.* — 12. *omis par D.* — 13. *omis par B, D, Bal.* — 14. non potuerunt *au lieu de* nequiverunt, *D.* — 15. apud Parisius concilium provinciale, *D.* — 16. *omis par D.* — 17. *omis par B, D, Bal.* — 18. *omis par D.* — 19. tanquam relapsi, *omis par B, Bal.* — 20. deinde, *B, Bal.;* post paucos dies, *ajoutés par D.* — 21. fuerunt, *D.* — 22. paulo, *D.*

paucos dies [1] alii quatuor Templarii eodem modo [2] condempnati extiterunt et combusti. Et postea alii novem Templarii in concilio Remensi [3] infra mensem per archiepiscopum Remensem et suos suffraganeos cum suis prelatis in Silvaneto [4] sollempniter celebrato eodem modo et causa [5] condempnati fuerunt et curie seculari [6] traditi. Et deinde per ipsam curiam [7] extiterunt combusti.

Item quod [8] postea, anno a nativitate Domini MCCCX, in die festo [9] Assumptionis beate Marie [10] [15 augusti], cum magna sanguinis christianorum effusione [11] civitas [12] Rodarum, que est capud et [13] metropolis totius illius regionis [14] et insularum convicinarum [15], et specialis transitus in regnum Cipri, Terram Sanctam, Achon, et alias terras infidelium [16], per dictum exercitum crucesignatorum [17] cum magno triumpho fuit capta et sub potestate et dominio christianorum extitit redacta, Turchis ab ipso in [18] ore gladii [19] interfectis et deinde subjugatis.

Item quod [20] ipse Clemens postea, anno quo supra [1310] et sui pontificatus anno [21] sexto, die sabbati quatuor temporum de Adventu Domini, XIIIJ kalendas januarii [19 decembris], apud Avinionem fecit secundam creationem quinque cardinalium de novo, videlicet Arnaldum de Felgeriis archiepiscopum Arelatensem et postea Sabinensem, Bertrandum de Bordis episcopum Albiensem et camerarium suum, qui infra annum decessit, Arnaldum Novelli abbatem tunc Fontis [22] Frigidi, ordinis Cisterciensis [23], et sancte romane Ecclesie vicecancellarium, presbiteros. Raymundum de Fargis [24] et [25] Bernardum de Garvo fecit dyaconos [26] cardinales, quamvis isti duo ultimi nondum [27] ad sacros ordines promoti fuissent.

Item quod iste [28] Clemens primo apud Avinionem, in consistorio publico suo [29], ad requisitionem regis Francie [30] pronuntiavit et licentiam dedit generaliter omnibus quibuscunque accusandi Bonifacium

1. paucos dies, *omis par D.* — 2. ibi, *ajouté par D.* — 3. Et exinde in concilio Remensi alii novem Templarii, *D.* — 4. *lege* Silvanecto. — 5. et causa, *omis par D.* — 6. seculari curie, *B, Bal.* — 7. per ipsam curiam, *omis par D.* — 8. cum, *ajouté par les mss.* — 9. festi, *B, D.* — 10. virginis, *ajouté par D.* — 11. magna christianorum sanguinis effusione, *B, Bal.* — 12. civitatem *(sic)*, *A, B, C.* — 13. locus, *ajouté par D.* — 14. religionis, *mss.* — 15. conjunctarum, *B, Bal.* — 16. *au lieu de* Terram Sanctam, Achon, et alias terras infidelium, *D a* et ad Terram Sanctam civitas Achon cum certa alia terra infidelium. — 17. consignatorum *(sic)*, *A, C.* — 18. ipso in, *omis par B, Bal.* — 19. *après* gladii *D met* expulsis et interfectis, subjugatis. — 20. cum, *ajouté par D.* — 21. *omis par D.* — 22. Fortis *(sic)*, *A, C, D;* Montis *(sic)*, *B.* — 23. Cisterciensis ordinis, *D.* — 24. Fargiis, *B, Bal.* — 25. *omis par A, B, C.* — 26. dyacones, *mss.* — 27. *omis par D.* — 28. ipse, *D.* — 29. suo, *omis par B, Bal.;* et, *au lieu de* suo, *D.* — 30. regis Francie requisitionem, *D.*

papam VIIJ, predecessorem suum, de crimine heresis, de quo ipse erat diffamatus. Coram quo dictus[1] Guillelmus de Nogareto, qui eum ceperat, postea[2] multa super hoc crimina in consistorio publico contra ipsum[3] Bonifacium proposuit et objecit[4]. Et ex adverso quidam cardinalis, qui erat de genere dicti Bonifacii pape, ipsum super ipsis[5] criminibus objectis multipliciter excusavit, et regem Francie et[6] Guillelmum de Nogareto et Ysharcham[7] de Columpna cum multis aliis super captione dicti Bonifacii et thesauri sui[8] depredatione terribiliter accusavit. Pro quibus de magno scandalo cotidie dubitabatur. Nam dictus Guillelmus de Nogareto cum magna societate armata[9] ex una parte et dictus cardinalis eo modo ex altera in consistorium pape pro celebrandis suis dietis conveniebant.

Item quod postea[10] anno Domini a nativitate[11] MCCCXJ, quinto kalendas maij [27 aprilis], ipse rex Francie de hiis que coram dicto[12] Clemente papa super captione dicti Bonifacii pape et sui thesauri fuerat accusatus, per dictum Clementem in consistorio publico fuit purgatus[13], et nichilominus super hiis que ipse rex contra dictum Bonifacium fecerat probo zelo et intentione fecerat[14]. Et fuit tunc sic[15] pronuntiatum et declaratum[16] tam verbo quam postea, ut dicitur, sub bulla sua[17]. Et deinde processum[18] hujusmodi cause utriusque partis [in quo][19] jam erat conclusum, ipse Clemens per modum tractatus pacis[20] ad se retinuit et suscepit. Et deinde predictum Guillelmum de Nogareto ibidem[21] presentem a sententia excommunicationis qua per dictum Bonifacium fuerat innodatus tunc[22] absolvit, et pro penitentia peregrinationem Terre Sancte ultramarine in primo passagio et per quinque annos continuos ibi stare[23] sibi[24] dedit et assignavit, nisi alias per Sedem apostolicam cum eo[25] super hoc esset dispensatum.

1. dominus, *Bal.* — 2. *omis par B, Bal.* — 3. dictum, *D.* — 4. objessit, *A*, *C.* — 5. dictis, *D.* — 6. dictum, *ajouté par B, Bal.* — 7. Ysarcham, *B; lege* Sciarram. — 8. *omis par D.* — 9. armatorum, *B.* — 10. *omis par D.* — 11. a nativitate Domini, *B, D, Bal.* — 12. *omis par B, Bal.* — 13. accusatus *(sic)*, *A, C;* in dicto consistorio fuit excusatus, *D.* — 14. factum fuerat, *A, C;* intentione bona factum fuerat, *D.* — 15. Et sic fuit, *B, Bal.;* Et fuit tunc sic, *omis par D.* — 16. *après* declaratum *D met* et postea, ut dicitur, tam verbo quam sub bulla redactum extitit et deinde quod processus hujusmodi. — 17. *omis par B, Bal.* — 18. processus, *B, Bal.* — 19. in quo, *ajoutés par une main contemporaine dans A, manquent dans B, C, D, Bal.* — 20. *au lieu de* tractatus pacis *D met* pacis negotium hujusmodi. — 21. *omis par Bal.;* ipsum, *B.* — 22. *omis par D.* — 23. et pro peregrinatione Terre Sancte ultramarine in primo passagio et per quinque annos continuos ibi stare, *B, Bal.* — 24. *omis par D.* — 25. ipso, *D.*

Et in isto anno [1311] fuit tanta mortalitas hominum in partibus Tholosanis et circumvicinis locis quod vix fuit domus in qua non pateret [1] aliquis defunctus. Et nichilominus fuit tanta caritas et [2] caristia quod nullum bladum inveniebatur ad vendendum [3].

Item quod postea anno Domini MCCCXJ, prima die octobris, apud Viennam [4] civitatem super Rodanum ipse Clemens papa venit pro suo generali concilio celebrando, et postea celebrare incepit XVIJ kalendas novembris [16 octobris], in quo omnes prelatos mundi [5] jam ante convocaverat. Et tunc ipse [6] eis exposuit quare ipsos convocaverat, et dixit quod principaliter super statu militie Templi et sancto passagio ultramarino faciendo et reformatione status Ecclesie et conservatione Ecclesie [7] libertatis, unde super hiis procedendis [8] quilibet prelatus providere [9] deberet. Et sic ipse papa [10] Clemens cum suis cardinalibus et prelatis per totam yemem sequentem continue in pluribus tractatibus et [11] diversis permansit [12].

Item quod in sequenti anno Domini MCCCXIJ, XJ kalendas [13] aprilis [22 martii 1312], predictus papa Clemens [14] cum suis cardinalibus et multis prelatis [15], secrete in suo consistorio privato clauso, ordinem dictorum Templariorum cassavit et ipsum penitus an[n]ullavit, et deinde personas et bona illius ordinis sue et Ecclesie dispositioni atque ordinationi ipse [16] reservavit.

Item quod anno quo supra [1312], tertia die mensis aprilis, prefatus Clemens papa [17] in consistorio publico, presente rege Philippo Francie [18] cum tribus filiis suis [19], videlicet Ludovico, Philippo, [20] Karolo, ac etiam alio Karolo [21] fratre ejusdem [22] regis, cum magna militia, quibus hujusmodi negotium [23] erat [24] summe [25] cordiale, et presente gentium multitudine copiosa, cassationem ordinis dictorum Templariorum sollempniter publicavit. Qui quidem ordo jam duraverat per centum et octoaginta [26] annos vel circa. Qui licet

1. pateretur, *A*, *B*, *C*; reperiretur, *Bal.* — 2. caritas et, *omis par D.* — 3. ad vendendum inveniebatur, *D.* — 4. Viennensem, *B*, *D*, *Bal.* — 5. *omis par B*, *D*, *Bal.* — 6. *omis par B*, *D*, *Bal.* — 7. *omis par B*, *D*, *Bal.* — 8. providendis, *B*, *D*, *Bal.* — 9. procedere, *B*, *D*, *Bal.* — 10. Clemens papa, *B*, *D*, *Bal.* — 11. *omis par B*, *D*, *Bal.* — 12. *omis par D.* — 13. *omis par C.* — 14. prefatus Clemens papa, *D.* — 15. prelatis multis, *C.* — 16. penitus, *D.* — 17. *omis par C.* — 18. Philippo rege Francie, *B*, *Bal.*; rege Francie Philippo, *D.* — 19. *omis par D.* — 20. et, *ajouté par D.* — 21. *omis par C.* — 22. dicti, *B*, *Bal.* — 23. negotio *(sic)*, *A.* — 24. erant *(sic)*, *C.* — 25. summum, *D.* — 26. octuaginta, *B*, *C*, *D*, *Bal.*

ipsi militaverint[1] cum multis bonis temporalibus[2] et Sedis apostolice et principum secularium[3], tamen ipsi et eorum bona[4] una die perierunt.

Item quod in dicto concilio generali super statu personarum et bonorum temporalium[5] sic salubriter fuit ordinatum ut[6] omnia bona dictorum Templariorum pro defensione fidei catholice et infidelium persequtione essent et esse deberent cum[7] summis[8] privilegiis et[9] libertatibus diversis temporibus militie Hospitalis Sancti Johannis Jerosolimitani[10], cum certis tamen pactis et conditionibus super hoc sollempniter impositis[11] et a dicta militia gratis receptis et approbatis.

Item quod alique persone notabiles et majores dictorum Templariorum sub ordinatione et dispositione[12] romani pontificis reservarentur[13] et quod de certis[14] Templariis per metropolitanos et suos suffraganeos in conciliis eorum provincialibus, prout de ipsis ad quemlibet ipsorum[15] pertinebit[16], disponere canonice[17] debeant[18] et possint[19] atque ordinare, et quod etiam de illis Templariis qui ultro[20] errores suos confessi fuerunt[21], corde contricti ponantur[22] ipsi[23] in aliis religionibus a Sede apostolica approbatis juxta ipsorum electionem et[24] ibi Deo serviant[25] et de bonis olim Templariorum sua victualia habere debeant[26]; de illis[27] Templariis[28] qui fugerunt[29] et legitime non comparuerunt[30], juxta concilia provincialia contra ipsos canonice procederetur[31]. Super autem statu Ecclesie et libertate ipsius in dicto concilio[32] plura salubria statuta facta fuerunt[33], que hodie Clementine nuncupantur. Sed ipse Clemens in multis aliis negotiis arduis impeditus[34], et postea[35] morte preventus, istas constitutiones publicare nequivit.

1. vixerint, *B*, *Bal.* — 2. circa, licet vile meruit cum multis temporalibus bonis, *D.* — 3. displicentia, et, *ajoutés par D ;* et, *ajouté par B.* — 4. *au lieu de* et eorum bona *B et Bal. ont* cum bonis suis universis. — 5. temporalium bonorum, *B*, *Bal.* — 6. quod, *D.* — 7. et, *A*, *C*, *D.* — 8. suis, *Bal.* — 9. ac, *D.* — 10. Jherusalem, *B ;* Hierusalem, *Bal.* — 11. appositis, *D.* — 12. reservatione, *B*, *Bal.* — 13. reservate fuerunt, *B*, *Bal.* — 14. aliis, *ajouté par B*, *C*, *Bal.* — 15. eorum, *Bal.* — 16. pertineret, *D.*— 17. *omis par B*, *Bal.*— 18. deberent, *D.*— 19. possent, *D.*— 20. ultra, *B*, *Bal.* — 21. forent, *D qui ajoute ensuite* et. — 22. ponentur, *B*, *Bal. ;* ponerentur, *D qui le place après* electionem. — 23. *omis par B*, *Bal.* — 24. ut, *Bal.* — 25. servirent, *D.* — 26. deberent, *D.* — 27. autem, *ajouté par D.*— 28. aut, *ajouté par A*, *C.* — 29. fugierunt, *mss.* — 30. apparuerunt, *B.* — 31. procederent, *B*, *Bal.* — 32. consistorio *(sic)*, *B.* — 33. plura statuta salubria statuta et facta fueruut, *B*, *Bal.* — 34. *omis par A*, *C ;* arduis negotiis occupatus, *D.* — 35. *omis par D.*

Item quod, celebrato dicto concilio, dictus Clemens, anno quo supra [1312], de Vienna recessit, et apud Avinionem venit [1]. Qui quidem [2] postea in jejunio quatuor temporum ante Natale Domini tertiam [3] creationem novorum cardinalium fecit et novem cardinales [4] de novo [5] creavit decimo kalendas januarii [23 decembris], videlicet Guillelmum de Mandagoto, archiepiscopum Aquensem, dyocesis Nemausensis, Jacobum de Oza [6], episcopum Avinionensem, et Caturcensem [7], qui postea fuit papa [8], Berengarium Fredoli de Veruna, Magalonensis diocesis, tunc episcopum Bitterrensem, Arnaudum [9] de Auxio, tunc episcopum Pictavensem, fratrem Guillelmum Petri de Godino, Bayonensem, magistrum in theologia, ordinis fratrum [10] Predicatorum, tunc lectorem sacri palatii apostolici, Vitalem de Furno, ordinis fratrum Minorum, magistrum in theologia [11], Vasatensis diocesis, Michaelem de Beco, Gallicum [12], tunc decanum Sancti Quintini, abbatem Sancti Severi [13], et Guillelmum [14] Testa, Condomiensem episcopum [15].

Item quod postea anno a nativitate Domini [16] MCCCXIIJ, quinta die maij, apud Avinionem, dictus [17] frater Petrus [18] de Morrono [19], condam Celestinus papa V, per dictum Clementem papam sollempniter extitit [20] canonisatus et sub sancti Petri nomine [21] cathologo aliorum sanctorum confessorum fuit per eum aggregatus, anno [decimo] octavo a suo transitu computando; cujus festum celebrari tunc fuit ordinatum XIIIJ kalendas junii [19 maii], in [22] qua die ad Christum migravit.

Item quod, anno quo supra, in festo Pentecostes [3 junii 1313] venit Nycholaus, tituli Sancti Eusebii presbiter cardinalis, apostolice Sedis legatus, ex parte dicti Clementis pape, in Franciam; a quo Philippus tunc [23] rex Francie, qui tunc tres filios suos et quosdam alios de genere suo cum quadringentis extraneis [24] milites fecerat

1. dictus Clemens de Avinione recessit et apud Viennam venit *(sic)*, *D.* — 2. *omis par D.* — 3. certam, *B.* — 4. novem cardinales, *omis par B, Bal.* — 5. de novo, *omis par D;* et novo de novo *(sic)*, *B.* — 6. Ozo, *B.* — 7. Cartucensem *(sic)*, *B, D; au lieu de* et Caturcensem *Bal. met* diocesis Cartucensis. — 8. fuit papa, *omis par B;* fuit papa Johannes XXII, *texte restitué par Bal.* — 9. Arnaldum, *B, C, D, Bal.* — 10. *omis par B, D, Bal.* — 11. ordinis fratrum Predicatorum... theologia, *passage omis par C.* — 12. Gallicicum, *A.* — 13. Serii *(sic)*, *mss.* — 14. de, *ajouté par B, Bal.* — 15. *omis par Bal.* — 16. *omis par A, C.* — 17. *omis par D, Bal.* — 18. *omis par B, C.* — 19. Moriono, *B;* Morono, *Bal.* — 20. coronatus atque, *ajoutés par B, Bal.* — 21. in, *ajouté par D.* — 22. *omis par B, Bal.* — 23. *omis par D.* — 24. quos, *ajouté par B, Bal.*

de novo[1], apud Parisius, cum magna militia pro faciendo passagium ultramarinum sollempniter, presente fidelium multitudine copiosa, signaculum sancte crucis reverenter et devote[2] una cum rege Anglie[3] ibi tunc presente et rege Navarre, filio suo [4], et duobus aliis filiis et etiam aliis duobus fratribus suscepit.

Item quod postea, anno quo supra, in vigilia beati Gregorii pape [5] [11 martii 1314, n. st.], magister militie Templariorum, cum uno alio magno de suo ordine, Parisius publice de mandato regis Francie extitit combustus, qui tamen cum consilio prelatorum et peritorum [6] ad aliam penitentiam peragendam prius fuerant condempnati. Nam Philippus, rex Francie, cum consilio suo noluit pati quod propter revocationem confessionis sue, quam primo [7] fecerat dictus magister militie Templi et multi alii sui ordinis, evaderent mortem temporalem; nullo tamen super hoc judicio ecclesiastico convocato [8], neque ipso expectato, quamvis tunc apud Parisius duo cardinales, apostolice Sedis legati, essent presentes [9].

Item quod postmodum, anno quo supra, XIJ kalendas aprilis[10] [21 martii 1314, n. st.], quibus fuit festum sancti[11] Benedicti[12] abbatis, dictus papa existens cum[13] curia sua apud castrum de Monteliciis[14], Avinionensis dyocesis, coram se in consistorio publico suas constitutiones Decretalium[15], quas in concilio Viennensi ordinaverat, publicari fecit, que hodie Clementine vocantur; sed[16] postea per eum[17], infirmitate preventus, ad studia generalia transmisse non fuerunt, sed sic publicate tunc remanserunt donec per suum successorem executioni demandate fuerunt.

Item quod ipse Clemens[18] post multos labores, anxietates et tribulationes apud castrum de Ruppemaura super Rodanum, quod est regis Francie, die Veneris, de nocte, in[19] qua intitulabantur[20] XIJ kalendas maij [20 aprilis], ad Christum[21] migravit anno a nativitate Domini MCCCXIIIJ, et apud civitatem Carpentoratensem ultra Rodanum, ubi tenebat curiam suam, et ubi[22] tunc erant[23] cardinales

1. de novo fecerat, *B, Bal.* — 2. et devote, *omis par D.* — 3. devote, *ajouté par D.* — 4. *omis par D.* — 5. in vigilia beati Gregorii pape, *omis par D.* — 6. peritorum et prelatorum, *D.* — 7. prius, *B, Bal.* — 8. nullo modo super hoc ecclesiastico judicio convocato, *D.* — 9. presentes essent, *D.* — 10. augusti, *B, C.* — 11. sancti, *omis par B;* beati, *D.* — 12. *omis par C.* — 13. in, *B.* — 14. *lege* Montiliis, *Bal.* — 15. decretales, *Bal.* — 16. ipse, *ajouté par D.* — 17. per eum, *placés après* generalia *par B, D, Bal.* — 18. papa, *ajouté par D.* — 19. *omis par B, D, Bal.* — 20. intitulabatur, *B, D, Bal.* — 21. in qua... Christum, *passage omis par C.* — 22. ibi, *mss.* — 23. erant tunc, *D.*

sui[1], corpus suum[2] fuit deportatum, et ibi honorifice extitit[3] traditum ecclesiastice sepulture; sed postea apud Vasconiam, juxta ordinationem suam in quadam villula[4], modici valoris, ipsum corpus fuit portatum, et ibi in ecclesia collegiata canonicorum secularium, que vocatur ecclesia Beate Marie de Uzesta[5], Vas[a]tensis dyocesis, cum magno honore extitit sepultum. Qui quidem rexit Ecclesiam octo annis, decem mensibus et quindecim diebus, a die sue creationis computando. Et tunc vacavit Sedes apostolica duobus annis, tribus mensibus, et septem diebus.

Item quod[6], defuncto ipso[7] Clemente, omnes[8] cardinales[9] numero viginti tres, qui erant apud civitatem Carpentoratensem, ubi dictus Clemens suam curiam[10] tenebat, in palatio episcopali ibi[11] secundum juris formam pro[12] conclavi inclusi fuerunt, et pro electione romani pontificis usque ad festum subsequens sancte Marie Magdalene [22 julii 1314] ibi pacifice et quiete interfuerunt. Sed extunc insinutu[13] dyaboli, propter discordias gravissimas que inter familiares dictorum cardinalium exorte fuerunt[14], et que per aliquem de mundo tunc pacificari non poterant[15], ideo[16] dictos cardinales a[17] dicto conclavi oportuit exire[18]. Qui quidem[19] inter se promiserunt et statuerunt quod, pacificatis eorum familiis[20], statim quilibet eorum ad dictum conclave redire deberet. Cumque ipsi exivissent de dicto conclavi, dictas familias[21] pacificare nequiverunt, ymo majores discordie et capitales[22] tam inter se quam inter dictas familias[23] dictorum cardinalium, hoste antiquo procurante, supervenerunt. Quare[24] ipsi cardinales precaventes et dubitantes plura pericula et scandala que supervenire poterant, ad dictum conclave redire noluerunt, ymo ipsi[25] singulariter per civitates et castra, per duos annos et plures[26], dispersi extiterunt[27].

1. *omis par B, Bal.* — 2. suum corpus, *B, Bal.*— 3. *omis par D.*— 4. villa, *B, Bal.;* insula *(sic), D.* — 5. Usesta, *B, Bal.* — 6. *omis par B, Bal.* — 7. isto, *B, Bal.* — 8. *omis par B, Bal.* — 9. *omis par B.* — 10. curiam suam, *D.* — 11. *omis par Bal.* — 12. in, *B, Bal.* — 13. instinctu, *Bal.* — 14. sunt, *Bal.* — 15. poterunt, *C;* potuerunt, *D.* — 16. *omis par D.* — 17. de, *B, Bal.* — 18. recedere, *D.* — 19. *omis par D.* — 20. eorum famulis, *B.* — 21. dictos familiares, *B, Bal.* — 22. inimicitie, *ajouté par B, Bal.* — 23. dictos familiares, *B, Bal.; au lieu de* pacificatis eorum familiis... inter dictos familiares, *D met* pacificatis eorum famulis, statim ipsorum quilibet ad dictum conclave rediret, et cum de dicto conclavi exivissent, et dictas familias pacificare nequirent, majores exinde discordie et capitales tam inter se quam inter familias predictas. — 24. Propter quod, *D.* — 25. *omis par D.* — 26. plus, *B, D, Bal.* — 27. fuerunt, *D.*

Item quod, cum postea pervenisset ad audientiam[1] Philippi, regis Francie[2], tunc comitis[3] Pictavie, statim apud Lugdunum venit. Qui quidem[4] multum caute et gratiose omnes predictos cardinales a[5] se ibi[6] in domo Predicatorum convocavit et cum eis[7] ibi[8] congregatis incepit tractare inter eos concordiam et veram pacem[9] et eis ostendere[10] quanta pericula propter eorum discordias in hoc mundo esse yminebant. Cum autem dicti cardinales post consilium ad villam in domos proprias[11] pro comedendo recedere voluissent[12], et juxta preordinationem[13] dicti Philippi comitis Pictavie ab illo loco exire non potuerunt, ymo ibi[14] inclusi pro tractanda electione romani pontificis futuri remanserunt in vigilia sanctorum[15] Petri et Pauli [28 junii 1316].[16] Tandem ibi[17] papam elegerunt post quadraginta dies, computando a[18] die inclusionis ipsorum, anno Domini a nativitate[19] MCCCXVJ.

1. notitiam, *B*, *D*, *Bal.* — 2. regis Francie Philippi, *D.* — 3. comes, *mss.* — 4. *omis par D.* — 5. ad, *B*, *Bal.* — 6. *omis par B*, *Bal.* — 7. eo *(sic)*, *A.* — 8. ibidem, *C*, *D.* — 9. *au lieu de* cum eis... pacem *B et Bal. mettent* congregavit, et inter eos concordiam et veram pacem tractare incepit. — 10. *au lieu de* incepit... ostendere *C et D mettent* tractare incepit de vera concordia inter ipsos et ostendere. — 11. domibus propriis, *D.* — 12. vellent, *D.* — 13. ordinationem, *B*, *Bal.* — 14. ibidem, *D.* — 15. apostolorum, *ajouté par D.* — 16. Et, *ajouté par B*, *D*, *Bal.* — 17. ipsum, *B*, *Bal.;* ipsi, *D.* — 18. *omis par D.*— 19. a nativitate Domini, *B*, *D*, *Bal.*

PRIMA VITA

JOANNIS XXII

AUCTORE JOANNE

CANONICO SANCTI VICTORIS PARISIENSIS

Cardinales igitur [1] apud Carpentras, ut de pastore providerent Ecclesie, convenerunt [1314]. Sed effusa est contentio super principes, nec poterant concordare. Ytalici talem eligere intendebant qui ad romanam sedem curiam revocaret. Quod cardinales Gascones [2] facere formidabant : quia cum sui de Gasconia Ytalicis multas injurias irrogassent, certi erant quod si in manibus Romanorum inciderent, equipollentiam sustinerent. Fuerunt ergo diu in tali discordia, licet inclusi multa incommoda [sustinerent], quia cibaria eorum subtrahebantur, et domus eorum desuper dissipate. Tandem hec Wascones [3] non ferentes ignem in palatio posuerunt, per quem combusta est pars maxima civitatis. Et sic dispersi cardinales. Et licet secundum statutum in urbe qua moritur papa debeat electio celebrari, tamen Ytalici omnino discordabant, volentes quod electio ad curiam romanam transferretur, et alii alibi. Ideo sunt dispersi.

Eodem anno [1314], mense mayo, fuit quedam iniquitas ex qua regno Francie magnum [4] dedecus provenit. Nam duo milites,

1. *omis par Bal.* — 2. Vascones, *B.* — 3. Vascones hec, *B.* — 4. maximum, *B, E.*

Désignation des manuscrits employés :

A = Bibliothèque nationale de Paris, ms. latin *15011*, fol. 482 r°-494 r°.
B = Bibliothèque nationale de Paris, ms. latin *14626*, fol. 383 v°-395 r°.
C = Bibliothèque nationale de Paris, ms. latin *4949*, fol. 148 v°-152 v°.
E = Bibliothèque de l'Arsenal, ms. *986*, fol. 258 v°-266 v°.

fratres, Philippus et Galterus de Alneto, alter reginam Navarre, filiam ducis Burgundie, alter Blancham, comitisse Attrabatensis filiam, uxorem Karoli, filii junioris regis Francorum[1], in adulterium impregnavit; quod peccatum, licet[2] diu duraverit et latuerit, tamen tunc fuit propalatum. Propter quod dicti milites apud Pontissaram excoriati fuerunt coram populo, et eorum virilia amputata; postea ad caudas equorum distracti, in patibulo sunt suspensi. Due autem misere mulieres dicte, pannis vilibus indute, carceribus deputantur. Fuit etiam ex quadam suspicione Johanna, dicte Blanche soror, uxor Philippi comitis Pictavensis, arrestata; sed nichil potuit probari contra ipsam[3]. Regina autem Navarre[4] peccatum humiliter suum[5] recognovit, dicens se omnia supplicia meruisse; sed Blancha nunquam recognovit. Soror autem sua Johanna apud Dordan[6] fuit diu[7] detenta, nec ibidem consortium viri sui potuit habere. Alie due, per Secanam deducte[8] usque Andeliacum in Gaillardo[9] opido, diversis carceribus sunt seorsum mancipate. Sed regina continue flebat et plangebat non confusionem suam, sed peccatum suum, et hoc specialius quia alie domine nobiles suspicioni de cetero subjacerent.

Hoc anno etiam[10] rex Anglie et Scoti conflictum durissimum habuerunt in crastino sancti Johannis Baptiste [25 junii 1314] in quo Anglici sunt[11] turpiter devicti et paucis remanentibus interfecti. Rex etiam[12] fuit in periculo mortis, nisi per quemdam militem Francorum fuisset a periculo liberatus[13]; et fugerunt pariter peditando.

Hoc anno etiam [1314] Flamingi Insulam obsederunt. Contra quos rex exercitum congregavit et ordinavit sic eos per terram et per mare concludere, quod evadere non possent. Unde in villis adjacentibus, Duaco, Tornaco et Sancto Odomaro[14], munitiones posuit, unum[15] de fratribus et filiis preponendo; quod Flamingi videntes, tarde de sua stultitia[16] penitentes, ceperunt quomodo evaderent cogitare. Enjorannus autem tunc cepit tractare de[17] concordia, nunc ad Flamingos, nunc[18] ad Gallicos recurrendo; qui

1. Francie, *E.* — 2. *au lieu de* quod peccatum, licet *B met* licet peccatum. — 3. contra ipsam probari potuit, *B.* — 4. Navarre autem, *B.* — 5. suum humiliter, *B, E.* — 6. Dourdan, *E.* — 7. *omis par B.* — 8. deducte per Secanam, *B.* — 9. Gailardo, *A, C;* Galardo, *E.* — 10. Hoc autem anno, *B.* — 11. *omis par E.* — 12. autem, *E.* — 13. nisi fuisset per quemdam militem Francorum omnino liberatus a periculo, *B.* — 14. Audomaro, *E.* — 15. unde, *mss.* — 16. stultitia sua, *E.* — 17. pace et, *ajoutés par B.* — 18. tunc, *C.*

regem ita occupaverat [1] quod nichil negare poterat quod peti[i]sset [2]. Unde multi estimaverunt quod arte magica uteretur. Recepta igitur a Flamingis maxima pecunie quantitate[3], scilicet ducentis milibus librarum, liberationem eorum procuravit, et regem et exercitum revocavit, dans intelligere quod Flamingi fortalicia sua destruerent, et solverent expensas regis que hactenus in guerra erant facte, et quod venirent Parisius ad pacta omnia confirmanda : de quibus nichil penitus factum fuit. Flamingi tamen [4], hoc facto, plures quadrigas, pannis onustas, Enjoranno apud Escoias transmiserunt : unde a multis proditor dicebatur; sed nullus publice audebat [5] de hoc loqui nec regi aliquid intimare; nec aliquis regi poterat loqui nisi Enjorannus [6] aditum sibi daret. Mense novembri [1314], rex infirmatus est et [7] apud Pontissaram per dies aliquot [8] requievit; sed credens quod in Fonte Bliaudi, ubi natus fuerat, citius curaretur, fecit se ibidem transvehi in lectica, et post paucos dies in Domino requievit, vocatis [9] prius ad se tribus suis [10] filiis et duobus fratribus, rogans primogenitum Ludovicum, qui primum [11] erat regnaturus, ut vellet anime patris misereri. *Ego enim, fili, malo usus consilio, ut nunc agnosco, multos gravavi injuste talliis et extorsionibus, et frequenti mutatione insolita monetarum. Propter que, corda fere omnium contra me* [12] *excitavi, et timeo ne propter maledictiones pauperum afflictorum Dominus me affligat. Rogo ergo te* [13], *fili, ut supportes et suscipias* [14] *onus meum et forefacta mea quantum poteris, emendando et votum crucis, quod habeo, persolvendo.* Quo cum lacrimis promittente, rogavit filios ut mutuo se amarent [15] et fratres ut foverent filios et eos dirigerent in agendis et osculans eos incepit dicere : *In te, Domine, speravi* [16]. Cumque venisset ad illud : *In manus tuas* [17] *commendo spiritum meum*, emisit eum, receptis prius omnibus ecclesiasticis sacramentis. Et sepultum est corpus ejus apud Sanctum Dyonisium, et cor apud Poissiacum in monasterio dominarum, quod fundaverat in honore sancti Ludovici confessoris.

Ludovicus igitur cum fratribus [18] et avunculis, et multis Francorum baronibus ad nemus se transtulit Vicenarum, volens scire

1. occupaverant, *B.* — 2. quod petiisset, *omis par B.* — 3. pecunia *au lieu de* pecunie quantitate, *E.* — 4. autem, *E.* — 5. audebat publice, *B.* — 6. viam sive, *ajoutés par B.* — 7. *omis par E.* — 8. aliquos, *B.* — 9. que, *ajouté par E.* — 10. suis tribus, *B.* — 11. prius, *E.* — 12. corda fere contra me omnium, *C.* — 13. te ergo, *B.* — 14. sustineas, *E.* — 15. diligerent, *E.* — 16. non confundar, etc., *ajoutés par E.* — 17. Domine, *ajouté par E.* — 18. suis, *ajouté par B, E.*

in [1] eorum presentia statum regni. Et convocatis thesaurariis et receptoribus voluit quod de receptis et misiis [2] conputarent. Enjorannus omnes thesaurarios et officiales [3] in curia regis posuerat, qui omnia ad libitum ejus faciebant. Unde in compotis suis tam turpiter defecerunt quod in thesauro nichil inventum est [4], non aurum, non argentum, nec lapides preciosi. Tunc rex offensus ait : *Ubi sunt decime que collecte sunt tempore patris mei? ubi collecte? ubi decime? ubi centesime et quinquagesime tot levate? ubi valor mutatarum totiens monetarum? Pro constanti volo de hiis inquirere* [5] *veritatem.* Tunc dominus Karolus [6], comes Valesii [7], dixit ei : *Kare nepos, vide unde sunt facta tanta palatia, et unde tot aurea et argentea vasa exierunt*; [8] *in hiis est positus thesaurus patris tui.* Rex igitur, vocato Enjoranno, cepit ab eo exigere veritatem, qui celare non potuit quin a Flamingis receperit magnam summam. *Sed hoc*, inquit, *feci ut amplius hostes gravarentur. Cetera omnia facta sunt de patris vestri voluntate* [9]. Rex hoc audiens, mirabiliter fuit indignatus. Quod perpendens dominus [10] Karolus constanter dixit coram rege : *Nepos, nos omnes sumus* [11] *confusi per unum hominem pessimum, qui est inter nos diu conversatus, per cujus maleficia sumus omnes ab omnibus maledicti. Iste fecit* [12] *extorsiones et, recepta pecunia, treugas Flamingorum in confusionem regni pluries impetravit : propter que pater tuus in tantam devenit tristitiam quod mortuus est ante tempus. Iste Enjorannus causa est procul dubio mortis ejus* [13]. *Et hoc sum paratus probare quod ipse* [14] *est fur et proditor regni tui ; et, nisi eum statim capi feceris, juro Deum quod nec ad curiam tuam nec ad consilium tuum de cetero comparebo.* Super quo doluit rex; sed avunculo nolens [15] adversari, statim fecit eum capi per [16] famulos assistentes. Qui statim voluit respondere; sed sibi non est audientia data [17]. Igitur, feria tertia ante ramos Palmarum [11 martii 1315], apud Luparam, Parisius est detentus. Feria quinta [13 martii] post, positus est in carcere [18] apud Templum. Sequenti sabbato [15 martii], fuit ductus ad regem in nemore [19]. Quem secutus est populus infinitus; et multi vituperia ei [20] inclamabant : *Vade*, inquiunt, *proditor pessime! Reddat tibi*

1. et, *C.* — 2. expositis, *E.* — 3. regis, *ajouté par B.* — 4. est inventum, *B.* — 5. inquirere de hiis, *B.* — 6. *placé après* Valesii *par E.* — 7. Valeij, *B.* — 8. unde, *ajouté par B.* — 9. voluntate patris vestri, *B.* — 10. perpendens dominum, *A, C.* — 11. sumus omnes, *B.* — 12. tot, *ajouté par B.* — 13. ejus mortis, *B.* — 14. *omis par C.* — 15. noluit, *E.* — 16. apparitores, *ajouté par E.* — 17. data audientia, *B.* — 18. carcerem, *E.* — 19. nemus, *E.* — 20. inferebant et clamabant, *B.*

Deus mala que pauperibus intulisti! Per te sumus bonis omnibus spoliati. Per te sunt extorsiones facte, et monete totiens inmutate. Per te confusum est totum regnum. Cum ergo coram rege esset et baronibus constitutus, quidam eloquens advocatus contra eum [1] XXXVIIJ casus proposuit, qui omnes proditionem vel furtum vel perjurium sapiebant. Fuit enim contra eum propositum quod manifeste et pluries venerat contra proprium juramentum, [2] quod proditiose steterat pro Flamingis, et quod pecunias [3] receperat ab eis contra regnum [4], quod extorsiones a multis habuerat et a quibus. Omnia per advocatum, scilicet magistrum Johannem de Aneriis [5], sunt proposita sigillatim : de quibus ipse Enjorannus copiam postulavit; sed ei fuit denegata, quia de facto proprio debebat respondere. Tunc ipse optulit se pugnaturum contra quemcumque, exceptis illis de genere regio, qui vellet dicere quod ipse proditionem vel [6] furtum vel perjurium incurrisset. Sed dictum est ei quod per [7] hanc viam evadere non poterat; sed quod vellet negaret vel concederet de predictis, et ea que negaret statim in facie [8] probarentur. Tunc dixit quod super hiis cogitaret. Semper tamen dicebat quod sibi fiebat injuria manifesta; et sic iterum ad Templum cum vituperio est reductus.

Hoc anno [mense aprilis 1315] satis cito mortua est regina Navarre cum devotione maxima et in Vernone [9] in domo fratrum Minorum tradita [sepulture]. Que modicum ante mortem confessori suo quamdam clausam litteram dicitur tradidisse, habito juramento vel promissione ab ipso quod in manu regis eam daret : quod factum est; sed tenorem ejus soli secretarii cognoverunt. Dicitur tamen [10] quod illud multum aggravavit negotium Enjoranni. Tractabatur autem de ejus bannitione; sed hoc aliud maleficium impedivit. Inventum est enim quod uxor ejus et soror fecerant quasdam ymagines cereas, demoni consecratas, per quas volebant [11] inferre regi et regalibus nocumentum [12] : unde propter hoc incarcerate fuerunt. Que factum negare non valentes, in hoc se voluerunt excusare quod ad hoc eas fecerant ut ad viri amorem domini Karoli animum inclinarent. Cum autem hoc ad Enjoranni notitiam [13] devenisset, cepit amplius solito modo [14] desperare. Et dicunt quidam

1. contra eum advocatus, *E.* — 2. et, *ajouté par B.* — 3. pecuniam, *B.* — 4. regem et, *B.* — 5. dictum de Hanniere, *E.* — 6. *omis par E.* — 7. *omis par E.* — 8. ejus, *ajouté par B.* — 9. in Vernone, *omis par B.* — 10. enim, *B.* — 11. volebat *(sic)*, *E.* — 12. nocumentum et regalibus, *B.* — 13. notitiam Enjoranni, *B.* — 14. *omis par A, C, E.*

(quod tamen non assero [1]) quod ad se suum [2] privatum demonem advocavit, petens ab eo utrumne ipsum amplius [3] custodiret, vel eum mortem recipere oporteret. Qui dicitur respondisse : *Tibi dixeram diu ante quod, quando Ecclesia papa careret, et regnum Francie rege et regina, et Imperium imperatore, quod tunc esset tibi vite terminus constitutus. Et hec vides* [4] *adimpleta. Ille enim, quem tu* [5] *regem Francie reputas* [6], *non est unctus adhuc nec coronatus* [7], *et ante hoc non debet rex nominari.* Quo audito, cepit totaliter desperare. Fratres autem ejus, archiepiscopus Senonensis et episcopus Belvacensis, dolentes ceperunt laborare quomodo posset evadere salva vita. Unde Belvacensis episcopus humiliter regi supplicavit quod fratrem suum ultra mare mitteret, inde nunquam [8] in Franciam reversurum. Sed noluit dominus Karolus hoc consentire, dicens quod plurimos adversarios habebant [9] ultra mare, quos intendebant[10] minime augere.[11] Dominica igitur ante Ascensionem [27 aprilis 1315], ad instantiam domini Karoli et comitisse Attrabatensis et comitis de Armigniaco et multorum ei adversantium magnatorum, rex manum suam amovit ab Enjoranno, et preposito Parisiensi traditur tanquam fur et regni proditor condempnandus. Ductus ergo fuit ad Castelletum, ubi fuit feria secunda et tertia Rogationum; et in quarta feria, que fuit vigilia Ascensionis et ultima dies [30] aprilis, ligatus in carriga [12], cum cucufa alba et cicino plicato, in tunica et caligis coloratis, cum maximo concursu populi congaudentis ad patibulum est deductus, asserens se per invidiam judicatum et omnia que sibi imponebantur de precepto regis mortui facta. Sic enim semper evadere se[13] putabat; sed parum sibi profuit, nam illico est suspensus. Thesaurarii autem Michael de Bourdenay et Gaufridus de Bryansone et alii tenebantur. Postquam autem corpus [14] Enjoranni steterat in patibulo satis diu, venerunt fures nocte et deposuerunt illud, et tunica et caligis exuentes, et cadaver nudum sub patibulo relinquentes. Sed postea in vigilia sancti Johannis Baptiste [23 junii 1315], indutum [15] rotundo collobio (gallice *cloche*) iterum est suspensum [16].

Hoc anno [1315], tempus adeo fuit pluviosum [17] quod blada,

1. tamen hoc scribo, *ajoutés par B.* — 2. ipsum, *E.* — 3. *omis par C, E.* — 4. videns, *C.* — 5. tamen, *E.* — 6. vocas, *E.* — 7. nec coronatus adhuc, *E.* — 8. *omis par B.* — 9. habebat, *B.* — 10. intendebat, *C.* — 11. Die, *ajouté par E.* — 12. carruca, *E.* — 13. *omis par B.* — 14. ejus, *ajouté par B.* — 15. indutus, *A, C, E.* — 16. suspensus, *A, C, E.* — 17. adeo fuit tempus pluviosum, *B.*

fena et vinee pericrunt. Per totum fere mayum, junium, julium et augustum pluvia non cessavit. Unde collegia religiosa et secularia cum prelatis, nudis pedibus, ad [1] sanctos plures faciebant processiones; sed, peccatis hominum exigentibus, tarde Deus eos [2] exaudivit [3].

Hoc etiam anno [4] [1315], rex novus misit nuntios solempnes ad regem Sicilie ut sibi mitteret Clementiam, neptem suam, filiam regis Ungarie, fratris sui, proponens eam accipere in uxorem : quam dum diutius expectaret, juvenili ardore accensus, frena incontinentie laxavit. Largus erat et prodigus et admodum puerilis, licet a patre super hoc fuisset pluries, dum viveret, castigatus. Dicta autem Clementia, per mare veniens, passa est naufragium ut vix ipsa et sui maris [5] periculum evitarent [6]. Multis autem jocalibus perditis pretiosis, tandem in Franciam est adducta [7]. Rex autem tunc [8] versus Remis [9], ubi debebat coronam regni recipere in Assumptione sancte Marie, festinabat. Et dum esset in quodam manerio prope [10] Trecas, quod dicitur Sanctus Letus, duxit dictam Clementiam in uxorem, nec curavit quod pro hoc magnus fieret solempnitatis apparatus. Remis autem [11] coronatus versus Flandriam properavit cum exercitu magno et regni sui baronibus, qui sponte ad ejus rogatum cum apparatu [12] congruo convenerunt. Pacificaverat enim omnes, dum esset apud nemus Vicenarum, promiseratque quod subditos in pace regeret sine extorsionibus et gravaminibus, sicut sanctus fecerat [13] Ludovicus.

Flamingi [14] autem [1315] [15] Insulam villam obsederant [16], et in Marqueta abbatia monialium residebant; sed adventum regis scientes, protinus recesserunt. Quos rex de loco in locum insequens, attingere non potuit; sed recepti sunt in Cultraco. Contra quod [17] rex obsidionem posuit inconsulte, quia pluvie continue inundabant et locus totaliter est lutosus; et cum hoc tanta erat per totum regnum caristia rerum quod in exercitu victualia [18] non poterant inveniri. Cum igitur exercitus in luto gravaretur et pluvie non ces-

1. et, *C.* — 2. nos, *C.* — 3. Eodem anno, mense mayo (*p. 107*)...eos exaudivit, *les six paragraphes précédents ont été omis par Baluze.* — 4. *au lieu de* Hoc etiam anno *Bal. met* Anno MCCCXV. — 5. *omis par B.* — 6. evaserunt, *B.* — 7. advecta, *Bal.;* deducta, *E.* — 8. *omis par E.* — 9. erat, *ajouté par E.* — 10. juxta, *B.* — 11. *omis par E.* — 12. magno et, *ajoutés par B.* — 13. feccrat sanctus, *B.* — 14. Cum Flamingi, *E.* — 15. in, *ajouté par B.* — 16. obsiderent, *E.* — 17. quos, *E.* — 18. tanta erat caristia per totum regnum de victualibus quod victualia pro exercitu, *B.*

sarent, nec unde viverent tunc habebant, de loco illo [1] recedere sunt coacti; sed cum vituperio recesserunt, quia de nocte ignem in tentoriis posuerunt quia ea portare non poterant, nec volebant quod hostes inde commodum reportarent. Currus eorum et quadrige in luto remanserunt, quia non poterant inde trahi. Multa etiam superlex vestium et armorum fuit a recedentibus ibidem [2] derelicta. Sicque inefficaces ad propria sunt reversi. Rex [3] igitur [4] in Franciam rediens, audivit multas querimonias [5]; nam officiales sui [6] per regnum multas injurias subditis irrogabant; contra quos misit in diversis partibus inquestores. Unde plures, inventi culpabiles, sunt suspensi.

Eodem anno [1315] tam valida fames fuit quod pauperes moriebantur medias [7] per plateas. De Wasconia tamen vina et victualia afferebantur : quod fuit Francie in succursum. Flamingi igitur ceperunt per mare discurrere Bajonensibus colligati; qui multa dampna Anglicis intulerunt eis [8] vina et blada aufferentes, et Anglicos multos [9] occiderunt. Super quo rex Anglorum [10] Edwardus misit ad regem Francorum [11]. Et ambo portus marinos munierunt ne Flamingis daretur oportunitas evagandi; et per hec Flamingi, in mari devicti, naves [12] cum bonis multis et hominibus perdiderunt. Illo anno fuerunt multa prelia hinc et inde [13].

Eodem anno [14] [1315] misit rex fratrem suum comitem Pictavensem ad congregandum, si posset fieri, cardinales et ad tractandum de loco in quo posset pape electio celebrari.

Anno isto [1316] parlamentum rex [15] in Pontisara congregavit, in quo fuit [16] Robertus comes Flandrensis, ut de ejus concordia tractaretur. Tunc Flamingi promiserunt quod totam regis facerent voluntatem, excusantes se de malis que Gallicis fieri dicebantur, asserentes quod malefactores pirate erant, nec illa mala de eorum voluntate fecerant.

Dum hec in Francia agerentur, Ludovicus, dicti comitis filius [17] qui fugerat in Flandriam, ut supra [18] dictum est, multis vocatis

1. *omis par A, C, E.* — 2. *omis par A.* — 3. vestium et armorum... Rex, *passage omis par C.* — 4. autem, *B.* — 5. multas querimonias audivit, *B.* — 6. regni, *ajouté par B, E.* — 7. *corrigé en* inedia *par une main postérieure.* — 8. *omis par B.* — 9. multos Anglicos, *B.* — 10. *omis par B;* Anglie, *E.* — 11. Francie, *E.* — 12. et, *ajouté par A, C.* — 13. Flamingi autem... hinc inde, *les deux paragraphes ont été omis par Bal.* — 14. *au lieu de* Eodem anno *Bal. met* Anno MCCCXVI. — 15. rex parlamentum, *B.* — 16. *omis par B.* — 17. *omis par B.* — 18. *omis par B.*

complicibus, patrem de comitatu voluit exturbare[1], dicens multis et rogans quod, cum pater esset in Francia volens se submittere regie[2] potestati, et sic sub Francorum dominio dure[3], sicut prius, tractarentur et cum vituperio, placeret eis tanquam domino vero obedire, promittensque[4] quod eos contra regem Francorum[5] viriliter defensaret; sed illi acquiescere noluerunt. Pater igitur cum suis a rege recessit, sub spe quod ea que[6] ore promiserat duceret ad effectum. Cui extitit dictum quod amplius in[7] Franciam non veniret, nisi quod promiserat confirmaret.

Anno eodem [1316], Bajonenses invaserunt Normannos in mari et eis dampna plurima[8] intulerunt. Sed et ipsi a Normannis plures injurias receperunt.

Cum autem[9] illo anno [1316] esset maxima caristia, inventum est quod pistores panis in pane[10] multas inmunditias posuerunt[11], feces vini, stercora porcorum : que et alia plura famelici homines comedebant; et sic panifici[12] pauperum pecunias emungebant. Cognita ergo veritate, posite sunt rote in campellis[13] Parisius sexdecim super palos, et super eas singuli tales panifici[14] constituti, tenentes manibus elevatis panum frusta[15] taliter corruptorum. Postea sunt de Francia banniti[16].

Hoc tempore [1316] comes Pictavensis venerat Lugdunum, ubi congregaverat hoc pacto cardinales quod nulla eis violentia inferretur nec cogerentur, ad eligendum, carcerem introire. Sed, dum hec agerentur, circa Pentecosten, rex, frater suus, valde gravem egritudinem incurrit in nemore Vincenarum, hoc modo, ut refertur. Cum, sicut[17] puer, ad jactum[18] pile diu laborasset admodumque fuisset calefactus, indiscrete sequens sensibilem appetitum, in quamdam frigidissimam caveam est adductus[19], et sine mensura bibit[20] vinum; frigus[21] eum[22] usque ad viscera penetravit, et statim decumbens in lecto obiit in vigilia Trinitatis [5 junii 1316]; et ita vix per triennium miles fuit. Sepultus est igitur cum[23] corona duplici Francie et Navarre apud Sanctum Dyonisium in Francia, juxta patrem. Remansit autem regina vidua impregnata. Comes

1. extirpare, *E.* — 2. voluntati et, *ajoutés par B.* — 3. redire, *C.* — 4. que, *omis par B.* — 5. Francie, *E.* — 6. *omis par A*, *C.* — 7. *omis par E.* — 8. plurima dampna, *E.* — 9. igitur, *C.* — 10. panes, *B.* — 11. *omis par B.* — 12. panifices, *E.* — 13. capellis, *B.* — 14. panifices, *E.* — 15. frustra, *A*, *B*, *C.* — 16. Anno isto parlamentum... banniti, *les quatre paragraphes précédents sont omis par Bal.* — 17. sic, *B.* — 18. ictum, *B;* jectum, *C.* — 19. deductus, *E.* — 20. bibens, *A*, *C*, *E*, *Bal.* — 21. et sine bibit vinum frigidum et sic frigus, *B.* — 22. *omis par E.* — 23. in. *E.*

autem Pictavensis, audiens mortem fratris, admodum fuit stupefactus. Non enim utile videbatur [1] ultra contrahere [2] moram in Lugduno, nec electionis pape negotium dimittere imperfectum. Consilio igitur habito, judicatum extitit per prudentes quod de non includendis cardinalibus erat illicitum quod fecerat juramentum, et ideo non servandum. Tunc eos omnes in domo Predicatorum ad colloquium convocavit. Quibus dixit quod inde non recederent donec de papa Ecclesie providissent [3]. Positis ergo custodibus qui eos exire non permitterent, ipse in Franciam est reversus. Tunc regina apud nemus erat desolata. Sed dominus Karolus, comes Valesii [4], erat ei in solatium, promittens quod eam et fructum suum fideliter conservaret. Veniens autem comes Pictavensis habuit consilium quod tanquam regem se gereret et in possessionem [5] regni se poneret, donec per barones esset aliud ordinatum. Venit ergo Parisius, et posuit se in regali palatio, et fecit claudi omnia hostia preter unum. Regina autem Clementia se pregnantem [6] ei certitudinaliter nuntiavit. Convocatis itaque baronibus regni sic fuit finaliter ordinatum quod comes Pictavensis esset regni Francie gubernator, et omnes proventus reciperet, et regine necessaria ministraret; et si masculum pareret, comes regni gardiam usque [ad] annos XXIIIJ retineret, et bella et misias alias ministraret, et regine viginti milia librarum redditus [7] assignaret, de quibus quatuor milia hereditarie possideret; in anno autem vicesimo quinto, regnum puero, tamquam vero heredi, libere resignaret, et ei tamquam domino obediret; si autem femina oriretur, comes ex tunc pro rege ab omnibus [8] haberetur, et puelle, prout jus et consuetudo requireret, provideret. Quo [9] promisso, tamquam gubernatori fecerunt ei homagium principes et barones, excepto duce Burgundie, qui neptem filiam sororis sue, regine Navarre, quam rex Ludovicus, dum viveret, pro filia legitima recognovit, voluit habere penes se, ne fraus aliqua fieret contra eam : que ad nutriendum sibi tradita fuit.

Eodem anno cardinales ad concordiam pervenerunt et in sabbato festum [10] sancti Laurentii precedente [7 augusti 1316] dominum Jacobum, de Portu cardinalem, quondam Avinionensem episco-

1. sibi, *ajouté par B.*— 2. ulterius trahere, *Bal.*— 3. providerent, *B.*— 4. Valeii, *B.* — 5. possessione, *Bal.* — 6. asserens et hoc, *ajoutés par B.* — 7. in anno, *ajoutés par B.* — 8. ab omnibus pro rege, *B.* — 9. pacto et, *ajoutés par Bal.* — 10. festi, *E.*

pum, in summum pontificem elegerunt, virum non multum magnum in statura, sed in scientia magnum, et habentem testimonium bone vite. Johannes XXIJ nominatus, hic post coronationem suam et moram aliquantulam [1] in Lugduno, transtulit apud Avinionem sedem suam.

Tunc papa [2] fratres Minores, qui scisma habebant inter se, voluit ad concordiam revocare; citatique sunt [1317] ad curiam fratres qui se a communitate separaverant et conventum Biterrensem et Narbonensem occupabant, ut supra dictum est. Qui venientes ductorem habuerunt [3] fratrem Bernardum de Montepessulano. Qui dum [4] pro dictis fratribus spiritualibus allegaret, per dominum papam et etiam [5] per duos cardinales arrestatus est et [6] traditus Camerario [7] carceri mancipandus. Quod scientes regales procuraverunt quod fuit traditus dominis Appamiensi [8] et Sancti Papuli [9] episcopis, examinandus super hiis et super proditione contra regem attemptata, scilicet quod Ferrandus, filius regis Majoricarum, ad ejus procurationem, reciperetur dominus in Albia et Cordua et etiam [10] Carcassone. Que omnia vera sunt inventa tam per confessionem ejus quam per testes. Ideo fuit degradatus, et carceri in pane et aqua et vinculis ferreis condempnatus. Permansitque in dicto carcere Carcassone in custodia inquisitoris ordinis Predicatorum, quos fuerat persecutus, ut dicitur, et sic obiit anno [MCCC]XVIIIJ [1320, n. st.] sequenti [11]. Dominus papa dictos fratres remisit ad prelatos communitatis ordinis memorati [12], et quedam contenta in dicta regula declaravit. Quidam vero illorum noluerunt in hoc summo pontifici obedire, dicentes quod papa dictas declarationes facere non poterat, tamquam hereticus et vite evangelice dissipator : quorum quatuor per inquisitores ordinis [13] Minorum in Aquensi provincia traditi sunt justitie seculari, et apud Massiliam sunt combusti [1318]. Quidam vero ex ipsis fuge presidio se dederunt.

Eodem tempore heresis illa in tantum invaluit in provincia Narbonensi quod multi tam Minores quam Begardi, de tertio ordine sancti Francisci, publice asserebant dominum papam et omnes [14]

1. morem aliquantulum, *E.* — 2. inter, *ajouté par les mss.* — 3. habentes, *B.* — 4. *omis par E.* — 5. *omis par E.* — 6. etiam, *ajouté par B.* — 7. Cameraco *(sic)*, *C.* — 8. Appanensibus, *A*, *B*, *E.* — 9. Pauli, *A*, *B*, *E.* — 10. in, *ajouté par Bal.;* etiam, *omis par B.* — 11. anno [MCCC]XVIIIJ sequenti, *mots rattachés par Baluze à la phrase suivante.* — 12. predicti, *E.* — 13. fratrum, *ajouté par B.* — 14. *omis par B.*

ei obedientes hereticos esse et de secta Antichristi, non de Ecclesia Christi, sed de sinagoga sathane, pertinentes ad meretricem magnam Babilonem per Dominum reprobatam, et in illis solis Christi Ecclesiam remanere qui vitam Christi pauperem et humilem observabant. Dicebant papam misticum Antichristum et [1] precursorem veri Antichristi. Et pro isto errore tuendo multi permiserunt se comburi, et multi ad ignem ultronei se offerebant, vocantes jam combustos martyres gloriosos. Habuit autem ortum hec heresis ex doctrina cujusdam fratris minoris [2] qui Petrus Johannis, Biterrensis [3] dyocesis, dicebatur [4], qui quamdam postillam [composuit] super Apocalypsim, in qua per octo magistros in theologia plus quam sexaginta hereticales articuli sunt inventi. Fuit autem dicta heresis multum periculosa et multorum simplicium infectiva propter illorum simulatam [5] sanctitatem in [6] verbis, victu et vestitu. Sed per diligentiam prelatorum et [7] inquisitorum in illis partibus dicta [heresis] est extincta.

Hoc tempore [1316] Flamingi in tanta angustia erant quod nec per terram nec per mare poterant eis victualia [8] deportari. Unde communis erat opinio, dum tamen passus fideliter servarentur, [quod] sine omni bello ipsi [9] infra breve tempus tabe et inedia defecissent. Mittentes autem Pontisaram nuncios solempnes ad regales, quedam occulta consilia tractaverunt, multa que non intendebant facere promittentes, sicut eventus postea comprobavit. Fuit autem publice divulgatum quod quedam matrimonia tractabantur ut filius comitis Nivernensis Ludovici contraheret cum filia comitis Ebroicensis,* domini Ludovici, et quod comes Flandrie ei dimitteret dominium comitatus, retento dum viveret usufructu; et sic, si [10] comes Nivernensis decederet ante patrem, puer non posset amittere comitatum. Et sub hac spe delusi regales, treugas Flamingis concesserunt. Et comes Nivernensis, qui tot mala regno intulerat, in regalium [11] gratiam est receptus, et sui sibi redditi comitatus. Tunc Flamingi per mare et per terram libere sibi de victualibus providentes, infra [12] tempus breve melius forum habebant de pane et vino quam in Francia haberetur. Et satis cito post Bajonenses confederati sunt [cum] Flamingis [13]; et in mari facientes

1. ac, *C, E, Bal.* — 2. minoris fratris, *mss.* — 3. Byturicensis *(sic)*, *B.* — 4. dicebantur, *C.* — 5. simulatam illorum, *B.* — 6. et, *C.* — 7. *omis par E.* — 8. victualia poterant eis, *E.* — 9. *omis par E.* — 10. ei, *C.* — 11. regalem, *Bal.* — 12. intra, *Bal.*— 13. cum Flamingis, *omis par E;* Bajonensibus confederati sunt Flamingi, *B, C.*

impetum contra Gallicos, quatuor de navibus eorum combuxerunt [1].

Regina autem [2] Clementia incidit in quartanam, qua [3] longo tempore laboravit; et tenello fetui in ejus utero nocuit egritudo. Peperit igitur [4] circa festum sancti Martini [15 novembris 1316] puerum masculum, qui Johannes in baptismate vocatus est [5], sed modico tempore supervixit. Post cujus mortem comes Pictavensis regnum obtinuit. Sed dux Burgundie contradixit. Dicebat enim quod neptis sua, tamquam regis filia et [6] fratre suo defuncto propinquior, debebat succedere ipso jure. Cui in oppositum dicebatur quod in regno Francie mulieres [7] succedere non debebant. Hoc tamen probari non poterat evidenter. Et ideo dux et mater ejus ducissa ad diversos barones litteras transmittebant rogantes quod coronationi dicti comitis minime consentirent. Ipse tamen comes, armata manu, in festo Epiphanie [6 januarii 1317], Remis veniens, civitatis [8] portis firmiter obseratis, fecit se ab archiepiscopo consecrari et coronari. Comes autem Valesii noluit presens esse. Frater etiam [9] ejus Karolus [10], comes Marchie [11], in [12] mane de urbe recesserat indignatus. Rex igitur novus, Parisius veniens, a civibus receptus est cum honore.

Hoc anno [1316], in septembris XJ die [13], fuit in Francia terremotus per spatium centum et amplius leucarum [14].

Hoc anno [15] [1317] tractatus est habitus cum Flamingis. Et comes Valesii, malens filiam suam fieri Flandrie comitissam quam fratris sui filiam, comitis scilicet Ebroicensis [16], tractavit quomodo illud matrimonium mutaretur; et ad tantum negotium est deductum quod jam dies nuptiarum erat assignata et necessaria jam parata, quando mandavit novus rex totum differri, quia una de filiabus suis debebat cum dicto [17] filio maritari. Cum ergo rex ageret de concordia cum Flamingis, in omnibus pactionibus non poterant convenire. Propter hoc ordinatum fuit quod ad papam recurreretur pro punctis [18] super quibus erat dissensio concordandis. Unde ex utraque parte nuncii dimissi sunt solempnes. Et cum

1. combusserunt, *Bal.*, *E.* — 2. *omis par Bal.* — 3. quartana que, *B.* — 4. autem, *E.*— 5. Johannes baptizatus est, *E.* — 6. ex, *Bal.*— 7. debebat succedere ipso jure. Cui oppositum dicebatur quod in regno Francie mulieres, *passage omis par C.* — 8. *omis par B.* — 9. autem, *Bal.* — 10. *omis par E.* — 11. Marcisie, *A*, *B*, *C.* — 12. de, *E.* — 13. Hoc in undecima die septembris, *B.* — 14. Hoc anno... leucarum, *paragraphe omis par Bal.* — 15. Anno MCCCXVIJ, *Bal.* — 16. Eboracensis *(sic)*, *B.* — 17. ipso predicto, *B.* — 18. pactis, *B.*

papa vellet eos super omnibus concordare, dixerunt nuncii Flamingorum[1] quod mandatum non habebant aliquid confirmandi, sed suis referrent omnia, si vellent quod ordinatum fuerat approbare. Tunc papa misit in Franciam archiepiscopum Bituricensem et magistrum ordinis Predicatorum, qui partibus auditis concordiam confirmarent. Flamingi igitur querentes occasiones frivolas discordandi, dicebant quod libentissime consentirent, dummodo daretur eis firma securitas quod regales non infringerent factam pacem[2]. Et dum rex hoc annueret, tamen recipere noluerunt. Et ita nuncii pape, infecto negotio, redierunt.

Habuerunt autem parlamentum [1316] rex Francie et dux Burgundie discordantes, et amicis etiam[3] intervenientibus ad concordiam sunt adducti. Rex autem filium non habebat, quia unicus, quem de uxore habuerat, cum esset in Burgundia[4] pro cardinalibus congregandis, obierat paulo ante. Habebat autem plures filias, quarum majorem[5] natu dedit duci Burgundie in uxorem.

Et cum guerra de Flandrensibus[6] timeretur, fuerunt usque ad Pasca sequens[7] treuge ordinate; que postea usque ad Pentheco-sten prolongate[8], tandem usque[9] ad Pasca futurum in antea protenduntur.

Postquam Enjorannus predictus fuisset in[10] patibulo longo tempore, amici ejus a rege impetrarunt[11] quod eum [deponerent]; permisit rex, nescio cujus consilio circumventus. Et noctu sublatus, portatus est ad fratres Cartusie de Valleviridi et ante altare, in c[h]ori medio, sepultus est; et sub eodem lapide, satis cito post, frater suus, archiepiscopus Senonensis, voluit sepeliri : qui etiam hoc dicitur procurasse[12].

Cum papa Clemens in concilio Viennensi aliqua suspensa reliquisset[13] donec ad futura concilia generalia[14] sub bulla mitterentur, sperans, ut credo, quod ad limam iterum devenirent, Johannes XXIJ papa hoc anno [1317] sub bulla publicari [fecit]. Pro quo Beguine[15] specialiter sunt turbate, quoniam sine omni distinctione status beguinagii[16] condempnatur.

1. Flamingorum nuncii, *B.* — 2. pacem factam, *Bal.* — 3. *omis par Bal.;* et, *A, C.* — 4. Burdegalia *(sic)*, *E.* — 5. minorem, *C.* — 6. *au lieu de* de Flandrensibus *E met* Flamingis. — 7. sequentes *(sic)*, *C.* — 8. sunt, *ajouté par E.* — 9. *omis par Bal.* — 10. *omis par C.* — 11. impetraverunt, *B, C, E.* — 12. Postquam Enjorannus... procurasse, *paragraphe omis par Bal.* — 13. relinquisset, *B.* — 14. *lisez avec Baluze* studia generalia *au lieu de* futura concilia generalia. — 15. Benigne, *B.* — 16. beniguagii, *B.*

Anno hoc[1], in festo Trinitatis [18 junii 1318], dux Burgundie duxit filiam regis primogenitam in uxorem, sicut supra[2] fuerat ordinatum. Et de voluntate regis et ducis, neptis eorum, filia regis juvenis Ludovici, data est filio Ludovici, comitis Ebroicensis[3]. Et cum tamen erat impubes, nichilominus per verba de presenti fuit matrimonium solempniter celebratum. Unde multi potuerunt merito admirari.

Eodem anno, in quindena Assumptionis beate Marie [augusto 1318], citatus fuit solempniter ad comparendum[4] coram rege Ludovicus[5], comes Nivernensis, de quo supra, protestatione habita quod sive veniret, sive non, fieret ei justitia pro excessibus retroactis. Cum enim a principio guerre Flandrie ipse fecisset homagium regi Philippo, patri hujus, pro comitatu Nivernensi et pro baronia de Donziaco, pro comitatu etiam Restellensi, quem ratione uxoris tenebat, se transtulit ad Flamingos, regi domino rebellis[6], quantumque[7] poterat contra eum machinando, tractatus pacis impediendo, et communitates Flandrie in sua malitia confortando. Propter que rex in manu sua omnia[8] posuerat supradicta, de comitatu Restellensi uxori ejus[9], pro provisione sua, duo milia librarum redditus assignando. Intervenientibus autem amicis, sub certis pactionibus, quas apud Gisortium promisit, sunt ei omnia, ut dictum[10] est, restituta. Potito[11] autem dominio Restellensi, statim uxori sue subtraxit, tamquam crudelis, provisionem[12] suam antea[13] assignatam, necnon etiam quedam[14] arreragia que pro preterito tempore debebantur, immisericorditer occupavit, ita quod illa bona[15] domina cogebatur[16] jocalia sua et vestes vendere pro necessariis[17] ad vivendum. Cum autem nobiles de Picardia quamdam colligationem fecissent que regi contraria videbatur, et dictus comes Nivernensis sciret discordiam inter regem et ducem Burgundie inchoatam, statim caute et malitiose tractare cepit cum duce ut similis colligatio fieret in Campania et Burgundia contra regem, et munire cepit villam de Maceriis et alia fortalicia in Restellensi comitatu : quod minime regem latuit et regales. Propter hec et alia multa, que quando facta est pax inter regem

1. *au lieu de* Anno hoc *Bal. met* Anno MCCCXVIII. — 2. sibi, *Bal.* — 3. Eboracensis *(sic)*, *B.* — 4. ad Compendium, *mss.* — 5. Ludovico, *Bal.* — 6. domino regi rebelles, *Bal.* — 7. que, *omis par B.* — 8. *omis par E.* — 9. ejus uxori, *Bal.* — 10. predictum, *B.* — 11. Posito, *Bal.* — 12. promotionem, *B.* — 13. annuam, *E.* — 14. alia, *ajouté par B.* — 15. bona illa, *Bal.* — 16. occupabatur *(sic)*, *B.* — 17. suis, *ajouté par B.*

et[1] ducem fuerunt declarata, et quia pactiones, quas[2] apud Gisortium fecerat, minime tenebat, ideo predicta citatio emanavit. Ipse autem nec per se nec per alium in die comparuit assignata[3], sed se et liberos suos transtulit ad Flamingos.

Anno eodem [1318], comitissa Attrabatensis, preter regis consilium, sed etiam dissuadentis[4], immensum[5] exercitum congregavit, volens intrare suum cum potentia comitatum. Alligati autem passus ingressuum custodierunt, mandantes ei quod si venire vellet[6] sine armis, eam reciperent; aliter sciret quod sibi in passibus viriliter obviarent. Et sic frustrata est femina ab intento[7].

Papa iterum [1318] alios nuncios in Flandriam misit, fratrem Petrum de Palude, ordinis Predicatorum, et alios duos fratres Minores, portantes litteram papalem bullatam, cujus series continebat quod securitates quas rex offerebat Flamingis sufficientes reputabat, consulens quod eas pacifice acceptarent; sin autem, eos reputabat perjuros et impeditores passagii transmarini. Qui responderunt : *Papa nichil nobis precipit*[8], *sed tantum consulit. Unde*[9] *non nos reputamus in aliquo obligatos.* Tamen acceptaverunt diem in Compendio ad tractandum, in octabis Assumptionis sancte Marie. Redeuntes autem nuncii, pape quod audierant retulerunt. Qui misit alios procuratores[10] ordinis[11] Predicatorum et quemdam magistrum in theologia, ordinis fratrum Minorum, qui in tractatu predicte diei personaliter interessent. Ad quem[12] [diem] rex misit solempnes nuncios ad tractandum. Sed venientes Compendium, neminem pro parte Flamingorum [invenerunt] nisi duos juvenes, qui dixerunt se non esse missos ad aliquid ordinandum; sed dixerunt : *Animalia perdidimus*[13], *et venimus ad*[14] *querendum.* Et sic delusi tam papales nuncii quam regales ad propria sunt reversi. Temptaverant autem ante[15] Flamingi conjungere se[16] colligatis simili[17] juramento, ut contra regem fierent fortiores; sed alligati eos recipere noluerunt.

Eo tempore [1318], fuit gravis guerra in Lothoringia; que taliter est exorta[18]. Cives Verdunenses, habentes inter se[19] discor-

1. *omis par A, C.* — 2. contra que, *B.* — 3. ad diem comparuit assignatam, *B.* — 4. dissuadentes, *C.* — 5. maximum, *B.* — 6. vellet venire, *B.* — 7. Anno eodem, comitissa... intento, *paragraphe omis par Bal.* — 8. precepit, *Bal.* — 9. Bene, *A, B, C.* — 10. *au lieu de* alios procuratores *Bal. met* procuratorem. — 11. fratrum, *ajouté par E.* — 12. quam, *E, Bal.* — 13. dedimus, *B.* — 14. ea, *ajouté par B.* — 15. *omis par Bal.* — 16. se conjungere, *B.* — 17. similiter, *E.* — 18. exorta est, *B.* — 19. *omis par A.*

diam intestinam, tantum fecerunt quod una pars aliam expulit extra urbem. Comes autem Barri fuit in auxilium expulsorum. Episcopus vero [1] et frater ejus, dominus de Asperomonte, intraneos defendebant. Comes autem Barri, exercitu congregato, cepit vastare patriam circumquaque, et obsedit castrum sollempnius, quod habebat ecclesiam, nomine Diluardum. Et post obsidionem diutinam cepit illud et diruit muros ejus. Postea cepit aliud quod Samigniacum dicebatur. Rex autem illuc misit conestabulum suum, qui ad concordiam eos revocaret. Qui concordiam quamdam procuravit; ex quo expulsi sunt ad propria revocati.

Cum fuisset caristia gravis tribus annis antea, hoc anno quasi miraculose est sedata, adeo ut sextarium tritici quod quinquaginta solidos [2] annis preteritis vendebatur, pro duodecim [3] haberetur; et vinum, quod fuerat carissimum, etiam ante vindemias pro competenti pretio venderetur [4].

Eodem anno [1318], Robertus rex Sicilie [5], volens [6] summum pontificem visitare, veniens per mare, Januam applicavit : cujus cives divisi ad invicem, pars una expulit aliam extra urbem. Erant autem Guelfi intranei, qui pro dicto rege erant, et extranei Guibelini, qui eidem contrarii existebant; et adventu regis cognito [7], intraneos obsederunt. Et dum rex vellet prosequi [8] iter suum et ad pape curiam se transferre, dixerunt intranei quod si eos dimitteret indefensos, obprobrium ei esset sempiternum. Et sic eum ibidem oportuit remanere. Mandaverat [9] autem regine Clementie, [10] nepti sue, quod ad papam, qui in Avinione posuerat sedem suam, veniret satis cito. Venit ergo dicta regina Avinionem, avunculum [11] videre cupiens; et recepta curialiter a papa, de ejus consilio ivit Aquis, et ibi diu avunculum expectavit. Transacta yeme et ad navigandum tempore oportuno, rex Robertus fecit armaturas [12] circa XXIIIJ galearum [13], et misit eas, precipiens ut prope civitatem Sagonam, quam munierant Guibelini, portum acciperent, et obsidionem ponerent contra eam, et statim igneam flammam accenderent copiosam, qua visa rex ad eas multitudinem mitteret armatorum. Et cum in portu vellent descendere civitatis, intra-

1. autem, *B.* — 2. solidis, *E.* — 3. solidis, *ajouté par B.* — 4. Eo tempore, fuit gravis... venderetur, *les deux paragraphes précédents sont omis par Bal.* — 5. rex Sicilie Robertus, *B, E, Bal.* — 6. obiit, *ajouté par B.* — 7. agnito, *B.* — 8. prosequi vellet, *E.* — 9. mandavit, *C, Bal.* — 10. et, *ajouté par B.* — 11. suum, *ajouté par B.* — 12. armari, *Bal.* — 13. galeas, *C, Bal.*

nei, adventu eorum cognito, obviam exeuntes, portum accipere prohibentes, non potuerunt ad terram descendere, sed retrocedere sunt compulsi. Venientes igitur ad portum cujusdam castri quod dicitur Sancti Andree, quod munierant, ut dicitur, Guibelini, et obsidentes castrum et brevi tempore [1] capientes, copiosam flammam accenderunt : quam videntes rex et in Janua habitantes, et scientes quod extraneos non lateret, et reputantes eos non immerito stupefactos, exierunt armati cum magna multitudine contra eos; et facta pugna gravissima inter eos, multi mortui sunt hinc et inde. Superveniente autem noctis caligine, clamatum est quod in crastino reverterentur in idipsum. Et mane facto, cum [2] armati intranei exivissent, in campo [3] neminem invenerunt. Forenses enim [4], Sagonam amittere metuentes, tota nocte ad succursum ejus currere non cessarunt, portantes secum de suis sarcinulis quidquid tollere potuerunt. Venientes intranei ad castra [5], quotquot invenerunt ibi homines [6] occiderunt, et multa [7] cibaria et aliam superlectilem rapuerunt. Igitur [8] rex ad obsidendam Sagonam misit multitudinem armatorum, mandans Clementie regine quod in Penthecostes festo sequenti proponebat esse apud Massiliam; ubi frater suus Ludovicus, qui jam canonizatus fuerat, debebat solempniter elevari. Interim tamen, dum esset civitas Sagona sic obsessa, dominus Petrus de Sancto Genesyo, miles, capitaneus exercitus obsidentis, cum pluribus armatis progrediens ad predandum, ut exercitui de victualibus provideret, dum a castris per longum spatium esset elongatus, ipsum multi de adversariis insequentes, et inter cuneum ejus et tentoria se ponentes, ne ad ea rediens salvaretur, ipsum viriliter sunt aggressi, et, conserta pugna gravissima inter eos, licet multi fuerint de hostibus interfecti, ipse tamen succubuit, et ipso capto ab hostibus, omnes, ut dicitur, ejus socii sunt occisi.

Hoc anno [1319], sabbato [9] post Ascensionem Domini [19 maii], obiit vir illustris comes Ebroicensis [10] Ludovicus, regis Francie Philippi [III] et domine Marie [11] regine filius, et feria tertia post [22 maii] in ecclesia fratrum Predicatorum honorifice est sepultus.

1. *au lieu de* et brevi tempore *Bal. met* in brevi ipsum. — 2. autem, *ajouté par B.* — 3. campum, *E.* — 4. autem, *E.* — 5. intranei ad castra, *omis par B.* — 6. homines ibi, *E.* — 7. alia, *ajouté par B.* — 8. Sed, *Bal.* — 9. *au lieu de* Hoc anno sabbato *Bal. met* Anno MCCCXIX. — 10. Eboracensis *(sic)*, *B.* — 11. *omis par E.*

Interfueruntque [1] ejus sepulture rex et regina cum multis baronibus et nobilibus. Missamque celebravit dominus Gocelmus [2], tituli Sanctorum Marcellini et Petri presbiter cardinalis. Hic missus erat a papa in Franciam cum Trecensi episcopo, ad tractandum de pace inter regem Francie et Flamingos. Qui cardinalis, versus Flandriam proficiscens, imposuit episcopo Tornacensi, in cujus dyocesi Flandria situatur, ut adventum suum Flandrensibus [3] nuntiaret. Qui episcopus, non audens illuc ire, misit duos [4] fratres Minores, qui fuerunt de mandato comitis captivati. Comes autem congregavit exercitum ut intraret terminos Insulenses, habens secum communiam de Gandavo. Cum autem temptaret Lise [5] fluvium pertransire, dicti Gandavenses noluerunt contra regem proficisci, dicentes quod de treuga servanda fecerant juramentum. Indignatus comes multavit eos in [6] magna pecunie quantitate, quam tamen [7] solvere noluerunt. Quare comes passus et vias, per quos [8] erat transitus in Gandavum, cautius faciebat observari, ingredientes et egredientes occidendo aut carceri mancipando [9]. Gandenses vero ipsum et suos viriliter impugnabant. Tandem dictus cardinalis obtinuit quod comes et ejus filii in terre sue confinio ad ejus colloquium accesserunt. Affuerunt etiam nuncii regales. Et ibi fuit ordinatum quod comes veniret Parisius in medio Quadragesime [1320], facturus regi homagium et conventiones prius habitas firmaturus. Qui tamen die non comparuit assignata, excusationes frivolas allegando.

Eodem anno [1319], rex Robertus ad papam venit, auxilium petiturus. Qui papa decem galeas fecerat preparari cum sufficienti armatura, quibus quemdam probum prefecerat [10] admiraldum, paratum ad partes iter arripere transmarinas et ibi portum accipere [11] oportunum, quem exercitus, cum esset passagium, inveniret. Sed rex Robertus dictas galeas in suum auxilium impetravit, et adjunctis aliis XIIIJ misit omnes in succursum Januensium obsessorum. Quorum adventum Guebelini prescientes extranei, ipsis viriliter occurrerunt [12]. Quibus captis et adversariis interfectis, civitati gravissimum fecerunt insultum, portum cum suburbiis capientes. Dictus autem rex, cum papa moram faciens, ita cum suis

1. que, *omis par Bal.* — 2. *lege* Gaucelmus. — 3. Flamingis, *E.* — 4. tres, *B.* — 5. Lile, *B;* Sile, *C;* Lyle, *E.* — 6. *omis par B.* — 7. quantum, *B;* quantam, *Bal., E.* — 8. quas, *Bal.* — 9. mancipato, *C.* — 10. fecerat, *B.* — 11. transmarinum, *ajouté par B.* — 12. occurrerent, *B.*

negotiis occupabat quod nichil aut parum expediebatur in curia, ymmo etiam negotia pape personalia totaliter infecta remanebant.

Eodem anno [1319], circa festum sancti Johannis Baptiste, in Hyspanie partibus accidit quoddam grave infortunium christianis. Rex enim Castelle puer habebat amicum quemdam Petrum nomine [1], valde probum, qui dicti pueri tutor erat. Qui multis vicibus regnum Granate [2] invaserat et multotiens vicerat Sarracenos [3], et magnam partem occupaverat dicti regni; et sperabatur quod totum regnum subiceret christianis. Cum autem exercitum usque ad quinquaginta milia fere tam peditum quam equitum armatorum contra quinque milia tantum que [4] Sarraceni eduxerant, congregasset, habens secum quemdam avunculum nomine Johannem, antequam acies convenirent lecto decubuit et satis cito spiritum exalavit. Quod cum sciret exercitus [5], sic mente est attonitus quod ad clamorem dicti avunculi congredi noluerunt. Qui tantum die fervida excitando exercitum laboravit quod fuit calore nimio suffocatus. Et sic fugam omnes de exercitu inierunt [6]; et cum Sarraceni possent eos de facili [7] debellare, nullus tamen ausus est insequi fugientes.

Cum autem hec regi Granate [8], qui non interfuerat, narrarentur, quidam miles intulit Sarracenus : *Noveritis, domine, quod christianis iratus est Deus atque nobis; illis, quia, cum tot essent ut de nobis possent faciliter triumphare* [9], *prohibiti sunt a Deo; nobis* [10], *quia, cum videremus confusum eorum exercitum ut possemus eos tamquam inermes pueros capere et mactare, Deus non permisit* [11].

Hoc anno [12] [1320], venit comes Flandrie Parisius ad instantiam cardinalis. Qui, de ejus voluntate et aliorum consilio, fecit homagium regi Francie. Qui secum adduxerat filiam suam, sagacem dominam, uxorem quondam domini de Cuciaco [13] Enjoranni. Affuit et comes Nivernensis et procuratores communiarum Flandrie cum potestate pacem pro eis cum rege Francie faciendi. Erat autem advocatus quidam [14], nomine Balduinus, qui semper ipsum fovebat in suis rebellionibus, rationes pro eo frivolas allegando. Qui pro-

1. nomine Petrum, *B.* — 2. Granade, *E;* gravantes *(sic)*, *B.* — 3. multotiens invaserat Sarracenos et vicerat, *B.* — 4. quod, *E.* — 5. *omis par C.* — 6. inierunt de exercitu, *E.* — 7. eos, *placé ici par B.* — 8. Granade, *E.* — 9. triumphare faciliter, *B.* — 10. que, *ajouté par E.* — 11. Eodem anno, circa festum... non permisit, *les deux paragraphes précédents sont omis par Bal.* — 12. *au lieu de* Hoc anno *Bal. met* Anno MCCCXX. — 13. Cusiaco, *E.* — 14. *au lieu de* advocatus quidam *Bal. met* unus advocatus.

curationi predicte conficiende noluit interesse, et apponi fecit in ea clausulam quamdam fraudulenter, quod ipsi in pace cum domino [comite] concordarent; per quam videbatur innui quod ipsi pacem [1] non possent cum rege sine domino suo comite [2] confirmare. Facto igitur homagio, ab omnibus extitit estimatum quod pax esset penitus confirmata, quia non erat verisimile quod dominum vassallus aut dominus vassallum [3] impugnaret. Fuit igitur dies assignata ad firmandos pacis articulos. Comes autem noluit consentire nisi rex redderet sibi Bethuniam, Insulam et Duacum, dicens quod per Enjorannum [4], procuratorem regis, fuerat hoc promissum. Cum enim [5] dictus Enjorannus diu ante tractasset cum comite de facienda pace [6], quia [7] comes nondum regi assignaverat redditus, sicut in prima concordia fuerat ordinatum, rex pro dictis redditibus villas suas illas detinebat. Suasit igitur [8] Enjorannus comiti quod pro honore regis quittaret villas illas [9], promittens se facere apud regem quod sibi restitueret de gratia speciali. Concessit ergo comes quod de quittatione fierent littere [10], sed regi minime traderentur donec de predicta restitutione facienda securitas haberetur. Confectis igitur litteris [11], ad sigillandum cancellario comitis presentatis, noluit ille sigillare, dicens : *quia video* [12] *exhereditationem* [13] *comitis in dictis litteris contineri.* Et projecto sigillo, fuerunt per alium sigillate, et tradite Enjoranno. Qui in Franciam rediens [14], litteras dedit regi, nulla facta securitate de restitutione prehabita facienda. Quod cum ad dicti comitis notitiam devenisset, et reputans se deceptum, ad dictas villas recuperandas modis quibuscumque poterat aspirabat. Hac ergo causa noluit dictis pactionibus consentire. Unde rex, non modicum provocatus [15], juravit per animam patris sui quod comes dictarum villarum dominium in perpetuum non haberet, rogans avunculum suum, comitem Valesii, et fratrem suum, comitem Marchie, et barones qui aderant ut juramentum hujusmodi [16] confirmarent. Qui protinus consenserunt. Comes autem contra voluntatem filie exire de Parisius festinavit [17], versus Flandriam proficiscens, antequam tempus securi conductus a rege sibi traditi expiraret; et per tres leucas

1. *omis par B.* — 2. *omis par A.* — 3. vassallum dominus, *B.* — 4. Enjorandum, *B.* — 5. autem, *B, E.* — 6. pace facienda, *Bal.* — 7. qui, *A, B.* — 8. ergo, *C, Bal.* — 9. detinebat. Suasit... illas, *passage omis par C.* — 10. facerent litteras, *E.* — 11. litteris igitur, *B.* — 12. *au lieu de* quia video *Bal. met* quod videret. — 13. dicti, *ajouté par B.* — 14. reditus, *B.* — 15. advocatus *C.* — 16. hujus, *B.* — 17. festinabat, *E.*

procedens post prandium, ibi cum famulo pernoctavit. Predicti igitur procuratores communitatum, videntes pacis negocium perturbatum, miserunt de suis ad comitem qui sibi dicerent[1] in hec verba : *Domine, licet procuratio nostra innuere videatur quod sine vobis pacem cum rege Francie non firmemus, de hoc tamen certi sumus, quod si ad mittentes nos redierimus pace non firmata*[2], *non remanebunt nobis capita que in nostris capuciis ponere valeamus. Unde constet vobis*[3] *quod nunquam de Francia recedemus donec inter nos et regem concordia sit firmata.* Comes autem, hoc audito, obstupuit, sciens quod si rex haberet pro se communias, statim perderet comitatum. Et Parisius rediens, omnes pactiones prehabitas confirmavit; et vallata sunt omnia juramento. Habebat autem rex quatuor filias; quarum primam habebat dux Burgundie uxorem, aliam delfinus juvenis Viennensis, tertiam debebat habere juvenis rex Castelle, quartam regina mater apud Longumcampum fecerat minorissam; de qua credebatur quod, educta de monasterio, comitis Nivernensis filio traderetur, sed noluit mater sustinere. Et ideo tertia fuit dicto filio[4] in uxorem data. Et dicto comiti fuerunt comitatus Nivernensis et Restellensis sub conditionibus[5] restituti quod supra nobiles et religiosos Nivernenses judicium non haberet, quoniam ab eo gravati ad regem appellaverant, nec causa fuerat adhuc terminata, et quod in comitatu Restellensi comitissa, que erat heres, quam dominus[6] comes repudiarat[7] inique[8] et sine causa, provisionem trium millium librarum haberet annis singulis cum arreragiis retroactis. Quo facto, fuit dies ad dictum[9] complendum matrimonium assignata; ad quam dictus comes veniens cepit subterfugia frivola querere et ambages. Propter que fuit fere totum negotium dissipatum. Sed cardinalis, qui ad hoc venerat, timens ne in vacuum laborasset, totis egit viribus quod veniret dictum negotium ad effectum. Unde in festo sancte Marie Magdalene [22 julii 1320] fuit matrimonium celebratum.

Eodem anno [1320], circa principium, orta est quedam commotio, cujus causa penitus[10] [ignoratur]. Nam quidam divulgarunt malitia exquisita quod pastorelli debebant acquirere Terram San-

1. dicent, *A, B, C.* — 2. habita, *B.* — 3. constat nobis, *E, Bal.* — 4. tertia fuit filio dicto comiti Nivernensi *(sic)*, *E.* — 5. conditionis, *Bal.* — 6. dictus, *C.* — 7. repudierat, *mss.* — 8. iniqua *(sic)*, *B.* — 9. *omis par B.* — 10. *au lieu de* cujus causa penitus *E met* Hujus causa penitus ignoratur.

ctam. Inter quos erat quidam presbiter qui propter maleficia sua fuerat parrochia sua spoliatus, et quidam alius apostata ab ordine sancti[1] Benedicti; ad quorum exhortationem multi irrationabiliter concurrentes, etiam pueri sexdecim annorum et quatuordecim, custodes ovium et porcorum, dimissis pecoribus in campis et invitis parentibus, cum baculis et sine pecunia confluebant. Et facta est talium maxima multitudo; quorum aliqui propter eorum maleficia in carcere ponebantur. At alii cum multitudine venientes aperiebant carceres violenter et eos contra justitiam liberabant. Venerunt igitur[2] Parisius ; ubi cum eorum aliqui in Sancti Martini de Campis carcere propter eorum maleficia tenerentur, per eorum violentiam sunt extracti. Ad Castelletum postea venientes, prepositum, sibi resistere[3] attemptantem, per quosdam gradus eum precipitaverunt; unde graviter fuit collisus. Inde ad Sanctum Germanum de Pratis ubi[4] recepti sunt curialiter; et comperto quod nullus ibi[5] de sociis eorum tenebatur, recesserunt, et in prato, quod dicitur scolarium, se[6] receperunt. Audierant enim quod miles vigilum cum multitudine armatorum contra eos venire debebat, et ipsi ibi tutius[7] se custodirent. Miles autem non venit, nescio quo consilio impeditus. Recesserunt itaque de Parisius, versus Aquitaniam procedentes. Non[8] fuerunt per aliquem in Francia[9] arrestati ex quo Parisienses eos recedere permiserant sic immunes. Ad partes vero venientes Aquitanie, passim omnes Judeos, quotquot invenire poterant, occidebant[10] et bonis propriis spoliabant. Judei autem qui evadere poterant, de villa in[11] villam ab eorum facie fugiebant. Tandem ad quoddam castrum in quo turris erat alta et fortis cum multitudine venientes, et a custode castri, quod erat regi[12] Francie, protectionis auxilium postulantes, in turri dicta de ejus licentia sunt recepti. Pastorelli vero protinus eos obsederunt, et illi se viriliter defendebant, ligna super eos et lapides jacientes; sed propter hoc obsidio non cessavit. Cum autem eis[13] ligna et lapides defecissent, pueros loco lapidum projecerunt. Quod pastorelli videntes[14] ignem in porta turris posuerunt, cujus fumus Judeos mirabiliter affligebat. Videntes autem quod evadere

1. a sancti ordine, *A*, *B*. — 2. ergo, *E*. — 3. assistere, *B*. — 4. *omis par C, Bal.* — 5. ibi nullus, *B*. — 6. *mis avant* quod *par A*. — 7. quam alibi, *ajoutés par B.* — 8. nec, *Bal.*, *C*, *E*. — 9. in Francia per aliquem, *E*, *Bal.* — 10. occidebantur, *C*. — 11. ad, *B*. — 12. regis, *B*, *Bal.* — 13. eos, *Bal.;* eum, *C*. — 14. quod viderunt pastorelli, *B*.

non poterant, malentes se occidere quam ab incirconsisis sibi [1] mors inferretur, dixerunt uni de suis, qui fortior videbatur, quod eos [2] gladio jugularet ; qui fere quingentos protinus interfecit, quibusdam tantum [3] pueris reservatis. Qui descendens, quod fecerat, pastorellis nuntiavit, petens cum pueris baptizari. Cui illi : *Tu in gentem tuam tantum flagitium perpetrasti, et effugies ita mortem?* Statim membratim extitit laniatus. Parcentes pueris, ipsos fecerunt a fidelibus baptizari. Inde versus Carcassonam processerunt. Sed custos patrie, hiis auditis, fecit preconizari per villas in eorum itinere constitutas ut Judeos, tanquam regis [4] servos, a pastorellorum violentia defensarent. Sed multi de interitu Judeorum gaudentes, dixerunt quod pro infidelibus contra fideles se opponere non debebant. Quod videns custos exercitum congregavit, imperans subditis sub pena capitis ne prestarent favorem aliquem pastorellis. Quotquot autem de ipsis potuit invenire carceri mancipavit. Alii autem fugientes ab ejus facie sunt dispersi. Et procedens [5] versus Tholosam, per loca in quibus flagitia sua fecerant, hic viginti et illuc [6] triginta, hic plus, hic [7] minus, patibulis et arboribus sunt suspensi. Et sic evanuit illa congregatio indiscreta.

Eodem anno [1320], Philippus, filius comitis Valesii [8], rediit de Lumbardia [9], in qua, anno precedenti, cum multitudine armatorum perrexerat in auxilium regis Sycilie Roberti, qui frater fuerat matris sue, ut expugnaret ei contrarios Guibelinos. Cum autem venisset Vercellas, cujus partem unam tenebant Guelfi, aliam Guibelini, se mutuo inpugnantes, igitur a Guelfis cum gaudio est receptus; quos juvit totis viribus. Sed intentum perficere non valebat, quoniam hostes habebant liberum ingressum et egressum; et cogitavit eos ne procedere possent impedire. Egressus igitur civitatem, obsidionem posuit retro eos; et sic non poterant egredi, nec eis victualia deportari. Miserunt igitur nuntium ad dominum Matheum, capitaneum Mediolanensem, qui preerat Guibelinis, auxilium postulantes. Qui statim filium suum Galeatium pro ferendo auxilio misit eis. Cujus adventum Philippus audiens, mandavit ei si cum eo confligere intendebat. Qui respondit quod nunquam erat ejus intentio aliquem de domo [10] Francie inpugnare, sed tantum

1. eis, *E.* — 2. omnes, *C*, *Bal.* — 3. tamen, *B.* — 4. regni, *B;* Dei, *E.* — 5. procidentes, *E.* — 6. illic, *Bal.* — 7. ibi, *B.* — 8. Valesii comitis, *B.* — 9. Burgundia, *B.* — 10. regis, *ajouté par B, C.*

defendere terras suas, et amicis succurrere in periculo constitutis. Cui Philippus iterum remandavit quod si Vercellensibus intendebat victualia deportare, ipsi resisteret toto posse. Confidebat enim quod Guelforum proxime civitates debebant sibi mittere auxilium bellatorum. Cui ille : *Victualia inclusis deferam ; et si quis me inpugnaverit, me defendam, quia de hoc non possum juste ab aliquo reprehendi.* Tunc Philippus, supponens quod eum confligere oportebat, dimissa obsidione, retrocessit per unum miliare, locum ad pugnam congruum electurus. Et quodam rivulo [1] pertransito, in quadam planitie, prope viam Galeatii, exercitum collocavit. Qui Galeatius premisit quatuor centum Theutonicos in magnis dextreriis optime paratos, quos sequebatur copia victualium in summariis et carrucis, et postea stipendiarii infiniti qui victualia custodirent. Hos sequebatur Galeatius cum maxima militia Lumbardorum, ita quod tam primi quam medii quam postremi [2] Philippi exercitum excedebant de duplo [3]. Quia vero desperato succursu aliquem adhuc non habebat, et cum jam primus exercitus preterisset, timens ne [4] inclusus ab hostibus periculum pateretur, petivit quod Galeatius, datis treugis, ad colloquium conveniret. Qui sponte veniens, diu secrete mutuo sunt loquti; et licet quid dixerint ignoretur, satis tamen conjecturari [potuit] [5] per effectum. Ambo enim exercitus sine pugna simul sunt ingressi civitatem. In qua cum Philippus diu quievisset, Galeatius ei dedit securum conductum donec hostium terminos preterisset; et sic in Franciam est reversus. Rex autem [6] Robertus adhuc in papali curia residebat, licet Guelfi in Janua in periculo magno essent.

Eodem anno [1320], impositum fuit [7] comiti Nivernensi quod patri suo venenum attemptaverat propinare. Dominus enim Ferricus de Pinqueni, egre ferens quod dictus comes, sine ipso et domino de Fiennes [8] et domino de Renthi [9], erat regi Francie federatus, adduxit ad patrem quemdam garcionem cum lacrimis veniam postulantem super hoc [10], scilicet quod venenum paraverat [11] sibi dare. Et cum pater quereret quare hoc facere volebat, ait : *Filius vester, comes Nivernensis, michi preceperat quod fratri Galtero per omnia obedirem* (qui frater erat de ordine heremitarum sancti Guillelmi, quem dictus comes quasi confessorem suum in curia sua

1. tumulo, *C.* — 2. extremi, *B.* — 3. decuplo, *A*, *B*, *E.* — 4. sic, *ajouté par B.* — 5. *E.* — 6. etiam, *B.* — 7. est, *B.* — 8. Fieres, *A*, *B*, *C.* — 9. Ranceni, *A*, *B*, *C.* — 10. *omis par C.* — 11. propinaverat, *B;* procurarat, *C.*

retinebat); *ipse igitur* [1] *venenum michi tradidit vobis pro tempore propinandum.* Idcirco de voluntate patris et Roberti, filii dicti comitis, dicti domini [2] scilicet de Pinquegni, et de Fiennes [3] et de Renthi [4] dicto comiti Nivernensi insidias posuerunt, et captum ad sua fortalitia in Imperio [5] deduxerunt. Dictus autem frater Galterus diris fuit tormentis expositus, sed nichil penitus cognovit, nec aliquo modo probari potuit dictum crimen. Non tamen fuit comes propter hoc liberatus. Dictus autem pater voluit dare Roberto, filio suo, comitatus Flandrie nobilem portionem, scilicet comitatum de Loth, in Imperio situatum, sed communie Flandrie [6] obstiterunt. Misit autem rex Francie nuncios solempnes ad patrem dictum [7], ut filium liberaret. Qui respondit quod cum baronibus hoc tractaret; sed postea nichil fecit. Detentores autem ejus merito formidantes ne liberatus animadverteret in eos, ipsum nullatenus expedire voluerunt, nisi data ydonea cautione quod nec per se nec per alium inferret eis aliquod nocumentum. Qui diu distulit consentire; sed videns quod aliter non poterat liberari, placito acquievit. Tunc illi tam graves conditiones apponere voluerunt quod eas servando Flandrie perderet [8] comitatum. Inter [9] quas una erat quod nunquam, vivente patre, in toto Flandrie comitatu compareret, ut sic, patre mortuo, Robertus, frater ejus, in possessione se poneret comitatus [10].

Hoc anno [11] [1321], rege Francie in Pictavia existente, extitit ei nuntiatum maleficium propter quod in Aquitania omnes leprosi [12] sunt combusti. Ipsi siquidem sunt confessi quod fontes et puteos infecerant, illo fine ut omnes christiani aut leprosi fierent aut citius morerentur, intendentes per totam Franciam et Germaniam suum maleficium dilatare. Et ad hujus confirmationem, dominus de Parteniaco sub sigillo suo misit regi [13] confessionem cujusdam magni leprosi qui de hoc in terra sua fuerat accusatus, et recognovit quod quidam dives Judeus ad hoc eum [14] induxerat et tradiderat potiones et datis sibi decem libris promisit ei quod ad corrumpendos alios [15] leprosos magnam sibi pecuniam ministraret.

1. enim, *B.* — 2. dicti comitis filii, domini, *B.* — 3. Fienes, *A*, *B*, *C.* — 4. Ranceni, *A*, *B*, *C.* — 5. Imperium, *E.* — 6. Flandrenses, *E.* — 7. predictum, — 8. amitteret, *B.* — 9. In, *A*, *E.* — 10. Eodem anno, Philippus, filius comitis *B.* Valesii... comitatus, *les deux paragraphes précédents sont omis par Bal.* — 11. *au lieu de* Hoc anno *Bal. met* Anno MCCCXXI. — 12. omnes leprosi in Aquitania, *B.* — 13. misit sub sigillo suo domino regi, *B.* — 14. ipsum, *B.* — 15. aliquos, *Bal.*

Et cum quereretur ab eo recepta talium potionum, dixit quod fiebant de sanguine humano et urina et tribus herbis quas noluit aut nescivit nominare. Ponebatur etiam in eis corpus Christi. Et cum essent omnia desiccata, usque ad pulverem terebantur; qui missus in sacculis ligatis cum aliquo ponderoso, in puteis et fontibus jactabatur [1]. Quapropter omnes leprosi sunt in Francia carceribus mancipati, donec deliberatum esset quid fieret de eisdem. Et sic fuit ordinatum quod culpabiles igni traderentur, alii in leprosariis colloquarentur [2] nunquam exituri. Unde autem ortum habuerit [3] error iste, a diversis diversimode dicebatur. Verior tamen opinio videbatur quod rex Granate [4], qui frequenter per dominum Petrum, avunculum regis Castelle, fuerat debellatus, sicut supra tactum est [5], volens se de christianis sibi adversantibus vindicare [6], habuit colloquium cum Judeis si per eos posset tale maleficium commode [7] promoveri, promittens eis pecuniam infinitam et copiam potionum. Qui dixerunt quod hoc per eos non poterat commode procurari, quia si fontes christianorum et puteos frequentarent, suspecti protinus haberentur, sed per leprosos eorum, qui, dejecti ab eis faciliter, consentirent, ad [8] talia donis et promissis inclinati. Judei igitur majores leprosos ad colloquium vocaverunt; qui promissis et dyaboli suggestionibus consenserunt catholicam etiam [9] fidem abnegare, et corpus Domini dictis potionibus miscuerunt [10], sicut plurimi eorum sunt confessi. Dicti igitur leprosi majores per omnes provincias et christianitatis leprosarias [11] nuntios miserunt ut de qualibet aliqui ad certa loca mitterentur eorum consilium audituri. Fuerunt igitur per eos in quatuor partibus [12] quatuor consilia congregata, nec fuit aliqua [13] leprosaria de qua non adesset aliquis qui ceteris nuntiaret; exceptis duabus in Anglia, ut aliqui sunt confessi. Inter ea vero que leprosis promittebantur [14] hoc erat quod, christianis interfectis aut infectis, principatus et regna [15] inter eos dividerentur. Et jam erant aliqua aliquibus assignata. Et quia multi Judei sunt inventi [16] culpabiles in hoc facto [17] in pluribus partibus omnes sine differentia sunt combusti; Parisius autem soli culpabiles; et alii sunt exilio

1. jactabantur, *mss.* — 2. *lege* collocarentur, *Bal.*, *E.* — 3. habuit, *A*, *B*, *E.* — 4. Granade, *E.* — 5. sicut supra tactum est, *omis par Bal.* — 6. vindicari, *B.* — 7. *omis par A*, *B.* — 8. et, *C.* — 9. et, *C; omis par Bal.* — 10. potationibus constituerunt, *B.* — 11. leprosarias christianitatis, *Bal.* — 12. mundi, *ajouté par B.* — 13. *omis par B.* — 14. promittebant, *Bal.* — 15. et regna, *omis par B.* — 16. inventi sunt, *E.* — 17. et, *ajouté par B.*

perpetuo condempnati, quibusdam ditioribus reservatis donec debita omnibus [1] recuperaverint et centum quinquaginta milia librarum solverint fisco; et postea perpetuo [2] extra regnum exulabunt [3].

Hoc anno [1321], per summum pontificem quedam nova positio fuit reprobata, et auctor [4] vel principalis positor hujus ad curiam papalem vocatus [5]; qui cum aliis quibusdam asserebat quod illi qui confessi erant fratribus Predicatoribus et Minoribus et ab eis absoluti, eadem peccata propriis sacerdotibus confiteri iterum [6] tenebantur. Et hoc determinaverat in scolis publicis magister Johannes de Polliaco, doctor in theologia, natione Picardus, et in publico predicavit. Quapropter multi a dictis fratribus declinabant. Papa igitur ad omnes prelatos Ecclesie misit litteras bullatas in hec verba : *Johannes, episcopus, servus servorum Dei, venerabilibus fratribus patriarchis, archiepiscopis et episcopis, ac dilectis filiis electis ad quos presentes littere pervenerint, salutem et apostolicam benedictionem. Vas electionis, doctor eximius et egregius predicator*, etc. [7]. *Datum Avinione*, IX *kalendas augusti, pontificatus nostri anno quinto* [24 julii 1321].

Eodem anno [1321], circa principium augusti, dominum regem Francie Philippum duplex gravis [8] arripuit egritudo, scilicet dissinteria et quartana [9], que nunquam potuerunt curari auxilio medicorum; sed per quinque menses jacuit continue in languore. Tandem tertia die sequentis januarii [1322] ante noctis medium expiravit, receptis prius devote omnibus ecclesiasticis sacramentis, et die Epiphanie sequenti [6 januarii] in abbatia Sancti Dyonisii est sepultus. Fuit autem opinio [10] aliquorum quod venenum fuerat sibi a principio propinatum, habentes ad hoc hujusmodi [11] argumentum. Licet enim prefatus rex in factis personalibus esset mitis, tractabilis et benignus, tamen in regimine regni sui dicebatur nimis faciliter credere aliquarum consilio personarum que forte paci regis et regni et omnium subditorum proprium commodum [12] preferebant. Ad quarum instinctum, ut creditur, rex gravem extorsionem et quasi intollerabilem volebat a suis subditis extorquere. Unde

1. omnia, *Bal.* — 2. perpetuum, *B.* — 3. exulaverunt, *C.* — 4. actor, *B.* — 5. evocatur, *B;* vocatur, *C*, *Bal.* — 6. *omis par B.* — 7. ut in Extravag[antibus] comm[unibus], *ajoutés par Baluze qui omet ensuite* Datum... anno quinto. — 8. *omis par B.* — 9. quarteria, *B.* — 10. Fuit autem opinio... est humatum *(infra, p. 135)*, *passages omis par Bal.* — 11. hujus, *A*, *B; omis par C.* — 12. modum, *B.*

in populo fuit a pluribus divulgatum quod ipse omnium bonorum intendebat a quolibet subdito quintam partem [levare]: quod tamen non verisimile videbatur quod tantam vellet exigere portionem. Ut tamen (etsi [1] non tanta, tamen maxima peteretur) exactio esset aliqualiter colorata [2], regis erat propositum ut in toto regno suo una tantum moneta curreret, et essent ubique equalia pondera et mensure. Quod fieri non poterat sine sumptibus excessivis, quia necessario oportebat quod principibus et baronibus, qui in talibus jus habebant, fieret debita compensatio pro eisdem. Ad sciendum autem quantum ad hoc vellent contribuere, omnes bone ville et singule civitates citate erant ad regis presentiam, ut pro ipsis aliquos [3] mitterent qui haberent pro omnibus respondendi potestatem. Et jam cives Parisienses erant ad respondendum super hoc citati et [4] evocati. Hoc autem pendente negocio, fuit a pluribus [5] formidatum ne insurgerent ville [6] contra regem; unde tot mala evenirent quod vix per [7] aliquem sedarentur. Quare [8] aliquibus fuit visum quod expediebat ut unus pro multis pateretur et non tota gens periret sub periculo [9]. Egrotante igitur [10] rege, suspensum fuit dicte extorsionis [11] negocium, sed non totaliter pretermissum. Habuit autem hujus rei aliquam notitiam ipse rex, sed ipsum de presenti vita, hiis pendentibus rebus, vocavit Altissimus [12]. Satis cito post etiam [13] obiit [14] regina Maria [15] de Brabantia [16], secunda uxor Philippi regis, sancti Ludovici regis [17] filii [18]; et apud Minores fratres Parisius corpus ejus est sepultum; cor autem ejus apud Predicatores est humatum. Mortuo rege, ut dictum est, successit ei in regno sine controversia aliqua dominus Karolus, comes Marchie, frater ejus.

Eodem anno [1322], papa commiserat episcopis Parisiensi et Belvacensi et magistro Gaufrido de Plessiaco, notario romane curie [19], et decano Parisiensi, ut ipsi inquirerent de matrimonio

1. etiam si, *B.* — 2. coloratam *(sic)*, *B.* — 3. eis alios, *B.* — 4. citati et, *omis par A, C, E.* — 5. omnibus, *E.* — 6. ne propter hoc surgeret rebellio, *B, E.* — 7. hominem, *ajouté par B.* — 8. forte, *ajouté par B.* — 9. ut unus homo moreretur pro populo, et non tanta gens tanto periculo subjaceret, *B, E.* — 10. Igitur egrotante, *C.* — 11. excommunicationis, *A, C.* — 12. *Au lieu de* Habuit autem... Altissimus *B et E mettent* Aliorum autem erat opinio quod, propter maledictiones populi formidantis ne sic notabiliter gravaretur et mortem regis a Domino requirentis, cito de medio sit sublatus. Quid autem horum sit verius ignoratur, sed est totum Dei judicio committendum. — 13. *omis par B, E.* — 14. *omis par A, C.* — 15. orta, *ajouté par B, E.* — 16. Berbantia, *A.* — 17. *omis par E.* — 18. regis filii, *omis par B.* — 19. curie romane, *E.*

quod olim dictus rex novus Francie cum Blancha, filia comitisse[1] Attrebatensis, que in castro Gaillardi, ut supra dictum est[2], tenebatur, contraxerat, utrum inveniretur aliquod in contractu impedimentum per quod[3] posset judicari matrimonium nullum esse. Qui[4] inquestam diligenter factam summo pontifici transmiserunt. Et anno isto[5] [1322], in vigilia Ascensionis [19 maii], papa sufficienter[6] informatus quod dicta comitissa Attrebatensis, dicte Blanche mater, de fonte levaverat dictum regem, quare fuit spiritualis cognatio contracta inter regem et prolem dicte spiritualis matris, pro qua sine dispensatione non poterant matrimonialiter copulari, etiam quia in dicto contractu fuit dispensatio pretermissa, papa sententiavit in publico consistorio nullum esse.

Eodem anno [1322], circa principium, comes Nivernensis, de carcere liberatus, venit Parisius, ubi mortalem egritudinem est perpessus, cujus causam accepisse[7] dum esset in carcere plurimi putaverunt. Si enim diu vixisset et patri in comitatu Flandrie[8] successisset, vix erat credibile quod ipse pacta suis detentoribus conservasset[9]; ideo credunt aliqui ipsum aliquid accepisse quod inferret celerem sibi mortem. Mortuus est igitur, et apud fratres Minores Parisius est sepultus in crastino sancte Marie Magdalene [23 julii 1322], et comitissa, ejus uxor, ad hereditatem suam rediit Restellensis comitatus, in qua ante ipse eam non permittebat. Ymmo ipsam, licet bonam dominam et sanctam, repudiaverat et a thori sui consortio separaverat, quia noluerat[10] quod dictus comes comitatum Restellensem, cujus heres erat et liberi sui, regi obligasset pro duodecim milibus librarum, quas volebat rex habere pro expensis factis in bello de Monte in Pascuis et proditione contra nostros facta apud Brugiam[11]. Propter hoc fecit ei[12] dictus comes[13] multas injurias et penurias[14] perpeti sine causa[15].

1. *omis par B.* — 2. ut supra dictum est, *omis par Bal.* — 3. pro quo, *E.* — 4. Quam, *Bal.* — 5. *omis par Baluze qui ajoute* MCCCXXII. — 6. diligenter, *B.* — 7. dicitur, *B.* — 8. Flandrensi, *E.* — 9. reservasset, *B.* — 10. voluerat, *C.* — 11. Brugis, *E.* — 12. sibi, *B.* — 13. *omis par A, C.* — 14. injurias et penurias multas, *B.* — 15. Eodem anno, circa principium... perpeti sine causa, *paragraphe omis par Baluze qui emprunte au continuateur de la chronique de Jean de Saint-Victor le passage suivant :* Papa Johannes in Avinione moritur quarta mensis decembris, pontificatus sui anno decimo nono. Vacavitque Sedes diebus XVI. *Cf. Bibliothèque nationale de Paris, ms. latin 15011, fol. 495 r°.*

SECUNDA VITA

JOANNIS XXII

AUCTORE BERNARDO' GUIDONIS, EPISCOPO LODOVENSI

(excerpta e *Cathalogo brevi romanorum pontificum*)

Johannes XXIJ, de Caturco civitate [1] natus, electus fuit in summum pontificem in conventu fratrum Predicatorum Lugduni, VIJ [2] ydus augusti [7 augusti 1316] in sabbato, dominice incarnationis anno millesimo trecentesimo decimo sexto. Erat autem cardinalis episcopus Portuensis. Fuitque coronatus more pontificum romanorum Lugduni in ecclesia cathedrali nonis [5] septembris, dominica prima ejusdem mensis. Hic prius vocabatur Jacobus, et exinde Johannes vocatum est nomen ejus. Fuerat autem prius episcopus Forojuliensis in provincia Aquensi, et inde translatus factus fuit [3] episcopus Avinionensis, et inde assumptus factus est cardinalis; et sic gradatim ascendendo, tandem assumptus est ad papatum.

Hic de Lugduno circa finem mensis septembris recedens pervenit Avinionem secunda die mensis octobris in sabbato [1316], ubi cum curia sua sedit. Et in sequentibus jejuniis quatuor temporum in Adventu Domini, feria sexta, scilicet XVJ [4] kalendas januarii [17 decembris], fecit unam ordinationem octo [5] cardinalium, quos

1. *omis par* D^1. — 2. VIIJ *(sic)*, D^1. — 3. est, D^1. — 4. VJ, D^3. — 5. VIJ, D^1, D^3.

Désignation des manuscrits employés :

C^1 = Bibliothèque nationale de Paris, ms. latin *4040*, fol. 160 v°-162 v°.
D^1 = Bibliothèque nationale de Paris, ms. latin *4979*, fol. 14 v°-17 r°.
D^2 = Bibliothèque nationale de Paris, ms. latin *4979*, fol. 81 v°-85 r°.
D^3 = Bibliothèque nationale de Paris, ms. latin *6489*, fol. 167 v°-171 v°.

Le signe < a été employé pour distinguer la quatrième édition (D^1, D^2, D^3) de la troisième (C^1) du *Cathalogus brevis*.

assumpsit; qui fuerunt Bernardus de Castaneto [1] dudum Albiensis, tunc vero Aniciensis episcopus, Jacobus de Via nepos ipsius pape ex sorore, Gaucelmus Johannis de Caturco, vicecancellarius, Bertrandus de Pojeto dyocesis Caturcensis, Petrus de Reblayo [2], Gallicus, cancellarius regis Francie, Bertrandus de Montefaventio Caturcensis, Galhardus de Mota Vasco natione, Johannes Gaietani [3], Romanus, de Ursinis.

Hic dominus Johannes papa pontificatus sui anno primo apud Avinionem canonizavit et sanctorum confessorum cathalogo annotavit sanctum Ludovicum, episcopum Tholosanum, filium quondam Karoli secundi Sicilie [4] regis, VIJ ydus [7] aprilis, dominice incarnationis anno millesimo trecentesimo decimo septimo.

Eodem anno, defuncto prefato domino [5] Jacobo de Via cardinali, fecit cardinalem dominum Arnaldum de Via, germanum ejusdem, circa festum sancti Johannis Baptiste [20 junii 1317].

Eodemque [6] anno, tam in mense julii quam [7] augusti, ecclesiam cathedralem Tholosanam Sancti Stephani erexit in archiepiscopalem sedem, primumque archiepiscopum instituit in eadem dominum Johannem de Convenis. Dyocesim vero Tholosanam, que in redditibus episcopalibus plurimum [8] habundabat, in sex episcopatus divisit, quorum episcopi essent suffraganei archiepiscopi Tholosani; sexque villas in novas civitates erexit, videlicet villam Montisalbani, villam de Rivis, villam et abbatiam de Lomberiis, villam cum abbatia de Sancto Papulo, villam de Vauro, villam de Mirapisce [9], episcopos ac episcopales sedes constituens in singulis earumdem; fueruntque consequenter jussu et ordinatione ejusdem summi pontificis dyoceses certis terminis limitate. Item in archiepiscopatu Narbonensi duos episcopatus fieri ordinavit, quorum primum [10] et prius posuit in Limoso, et episcopum instituit in eodem < dominum Durandum de ordine Predicatorum, magistrum in theologia, lectorem palatii [11] >, sed paulo post sedem inde transtulit ad abbatiam de Electo. Secundum vero episcopatum [12] instituit infra annum, et sedem ejus posuit in abbatia Sancti Pontii; fueruntque limitate dyoceses [13] consequenter. Item episcopatum Albiensem divisit in duos,

1. Casteneto, D^2. — 2. Rablayo, D^2. — 3. Gaytani, D^2. — 4. Cicilie, C^1, D^2, D^3; Cecilie, D^1. — 5. domino prefato, D^1. — 6. quoque, *Bal.* — 7. in mense, *ajoutés par* D^2. — 8. *omis par* D^1. — 9. Mirapice, D^1, D^2. — 10. primus, D^2. — 11. dominum Durandum... palatii, *passage omis par* C^1, D^1, *Bal.* — 12. episcopatum vero, C^1. — 13. dyoceses limitate, *Bal.*

episcopalem sedem instituens in abbatia monachorum apud Castras, villam Castrensem in novam erigens civitatem. Item episcopatum Agennensem divisit in duos; villamque Condomiensem in novam erigens civitatem, episcopalem sedem posuit in abbatia Sancti Petri de Condomio; fuitque consequenter dyocesis limitata. Item in episcopatu Lemovicensi alium fieri ordinavit [1], episcopumque [2] et sedem episcopalem constituit in abbatia Tutellensi, novam ibidem erigens civitatem. Item in episcopatu Petragoricensi, in villa de Sarlato, modo consimili, in novam erigens civitatem, in abbatia instituit novam sedem. Item in episcopatu Clarimontis, in villa Sancti Flori, novam instituens civitatem, consimiliter instituit novam sedem. Item in episcopatu Ruthenensi episcopatum alium ordinavit, sedemque ejus posuit [3] in abbatia ac villa de Vabrio [4], eamdem in novam erigens civitatem. Item in episcopatu Pictavensi [5] duos episcopatus alios instituit, sedem propriam et dyocesim novam cuilibet assignando. In abbatia siquidem de Mallesio sedem esse constituit, et Malleacensis dyocesis appellatur. In villa vero de Lucionio in abbatia sedem posuit, et Lucionensis dyocesis nominatur. Item in nonnullis villis in Tholosano, et [6] Carcassesio, et [7] Albigesio, et alibi instituit collegiatas ecclesias canonicorum secularium cum dignitatibus et prebendis, congruis [8] redditibus singulis ecclesiis assignatis. In Montealbano siquidem collegiatam ecclesiam instituit cum decano et canonicis, qui una cum monachis abbatie dicti loci, ubi sedes est episcopalis, ad electionem faciendam de [9] episcopo [10] convenirent. Item in Castro novo de Arrio collegiatam ecclesiam instituit [11] cum decano et canonicis, qui una cum monachis sedis episcopalis Sancti Papuli [12] concurrerent ad electionem episcopi [13] celebrandam. Item in ecclesia Sancti Pauli de Fenolhedesio [14], dyocesis Electensis, collegiatam ecclesiam instituit cum decano, canonicis et prebendis, qui una cum monachis sedis Electensis concurrerent ad electionem episcopi celebrandam. Item in villa de Burlato Albigesii [15] collegiatam ecclesiam instituit cum decano et canonicis, qui una cum monachis sedis cathedralis Castrensis [16] concurrerent ad ele-

1. episcopatum, *ajouté par* D^2. — 2. episcopatumque, D^3. — 3. *omis par* C^1. — 4. *lege* Vabro. — 5. Pictaviensi, *Bal.* — 6. *omis par* C^1, *Bal.* — 7. *omis par Bal.* — 8. *omis par Bal.* — 9. *omis par* D^1. — 10. de episcopo faciendam. *Bal.* — 11. constituit, D^2. — 12. Pauli, *mss.; dans* D^3 Pauli *a été corrigé postérieurement en* Papuli. — 13. *omis par* D^2. — 14. Fenelhedesio, D^3. — 15. Albigensii, D^2. — 16. sedis cathedralis Castrensis, *omis par* D^1.

ctionem episcopi celebrandam. Item in villa de Insula Jordani, dyocesis Tholosane, et in villa sancti Felicis, ejusdem dyocesis, et in castro Montisregalis, Carcassonensis dyocesis, collegiatas ecclesias instituit cum decanis et canonicis et prebendis.

Item, anno Domini MCCCXVIJ,[1] mense novembris[2], pontificatus sui anno secundo, fecit publicari et cum bulla papali ad studia generalia destinari constitutiones quas Clemens, predecessor ejus, fecerat, que Clementine vocantur, et nondum fuerant ad generalia studia destinate, sed usque tunc steterant in suspenso.

Item, anno dominice incarnationis MCCCXVIJ[3], idem dominus papa, post gravem dissentionem et turbationem subortam in ordine Grandimontis, ad sedandum eamdem ordinavit et statuit ut ipse prioratus, qui totius ordinis noscitur esse caput, abbatia deinceps censeatur, et abbatis ejusdem electio pertineat ad conventum, et in triginta novem domibus ejusdem ordinis sint prioratus collegiati, et priores a collegio eligantur, et ad abbatem pertineat confirmatio eorumdem. Actum est hoc elapsis jam tunc temporis annis ducentis quadraginta ab exordio ordinis computando.

Hic dominus Johannes[4], anno Domini MCCCXVIIJ, in mense augusti[5], archiepiscopatum Terraconensem[6], qui unus tantum erat in regno Aragonie, divisit et constituit esse duos, sedem Cesaraugustanam episcopalem in archiepiscopalem erigens pro secundo, quinque sibi suffraganeis episcopis designatis ex illis undecim quos prius Terraconensis[7] metropolis optinebat, sex priori suffraganeis reservatis.

Item, anno Domini MCCCXVIIIJ, pridie idus [14] martii, instituit novem ordinem, qui diceretur de militia Jhesu Christi, in regno Portugalie, ad resistendum in regione illa infidelibus Sarracenis, secundum regulam et instituta ordinis Calatravensis[8].

Item, anno Domini MCCCXVIIIJ, estatis tempore, veterem abbatiam Montis Cassini, sancti Benedicti abbatis, in novam sedem episcopalem erexit, primumque episcopum instituit in eadem.

Hic dominus Johannes papa, anno Domini MCCCXX[9], xv kalendas maii [17 aprilis], pontificatus sui anno quinto[10], apud Avinionem canonizavit et sanctorum confessorum cathalogo annotavit sanctum Thomam, Anglicum, condam episcopum Herfor-

1. in, *ajouté par Bal.* — 2. novembri, D^1, D^2, D^3. — 3. MCCCXVIIJ *(sic)*, D^1. — 4. papa, *ajouté par* D^1. — 5. *lege* julii. — 6. Tarraconensem, *Bal.* — 7. Tarraconensis, *Bal.* — 8. Calatravensis ordinis, *Bal.* — 9. MCCC *(sic)*, D^1; videlicet, *ajouté par* D^2. — 10. *lege* quarto.

densem, a felici ejus transitu ex hoc mundo anno trigesimo octavo.

Hic quoque dominus Johannes[1], anno Domini MCCCXX,[2] XIIIJ[3] kalendas januarii [19 decembris], feria sexta in jejuniis quatuor temporum Adventus, fecit ordinationem unam septem cardinalium, quos assumpsit : videlicet Reginaldum[4] la Porta, de Alassaco, Lemovicensis dyocesis, archiepiscopum Bituricensem; fratrem Bertrandum de Turre, de Cambolito, Caturcensis dyocesis, de ordine fratrum Minorum, magistrum in theologia, archiepiscopum Salernitanum; Petrum de Prato, dyocesis Caturcensis, archiepiscopum Aquensem; Symonem de Archiaco, dyocesis Xanctonensis[5], electum Viennensem; Pilumfortem de Rapistagno, de Sancto Georgio prope fluvium Tarni, dyocesis Albiensis, episcopum Rivensem; Petrum Textoris, de Sancto Antonino[6], dyocesis Caturcensis[7], vicecancellarium curie; Raymundum de Rufo, de Caturco civitate.

Anno vero dominice incarnationis MCCCXXIJ, in mense augusti, idem dominus papa suspendit sententiam excommunicationis ac penas alias contentas in constitutione Nicholai pape IIJ edita super regula fratrum Minorum, que incipit : *Exiit qui seminat* (extra de verborum significatione, libro sexto), contra glosantes vel aliter exponentes nisi gram[m]aticaliter, aut determinantes in scolis, seu predicantes, aut docentes.

Hic dominus papa, pontificatus sui anno septimo, dominice vero incarnationis MCCCXXIIJ, xv kalendas augusti [18 julii], apud Avinionem, canonizavit et sanctorum confessorum cathalogo ascripsit sanctum Thomam de Aquino, de ordine fratrum[8] Predicatorum, doctorem egregium, anno quinquagesimo decurrente[9] a felici ejus transitu de hoc mundo.

Item, eodem[10] anno Domini MCCCXXIIJ, pridie ydus [12] novembris, ad perpetuam rei memoriam perpetuo declaravit edicto quod pertinaciter affirmare quod Christus et ejus apostoli nichil habuerunt in speciali nec etiam in communi hereticum sit censendum, assertionemque hujusmodi pertinacem deinceps esse erroneam et hereticam diffinivit, cum contradicat Scripture sacre, que in plerisque locis ipsos nonnulla habuisse testatur. Item pertinaciter affirmare quod Christo ejusque apostolis in hiis que ipsos

1. papa, *ajouté par* D^1, D^2. — 2. videlicet, *ajouté par* D^3. — 3. XIII *(sic)*, *Bal.* — 4. Rigaldum, D^1. — 5. Xantonensis, D^2; Sanctonensis, C^1, D^1, *Bal.* — 6. Antonio *(sic)*, D^1. — 7. *lege* Ruthenensis. — 8. *omis par* D^1. — 9. acurrente *(sic)*, D^1. — 10. eo, C^1.

habuisse Scriptura sacra testatur nequaquam jus ipsis utendi competierit [1], nec illa vendendi [2] seu donandi jus habuerint [3] aut ex ipsis alia acquirendi, deinceps fore erroneum et hereticum declaravit, cum Scriptura sacra testetur ipsos premissa fecisse seu facere potuisse subponat expresse, cum [4] talis [5] assertio usum ipsorum evidenter includat in premissis fuisse non justum [6], quod utique de Salvatore nostro sentire nephas est et Scripture sacre contrarium et doctrine catholice inimicum. Predictamque declarationem et diffinitionem apostolicam cum bulla sua ad generalia studia destinavit.

Hic quoque summus pontifex, anno Domini MCCCXXV [1326, n. st.], sabbato primo Quadragesime, videlicet VJ idus [8] februarii, reprobavit et sententialiter condempnavit in consistorio quamdam pestiferam postillam fratris Petri Johannis, de Serinhano, dyocesis Biterrensis, de ordine fratrum Minorum, continentem dogma pestiferum et articulos erroneos et hereticos, ex [7] qua sumebat fomentum secta quedam pestifera illorum qui Beguini vulgariter appellantur, qui se fratres pauperes de tertio ordine sancti Francisci communiter nominabant; ex quibus plures fuerunt tanquam heretici condempnati et combusti.

Hic dominus summus pontifex, pontificatus sui anno duodecimo, dominice incarnationis MCCCXXVIJ [8], feria sexta in jejuniis quatuor temporum Adventus, videlicet [9] XV kalendas januarii [18 decembris], fecit tertiam [10] ordinationem decem cardinalium, quos assumpsit : videlicet, Johannem de Convenis, archiepiscopum Tholosanum; Anibaldum Gaytani [11], Romanum, archiepiscopum Neapolitanum; Jacobum, Cisterciensis ordinis, magistrum in theologia, episcopum Mirapiscensem; Raymundum, Ruthenensis dyocesis [12], episcopum Sancti Papuli [13]; Petrum de Mortuomari, Lemovicensis dyocesis, episcopum Autisiodorensem; Petrum de Capis [14], episcopum Carnotensem [15]; fratrem Matheum de Ursinis, Romanum, de ordine Predicatorum, magistrum in theologia, archiepiscopum Sipontinum; Petrum de Toleto, Yspanum, episcopum Cartaginis vel Murcie [16]; Johannem de Columpna, Romanum; Ymbertum de Puteo, de Montepessullano.

1. competierunt *(sic)*, D^2. — 2. vendendi illa, *Bal.* — 3. habuerunt, D^1. — 4. *omis par* D^1. — 5. clericis *(sic)*, D^3. — 6. justam *(sic)*, D^2; non fuisse justum, D^3. — 7. e, *Bal.* — 8. anno MCCCXXVIIJ *(sic)*, D^1, D^2. — 9. scilicet, D^2. — 10. *lege* quartam. — 11. Gaitani, *Bal.* — 12. Ruthenensis dyocesis, *omis par* D^1, D^2, D^3. — 13. Pauli *(sic)*, D^2, D^3. — 14. de Capis, *omis par* D^2. — 15. Carnotensem episcopum, D^3. — 16. vel Murcie, *omis par* D^3.

Hic summus pontifex plures constitutiones[1] edidit utiles et salubres.

Hic quoque contra Ludovicum, ducem Bavarie, qui in contradictione in imperatorem electus fuerat, sed ejus electio per Sedem apostolicam, sicut est moris et juris, non fuerat ap[p]robata, et pro imperatore se gerebat, multos fecit processus per temporum debita intervalla cum publicis et perhemptoriis citationum edictis; qui tamen non duxit comparendum nec juri parendum[2]; fuitque tandem per eumdem summum pontificem privatus jure, si quod sibi ratione talis electionis competierat aut competebat, necnon excommunicatus, et fautor et defensor hereticorum adjudicatus. Qui Ludovicus, pravo usus malorum consilio, contra eumdem summum pontificem, vicarium Domini Jhesu Christi, et adversus apostolicam Sedem et Ecclesie unitatem multipliciter et barbarice se erexit. Veniensque Romam, quemdam pseudoantipapam Rome fieri fecit legibus et ordine perversis et execratis orationibus execrari potius quam sacrari[3] anno dominice incarnationis MCCCXXVIIJ[4] in mense[5] maii : cui antipape[6] ipse Ludovicus reverentiam ex[h]ibuit tanquam summo pontifici, et[7] tanquam papam manutenuit et deduxit in grave scandalum Ecclesie Domini Jhesu Christi.

Prefatus pseudoantipapa fuit frater Petrus Raynallucii, de Corbario, Reatine dyocesis, de ordine fratrum Minorum. Qui, antequam habitum ejusdem ordinis assumeret, uxorem habebat Johannam Mathei, de Corbario, cum qua cohabitaverat conjugaliter annis quinque, et rupto federe conjugali, ipsa vivente et invita, spreta fide conjugii, ad fratres Minores se contulit, et habitum eorum sumpsit, et beati Francisci regulam est professus. Hic Petrus de Corbario, < eterna misericordia dignus de secta Nicholaytarum quam Johannes in Apocalipsi odibilem describit[8] >, spreta tam religionis quam catholice fidei professione, profane et insane electioni in antipapam manum dedit et animum, et se Nicholaum papam V a sue partis consortibus voluit nominari. Cepitque sinuando agere et se gerere tanquam papa romanus in ipsa Urbe, in obprobrium dicte Urbis. Fecitque cardinales secum complices

1. decretales, *ajouté par* D^3*; placé après* edidit *par* D^1, D^2. — 2. nec juri parendum, *mots omis par* D^1, D^2. — 3. sub. *ajouté par* C^1, *Bal.* — 4. MCCCXXVIJ *(sic), Bal.* — 5. kalendis, D^3. — 6. antipapato, C^1, D^1, D^2, *Bal.* — 7. *omis par* D^2. — 8. *omis par* C^1, *Bal.*

in vesania, et conatus est scindere Ecclesie unitatem, utpote minister et membrum Antichristi. Prefata autem Johanna, uxor ejus, ipsum repetiit in judicio coram episcopo Reatino, oblato libello : pro qua Johanna contra predictum Petrum per dominum Johannem, episcopum Reatinum, lata fuit sententia publice, servato juris ordine, penultima die [29] mensis novembris, anno dominice incarnationis MCCCXXVIIJ, sicut in transsumpto sententie plenius legimus contineri [1].

Prefatus itaque frater Petrus Raynallucii, de Corbario, a patre suo rustico et paupere sic cognominatus [2], postquam fuit per dictum Ludovicum Bavarum int[h]ronizatus in Urbe, sicut premissum est, stetit in eadem urbe Romana a kalendis [1] maii [1328] usque ad quartam diem sequentis mensis augusti cum eodem Bavaro. Qua die idem Bavarus compulsus Urbem exivit cum suo antipapa, gressus suos ad civitatem Viterbiensem tanquam fugitivi pariter dirigentes. Tandem per Maritimam cum multis infortuniis ad civitatem Pisanam pervenerunt, receptique [3] fuerunt a Pisanis; ubi dictus Petrus antipapa resedit et curiam suam tenuit in palatio archiepiscopali, donec predictus Bavarus civibus Pisanis odiosus effectus inde exivit [11 aprilis 1329]. Qui ibidem dimisit vicarium, loco sui, quemdam Tarlatum nomine; qui post recessum dicti Bavari de civitate Pisana, callide cogitans sibi appropriare dominium civitatis, de voluntate civium Pisanorum, qui erant de tirannide Bavari gravati multipliciter et afflicti, cepit tractare de pace cum parte Ecclesie et civibus Florentinis; et tunc dederunt com[m]eatum predicto Petro antipape ut inde recederet et abiret. Cumque peteret a predicto Tarlato ut sibi provideret de securo conductu donec pervenisset ad Bavarum, qui adhuc erat in partibus Lombardie, denegavit [4] Tarlatus. Et tunc predictus antipapa secretius dedit se ipsum in manibus

1. *Après* contineri C^1 *a le passage suivant, qui a été supprimé dans l'édition postérieure et que Baluze a reproduit :* quoniam autem tam prefatus Ludovicus Bavarus quam eterna misericordia dignus, predictus Petrus de Corbario, de secta Nicholaytarum, quam Johannes in Apocalipsi odibilem describit, adhuc in malitia perseverat et debacc[h]atur in pejus, et nondum venit finis malorum suorum, ideirco in presenti, scilicet inchoante jam anno dominice incarnationis millesimo trecentesimo vigesimo nono, distulimus scribere longiorem narrationis seriem suo post tempore scribendorum. *Le texte de* C^1 *se termine avec le mot* scribendorum. — 2. agnominatus, *Bal.* — 3. preceptique *(sic)*, D^2. — 4. negavit, D^1, D^3.

Bonifacii, comitis novelli de Donayratico [1], Pisani. Et ipse Bonifacius fecit eum [2] de nocte occulte duci cum quodam suo anticardinali, fratre Paulo de ordine fratrum Minorum, ad unum castrum suum in Maritima, quod vocatur castrum de Burgari, quod distat a civitate Pisana per triginta quinque miliaria, ubi cum predicto Paulo anticardinali occultus latuit circiter per tres menses. Verum cum cives Florentini quacumque ex [3] causa direxissent [4] exercitum gentis sue versus partes illas, dubitans atque [5] timens dictus Bonifacius comes ne hoc facerent ut predictum antipapam scirent ibi latere et quererent ipsum habere, fecit eum quanto potuit occultius reduci ad domum suam in civitate Pisana, ubi tenuit eum absconditum et occultum usque ad quartam diem mensis augusti sub anno Domini millesimo trecentesimo trigesimo.

< Dum autem sic teneretur occultus per dictum Bonifacium, per quamdam personam cepit paulatim negotium detegi et secretius illis qui erant pro parte Ecclesie revelari, et obstetricante manu episcopi Lucani actum fuit cum prefato Bonifacio multis modis ut ipsum detegeret et redderet. Qui a principio negavit penitus se ipsum eumdem [6] habere. Sed tandem post multos tractatus habitos cum eodem et amicis suis, expositis sibi malis et periculis que, nisi ipsum detegeret et redderet, sibi et sue domui imminebant [7], saniori usus consilio acquievit ipsum reddere, et intimavit domino pape se eumdem antipapam redditurum juxta suum beneplacitum et mandatum. Et tunc dominus papa per certum nuntium suas transmisit litteras apostolicas archiepiscopo Pisano et prefato episcopo Luchano quatinus dictum antipapam reciperent a Bonifacio supradicto, et si certos articulos in litteris apostolicis expressos abjuraret, et vellet redire ad Ecclesie unitatem, ipsum possent absolvere a sententiis excommunicationum quibus erat ligatus; quod et factum fuit. Sicque fuit positus in galea in portu Pisano, et traditus clerico domini pape, ad hoc destinato cum pluribus armatis et conductu securo, in vigilia beati Dominici [3 augusti], anno Domini MCCCXXX, sicque deductus est tam per mare usque Niciam [8] quam per terram; per provinciam Provincie transeundo, errores suos in villis publice recognoscendo. Ubique autem in toto itinere ab omnibus populis in villis et civitatibus

1. Donayatico, D^1, D^2. — 2. eumdem, D^1, D^2. — 3. de, D^3. — 4. duxissent, *Bal.* — 5. et, D^3, *Bal.* — 6. *omis par* D^1. — 7. imminebat, D^1, D^2. — 8. Vicenam, D^1; in cenam *(sic)*, D^2; Massiliam, *Bal.*

maledicebatur eidem antipape. Perductus est igitur antipapa anno et mense immediate prescriptis [24 augusti 1330] apud Avinionem ad presentiam domini Johannis XXIJ et cardinalium. Et coram eodem summo pontifice et cardinalibus, publice in consistorio pluribus astantibus, confessus est et recognovit in judicio, ore proprio et in scriptis, et etiam cum publicis tabellionum instrumentis, errores suos devios, in quibus inciderat. Quos ut proprius[1] explicemus, verbis confessionis sue utentes, in sequentibus duximus explicandos, non ad sequendum eos, sed magis ad abhorrendum eosdem et precavendum futuris temporibus cunctis fidelibus, prout ex littera apostolica sub vera bulla plumbea prelatis directa eos collegimus et vidimus contineri, quibusdam paucis verbis decisis studio brevitatis[2].

CONFESSIO ANTIPAPE

< *In nomine Dei Patris omnipotentis, et Filii, et Spiritus Sancti. Quoniam juxta sapientis doctrinam*[3] *occultanti*[4] *scelera sua denegatur directio*[5]*, pure autem confitenti et ea penitus deserenti est misericordia repromissa, idcirco ego frater Petrus de Corbario, de ordine fratrum Minorum, sceleratissimus peccatorum, hoc considerans et attendens, volens in viam veritatis, quam inique deserui, dirigi et misericordiam et gratiam invenire, quamvis nuper Pisis existens, coram reverendis patribus domino Symone, archiepiscopo Pisano, et domino Guillelmo, episcopo Luchano, et discreto viro, magistro Raymundo Stephani, clerico papalis camere et apostolico nuntio, presentibus*[6] *multis prelatis aliis, ac religiosis, et nobilibus ac popularibus civitatis Pisane, errores meos et scelera spontanee cum ingenti cordis amaritudine confessus fuerim, et a prefatis archiepiscopo et episcopo, auctoritate apostolica per litteras apostolicas patentes eis in hac parte concessa, recepta prius confessione mea et abjuratione errorum meorum, et prestito juramento de stando et parendo mandatis apostolicis, beneficium*[7] *absolutionis habuerim ab omnibus sententiis juris et hominis, nichilominus tamen adhuc errores meos et scelera mea*[8] *in presentia sanctitatis vestre domini Johannis,*

1. propriis, D^1. — 2. brevitatis studio, D^1. — 3. doctrinam sapientis, *Bal.* — 4. occultatis, D^1; occultantis, D^2. — 5. denedictio, *Bal.* — 6. quoque, *ajouté par Bal.* — 7. beneficiis *(sic)*, D^1. — 8. *omis par* D^3.

superna providente clementia summi pontificis, veri et unici Domini nostri Jhesu Christi in terris vicarii, ac Ecclesie sacrosancte catholice, et in presentia vestri sacri[1] *collegii dominorum cardinalium constitutus, intendo et volo recognoscere et*[2] *abjurare errores meos et alia facere que vestra sanctitas duxerit ordinanda*[3].

≺ *In primis itaque confiteor et cum ingenti amaritudine animi recognosco quod, cum seductor ille scismaticus et hereticus manifestus Ludovicus de Bavaria, dudum jure, si quod sibi quesitum fuerat ex electione discordi de ipso in regem Romanorum celebrata, juste privatus fuisset per Sedem apostolicam et eamdem sanctitatem vestram, ac ut hereticus et fautor hereticorum notorius de multis heresibus et fautoriis hereticorum ac scismatibus*[4] *condempnatus, ad urbem Romanam*[5] *imbutus dyabolico spiritu pervenisset, religiosus vir minister Romane provincie ordinis fratrum Minorum ac dominus Johannes, Dei gratia Sancti Theodori dyaconus cardinalis, Sedis apostolice et sanctitatis vestre legatus, pro majori observatione interdicti, cui tunc erat per vos, sanctissime pater, subposita urbs predicta, ejusdem Ludovici adventu percepto, michi et aliis fratribus in eadem urbe morantibus sub virtute obedientie et excommunicationis penis, quas non parentes ipso facto incurrerent, publice injunxissent ut dictam urbem omnes et singuli exiremus, ego tamen*[6], *infelix peccator, preceptis hujusmodi non obstantibus, in eadem urbe, presente dicto pessimo heretico et scismatico Ludovico, et assistentibus ei pluribus aliis scismaticis et hereticis condempnatis et reprobatis per sanctitatem vestram et Ecclesiam sanctam Dei, pertinaciter remanere presumpsi et in ea, licet esset juste et sancte per vos ecclesiastico interdicto subposita, celebravi divina sepius, ymo, quantum in me fuit, verius prophanavi.*

≺ *Deinde, cum idem perfidus Ludovicus, datus in sensum reprobum, se de facto fecisset*[7] *in*[8] *imperatorem a certis Romanis*[9] *perfidis coronari, et contra vos, beatissime pater, dyabolicam et iniquissimam depositionis ymo verius*[10] *abusionis promulgasset sententiam et processus diversos temerarios, falsos*[11] *et injustos, meque ad quorumdam infidorum principalium Romanorum clericorum et laycorum instantiam, ejus sequacium*[12], *una cum certis*

1. sacri vestri, *Bal.* — 2. *omis par* D^1. — 3. ordinandum, D^2. — 4. scismaticis, D^2, D^3. — 5. Romam, *Bal.* — 6. *omis par Bal.* — 7. fecisse *(sic)*, D^1. — 8. *omis par* D^3. — 9. *omis par Bal.* — 10. vero, *Bal.* — 11. falsos et temerarios, *Bal.* — 12. secacium, *mss.*

de clero et populo perfidis ejus complicibus et fautoribus, ad hoc secum vocatis, in papam et summum pontificem, ymo verius antipapam dampnatum et pestiferum elegisset, ego miser inductus, ymo seductus[1] *suis et multorum tam clericorum quam laycorum, ejus fautorum et sequacium*[2] *dicte Urbis, precibus importunis et perniciosis instantiis ac infestis falso et erronee asserentium quod papam imperator deponere poterat et loco depositi alium ordinare, et quod per consequens eidem heretico et scismatico Ludovico, qui tunc in futurum et falsum imperatorem denuo se coronari de facto fecerat, et vos, pater beatissime, abusive deposuerat, hoc licebat, mea*[3] *superbissima elatione more Luciferi*[4] *ambitioneque dampnabili nichilominus excecatus*[5]*, hujusmodi electioni tam nephande quam reprobe, ymo nulli, malitiose consensum meum temerarium et omni pena dignissimum non erubui adhibere, ac subsequenter consecrari, ymo execrari ab heretico et scismatico Jacobo, dudum Castellano episcopo,*[6] *excommunicato et deposito, et coronari a dicto Ludovico de Bavaria, heretico, me permisi, licet ad eum, etiamsi verus imperator existeret, sicut revera non erat, egoque verus essem papa, sicut in veritate non eram, sed antipapa potius scismaticus, hereticus, et iniquus, nequaquam talis coronatio pertineret.*

< Item, quod cardinales, ymo verius anticardinales, et omnes officiales, quos verus papa est habere solitus, de facto ordinare presumpsi, bullamque more pape, licet essem reprobus et dampnatus, fieri feci et habui, eaque falso usus fui temere et inique.

< Et ut statum meum perversissimum[7] *et Ludovici predicti dampnati ac falsas opiniones heretici et scismatici Michaelis de Cesena*[8]*, dudum ministri*[9] *generalis ordinis fratrum Minorum, scilicet quod Christus et ejus apostoli, in hiis que habuisse dicuntur, non habuerunt nisi tantum usum facti simplicem, possem fortius et promptius stabilire, Dei timore postposito, extendens ad omnia illicita manus meas, processus et depositionis sententiam Ludovici, predicti heretici manifesti, contra vos, sanctissime pater, habitam et etiam fulminatam, supplens omnem defectum, si quis esset in ipsis, ex certa scientia et de plenitudine potestatis, non solum illos confirmare et mei scripti communire patrocinio non erubui, sed*

1. fui, *ajouté par Bal.* — 2. secacium, *mss.* — 3. in ea *(sic)*, D^1. — 4. Luciferum *(sic)*, D^1. — 5. execratus *(sic)*, D^1. — 6. et, *ajouté par* D^1. — 7. pravissimum, *Bal.* — 8. Ceva *(sic)*, D^2. — 9. minister *(sic)*, D^2.

etiam denuo sententiare, pronuntiare, declarare et predicare[1] *publice omnia et singula in dictis*[2] *processibus promulgata presumpsi. In quibus quidem processibus Ludovicus predictus pronuntiabat fore hereticum et Scripture sacre contrarium dicere quod Christus et apostoli, in hiis que habuisse leguntur, habuerunt aliud quam simplicem usum facti. Ex qua quidem pronuntiatione evidenter concluditur ipsum et me etiam, ex confirmatione, pronuntiatione et predicatione predictis, in dampnatam heresim per constitutionem vestram apostolicam de fratrum vestrorum promulgatam consilio incidisse. Et nichilominus ad diversos reges et principes meas litteras destinavi; per quas ad eorum notitiam deducebam quomodo vos, pater beatissime, cui multa falsa*[3]*, heretica et erronea in eisdem litteris imponebam*[4]*, suggerentibus dictis hereticis sceleratis*[5] *Ludovico ac Michaele, ac juxta votum suum ordinantibus, per eumdem Ludovicum ac per me fueratis depositus et sententialiter condempnatus, eosdem reges et principes exhortando nichilominus et rogando quod vobis tanquam pape non parerent in aliquo, nec favores aliquos exhiberent, sed contra vos, potius michi et dicto Ludovico preberent*[6] *auxilium et favorem.*

< *Nec hiis contentus, tam in Urbe quam in pluribus civitatibus et locis aliis clericos seculares et regulares compuli ut, non obstante interdicto cui per vos, sanctissime pater, erant subposita loca ipsa, in eisdem celebrarent, ymo verius, quantum erat in me, prophanarent divina.*

< *Tallias quoque in ecclesiis imposui, tam in Urbe quam alibi, pro quibus calicibus, ornamentis et nonnullis rebus aliis ipsas ecclesias spoliavi.*

< *Fideles insuper prelatos nonnullos et*[7] *alios*[8] *clericos, in dignitatibus et beneficiis aliis ecclesiasticis constitutos, suis*[9] *privavi prelationibus, dignitatibus et beneficiis aliis ecclesiasticis, in illis preficiendo vel hereticos vel*[10] *scismaticos vel eorum fautores, et plerumque non absque symoniaca pravitate; quibus etiam, illis scilicet quorum hoc*[11] *prelatio requirebat, de facto, cum de jure non possem, per me vel*[12] *alium munus consecrationis, ymo verius execrationis impendi. Contra fratres quoque Minores non parentes*

1. et predicare, *omis par* D^1, D^2, *Bal.* — 2. *omis par Bal.* — 3. flagella, D^1. — 4. subponebam, D^2. — 5. scelerate, D^2. — 6. sed contra... preberent, *passage omis par* D^3. — 7. ac, *Bal.* — 8. et alios, *omis par* D^1, D^2. — 9. suos *(sic)*, D^1, D^2. — 10. *omis par* D^1, D^2. — 11. hec, D^1. — 12. per, *ajouté par Bal.*

Michaeli predicto, tanquam generali ministro, qui tamen [1] *depositus erat* [2] *juste, et condempnatus de heresi, hereticus ac scismaticus declaratus* [3], *et alius per generale* [4] *capitulum concorditer in generalem* [5] *assumptus, et contra servantes interdicta per vos vel legatos seu officiales vestros alios promulgata utroque, spirituali videlicet et temporali, gladio procedere* [6] *non expavi, eidem Michaeli et sequacibus* [7] *suis hereticis et scismaticis impertiendo* [8] *injuste et temere auxilium et favorem, indulgentias insuper et dispensationes Sedi reservatas apostolice* [9] *concedendo de facto et etiam faciendo.*

< *Nonnullis quoque, qui pro pontificibus se gerebant, commisi ut sacros ordines celebrarent; in quibus ordinibus plures, ut credo, ad sacros ordines promoverunt temere, cum eis virtute prefate licentie non liceret.*

< *De Patrimonio quoque beati Petri in nonnullis locis ad tempus et interdum in* [10] *perpetuum disponere non expavi.*

< *Hec omnia et plura alia contra Deum et sanctam catholicam Ecclesiam ac vos, beatissime pater, verum et unicum Jhesu Christi vicarium, recognosco et confiteor nulla fore, et cassa et inania, velud ab illo* [11] *cui ea faciendi non competebat jus aliquod attemptata, quodque quantum ad me spectare potest, quatinus[que] processerunt de facto, revoco et nulla fore et fuisse pronuntio et declaro. Confiteor insuper me credere et tenere fidem illam quam sancta romana Ecclesia tenet ac vos, pater sanctissime* [12], *tenetis, predicatis atque docetis.*

< Post hec [13] autem facta confessione predicta in judicio, abjuravit omnes et singulos errores et articulos erroneos expressim et singillatim [14], et juravit parere mandatis Ecclesie et domini pape, petens misericordiam et absolutionem a vinculis excommunicationum et reintegrari ecclesiastice unitati, a [15] qua deviaverat. Fuitque per eumdem dominum papam absolutus et reintegratus ecclesiastice unitati, reservata ordinatione et declaratione penitentie sibi injungende [16] pro premissis. De quibus [omnibus] et singulis fuerunt ad eternam rei memoriam facta publica instru-

1. tum, *Bal.* — 2. depositurus, D^1. — 3. hereticus ac scismaticus declaratus, *mots omis par* D^2. — 4. generalem *(sic)*, D^2. — 5. in generalem concorditer, *Bal.* — 6. *omis par* D^2. — 7. secacibus, *mss.* — 8. in percipiendo *(sic)*, D^1. — 9. apostolice reservatas, *Bal.* — 10. ad, D^2. — 11. eo, D^1. — 12. pater beatissime, *Bal.*— 13. Postea *au lieu de* Post hec, D^1.— 14. singulatim, *Bal.*— 15. *omis par* D^3. — 16. injuncte, D^2, *Bal.*

menta. (Datum Avinioni, VIIJ ydus [6] septembris, pontificatus prefati domini nostri pape anno XV, dominice incarnationis MCCCXXX.) Quibus peractis prefatus Petrus fuit clementer et misericorditer susceptus ad penitentiam et positus in decenti custodia ad cautelam, ut probaretur an ambularet in tenebris vel in luce. Ibique hodie quo hec scripsimus [1] tractatur [2] ut familiaris, sed custoditur ut hostis. >

1. scribimus, *Bal.*; hodie quo hec scripsimus, *mots omis par* D^2. — 2. tractatus, D^1.

TERTIA VITA

JOANNIS XXII

(excerpta ex chronicis quae nuncupantur *Flores chronicorum* seu *Cathalogus pontificum romanorum*)

AUCTORE BERNARDO GUIDONIS

EPISCOPO LODOVENSI

Johannes XXIJ, de Caturco [1] civitate oriundus, ex patre Arnaldo, fuit electus in summum pontificem VIJ ydus [7] augusti, in sabbato, anno Domini MCCCXVJ, in conventu fratrum Predicatorum Lugduni, ubi cardinales XXIIJ numero, postquam a Carpentorate civitate, ob gravem et grandem turbationem commotam [2], a conclavi, quod prius intraverant, exeuntes discesserant, et [3] dispersi in diversis civitatibus et villis steterant [4] annis amplius quam duobus, tandem congregati fuerunt pariter et inclusi diligentia, arte et ingenio domini Philippi, tunc comitis Pictavensis, germani regis Francie Ludovici, cui successit in regno Francorum [5],

1. Caturca, *D.* — 2. *omis par H ; au lieu de* commotam *Bal. met* et commotionem. — 3. sunt, *B.* — 4. *omis par J.* — 5. Francie, *Bal.*

Désignation des manuscrits employés :

B = Bibliothèque nationale de Paris, ms. latin *4976*, fol. 117 r°-119 r°.
C = Bibliothèque nationale de Paris, ms. latin *4983*, fol. 151 v°-154 r°.
D = Bibliothèque nationale de Paris, ms. latin *4982*, fol. 119 v°-122 r°.
E = Bibliothèque de la ville de Toulouse, ms. *450*, fol. 145 v°-148 r°.
F = Bibliothèque nationale de Paris, ms. latin *4976 A*, fol. 114 r°-117 r°.
H = Bibliothèque nationale de Paris, ms. latin *4977*, fol. 88 v°-92 r°.
I = Bibliothèque nationale de Paris, ms. latin *4975*, fol. 87 v°-91 v°.
J = Bibliothèque nationale de Paris, ms. latin *4979*, fol. 56 v°-60 v°.

Les signes ≺ et ÷ ont été employés pour distinguer entre elles les éditions des *Flores chronicorum.*

qui ad hoc antea anno fere dimidio laboraverat multis modis, cum non potuissent in unum locum alias congregari. Et XL[a] die ab inclusione ipsorum, que facta fuit in vigilia apostolorum [1] Petri et Pauli [28 junii], ipsis tamen quod tunc deberent includi penitus nescientibus pariter [2] et invitis, tandem tractatu prehabito in prefatum dominum Johannem omnes [3] pariter consenserunt. Erat autem cardinalis episcopus Portuensis, et Jacobus vocabatur, sed Johannes exinde [4] vocatum est nomen ejus. Fuitque coronatus more pontificum romanorum cum honore sollempni nonis [5] septembris, dominica prima ejusdem mensis, Lugduni, in ecclesia cathedrali [5].

Hic prius fuit [6] episcopus Forojuliensis in provincia Aquensi annis XJ et, inde [7] translatus, factus fuit episcopus Avinionensis per Clementem papam V anno Domini MCCCX, ac deinde assumptus fuit in cardinalem per eumdem Clementem papam [8] sabbato in jejuniis IIIJ[or] temporum Adventus [23 decembris], anno Domini MCCCXIJ, apud Avinionem, ubi tunc curia morabatur, et tandem ex cardinalatu [9] assumptus est ad papatum.

De Lugduno vero circa finem mensis septembris [10] [25] sabbato recedens, pervenit Avinionem, secunda die mensis octobris in sabbato [11], ubi prius futuram curiam publice fecerat proclamari.

Hic fecit unam ordinationem [12] octo cardinalium, quos assumpsit apud Avinionem feria VJ[a] in jejuniis IIIJ[or] temporum Adventus Domini [13], scilicet XVJ [14] kalendas januarii [15] [17 decembris], anno Domini MCCCXVJ, quorum sunt nomina que secuntur : dominus [16] Bertrandus [17] de Castaneto, dudum Albiensis, tunc vero Aniciensis episcopus [18], quem fecit episcopum Portuensem, et nichilominus episcopatum Aniciensem tenendum commendavit eidem, anno XLJ episcopatus sui tunc fere completo; item dominus Jacobus de Via, de Caturco civitate, nepos pape ex sorore, electus tunc Avinionensis, quem fecit presbiterum cardinalem tituli Sanctorum Johannis et Pauli, et sibi episcopatum Avinionensem tenendum pariter [19] commendavit; item dominus Gaucelmus Johannis,

1. *omis par D.* — 2. *omis par J.* — 3. *omis par B.* — 4. *omis par J.* — 5. in ecclesia cathedrali, *omis par J.* — 6. Hic fuit prius, *J.* — 7. deinde, *I;* exinde, *Bal.* — 8. V, *ajouté par D;* papam, *omis par Bal.* — 9. cardinalatus, *D.* — 10. octobris, *D.* — 11. octobris in sabbato, *omis par D.* — 12. coronationem *(sic)*, *J.* — 13. *omis par Bal.* — 14. XVIJ *(sic)*, *B.* — 15. Adventus Domini, scilicet XVJ kalendas januarii, *omis par J.* — 16. *omis par B.* — 17. Bernardus, *H*, *Bal.* — 18. *omis par B.* — 19. *omis par J.*

de Caturco civitate, tunc vicecancellarius, presbiter cardinalis tituli Sanctorum Marcellini et Petri; item dominus Bertrandus de Pogeto, de Castro Novo Raterii [1], dyocesis Caturcensis, presbiter cardinalis tituli Sancti Marcelli; item dominus [2] Bertrandus de Monte Faventio [3] de predicto Castro Novo Raterii, dyaconus cardinalis tituli Sancte Marie in Aquiro; item dominus Petrus de Reblayo [4], Gallicus, cancellarius regis Francie, [5] tituli Sancte Susanne presbiter cardinalis; item dominus Galhardus de Mota [6], Vasco natione, domini Clementis pape quinti quondam ex nepte [7] nepos, dyaconus cardinalis tituli Sancte Lucie; item dominus Johannes Gaietani, natione Romanus, de Ursinis, dyaconus cardinalis tituli [8] Sancti Theodori [9].

Item canonizavit et sanctorum confessorum cathologo [10] annotavit sanctum Ludovicum episcopum Tholosanum, [11] filium quondam Karoli secundi Scicilie regis, VIJ ydus [7] aprilis, apud Avinionem [12], anno Domini MCCCXVIJ.

Item deposuit < a pontificali ordine ac dignitate [13] > episcopum Caturcensem Hugonem Geraldi, ablatis ab eodem omnibus pontificalibus insigniis, videlicet anulo, atque mitra, et capa, cum romana camisia et birreto; sicque relictus < primo [14] > in simplici habitu clericali, fuit adjudicatus perpetuo carceri IIIJ^{a} die mensis maii, apud Avinionem, anno Domini MCCCXVIJ. ÷ Postmodum [15] vero extitit in forma a jure tradita actualiter degradatus per cardinalem episcopum Tusculanum ÷; < sicque ultimo degradatus fuit traditus [16] curie seculari; per cujus judicium fuit tractus

1. Pojeto, Ratensis, *D.* — 2. *omis par B.* — 3. Favesio, *H.* — 4. Arablayo, *D.* — 5. tunc, *ajouté par J.* — 6. Monte, *F.* — 7. nepote, *B, I.* — 8. *omis par B, F, Bal.* — 9. *après* Theodori *Baluze insère un paragraphe qui n'existe pas dans les manuscrits* : Eodem anno MCCCXVJ, Philippus, predictus comes Pictavensis, frater Ludovici regis Francie et Navarre, tunc defuncti, fuit coronatus et inunctus in regem Francie v idus [9] januarii. — 10. cathalogo confessorum, *D.* — 11. ordinis fratrum Minorum, *ajoutés par D.* — 12. apud Avinionem, *omis par J.* — 13. Item deposuit a sacerdotali et pontificali ordine ac dignitate, *B, C;* Item deposuit a sacerdotali ac pontificali ordine episcopum, *D;* Item deposuit a pontificali ordine et dignitate, *Bal.* — 14. *omis par B, D; ajouté postérieurement dans C.* — 15. Qui postmodum relictus curie seculari fuit per ejusdem curie judicium tractus atque coriatus et combustus, *B;* Postmodum vero extitit degradatus; quam degradationem cum sollempnitate juris, quam decuit, fecit cardinalis episcopus Tusculanus; sicque..., *sur un grattage et en marge dans C; D;* Postmodum vero extitit actualiter degradatus in forma, a jure tradita, per cardinalem episcopum Tusculanum; sicque..., *sur un grattage dans E.* — 16. traditus fuit, *D.*

publice, et in aliqua [1] parte corporis excoriatus, et demum combustus in mense julii subsequenti, quia, sicut dictum fuit [2], in mortem summi pontificis fuerat machinatus. >

Anno Domini MCCCXVIJ, circa festum sancti Johannis Baptiste [20 junii], fecit cardinalem dyaconum Sancti Eustachii dominum Arnaldum de Via, suum ex sorore nepotem, loco domini Jacobi de Via, germani sui [3], presbiteri cardinalis, qui [4] octava die obierat precedenti [5].

Eodemque anno, tam in mense julii quam [6] augusti, cathedralem Sancti Stephani ecclesiam [7] Tholosanam erexit in archiepiscopalem sedem, primumque archiepiscopum instituit in eadem dominum Johannem de Convenis, quem transtulit de Magalonensi sede in novam metropolim [8] Tholosanam. Episcopus vero Tholosanus sine episcopatu remansit; cui postmodum de Regensi [9] episcopatu idem dominus papa providit, quem noluit acceptare. Dyocesim vero Tholosanam, que in redditibus episcopalibus plurimum habundabat, in sex episcopatus divisit, quorum episcopi essent suffraganei archiepiscopi Tholosani; sexque [10] villas in novas civitates erexit, videlicet villam Montis Albani, [11] villam de Rivis, villam et abbatiam de Lomberiis, villam de Sancto Papulo [12], villam de Vauro, villam de Mirapisce, episcopos ac episcopales sedes constituens [13] in singulis earumdem; fueruntque consequenter jussu et ordinatione summi pontificis dyoceses certis terminis limitate.

Item in archiepiscopatu [14] Narbonensi duos episcopatus fieri ordinavit, quorum primum et prius posuit in Lymoso, et episcopum instituit in eodem, sed paulo post sedem inde transtulit ad abbatiam de Electo; secundum vero episcopatum instituit [15] infra annum et sedem ejus posuit in abbatia Sancti Pontii; fueruntque limitate dyoceses consequenter.

Item episcopatum Albiensem divisit in duos, episcopalem sedem constituens [16] in abbatia monachorum apud Castras, villam Castrensem in novam erigens civitatem.

Item episcopatum Agennensem divisit in duos; villamque Condomiensem in novam erigens civitatem, episcopalem sedem posuit

1. sui, *ajouté par Bal.* — 2. fuit dictum, *I.* — 3. *omis par Bal.* — 4. quasi, *ajouté par D, J.* — 5. precedenti obierat, *Bal.; lege* XIII junii. — 6. in mense, *ajouté par J.* — 7. cathedralem ecclesiam Sancti Stephani, *Bal.* — 8. civitatem, *ajouté par D.* — 9. Regenensi, *B.* — 10. sicque, *E.* — 11. et, *ajouté par J.* — 12. Pabulo, *J.* — 13. instituens, *D.* — 14. episcopatu, *D.* — 15. instituit episcopatum, *Bal.* — 16. instituens, *J, Bal.*

in abbatia Sancti Petri de Condomio; fuitque consequenter dyocesis limitata.

Item in episcopatu Lemovicensi alium fieri ordinavit, episcopumque et sedem episcopalem [1] constituit [2] in abbatia Tutellensi [3], novam ibidem [4] erigens civitatem.

Item in episcopatu Petragoricensi in villa de Sarlato modo consimili novam [5] erigens civitatem, in abbatia instituit novam sedem.

Item in episcopatu Claromontensi in villa Sancti Flori novam erigens civitatem, consimiliter instituit novam sedem.

Item in episcopatu Ruthenensi episcopatum [6] alium ordinavit, sedemque ejus posuit in abbatia ac villa [7] de Vabrio [8], eamdem in novam erigens civitatem.

Item in episcopatu Pictavensi duos episcopatus alios [9] instituit, sedem propriam et dyocesim novam cuilibet designando [10]. In abbatia siquidem de Mallesio sedem esse [11] constituit, et Malleacensis dyocesis appellatur [12]. In villa vero de Lucionio in abbatia sedem posuit, et [13] inde Lucionensis dyocesis nominatur [14].

Item in nonnullis villis de Tholosano, et Carcassesio et Albigesio et alibi [15] > fecit et constituit [16] collegiatas ecclesias canonicorum secularium cum dignitatibus et prebendis, congruis redditibus singulis ecclesiis assignatis. In Monte Albano collegiatam ecclesiam instituit, cui preesset decanus, et tam ipse quam canonici ejusdem ecclesie una cum monachis abbatie ad electionem faciendam de episcopo convenirent. Item in Castro Novo de Arrio collegiatam ecclesiam instituit, que decanum haberet, et tam ipse quam canonici ejusdem ecclesie una cum monachis abbatie [17] Sancti Papuli [18] concurrerent ad electionem episcopi celebrandam. Item in villa de Burlato Albigesii collegiatam ecclesiam constituit [19] pari modo [20] cum canonicis et decano, jusque eligendi episcopum Castrensem una cum monachis eisdem [21] contulit et concessit. Item in villa Sancti Felicis, dyocesis Tholosane, collegiatam ecclesiam instituit [22] cum decano et canonicis et [23] prebendis. Item in villa de Insula

1. episcopalem sedem, *Bal.* — 2. *omis par J.* — 3. Tullensi *(sic)*, *D.* — 4. ibi, *D.* — 5. ibi, *ajouté par D.* — 6. *omis par J.* — 7. ac villa, *omis par Bal.* — 8. Valbrio, *B ;* Valbruo, *F.* — 9. alios episcopatus, *Bal.* — 10. assignando, *Bal.* — 11. ejus, *H.* — 12. nominatur, *I.* — 13. *omis par Bal.* — 14. appellatur, *F ;* In villa vero de Lucionio... nominatur, *phrase omise par I.* — 15. *omis par B, C, D, E, F, H.* — 16. instituit, *Bal.* — 17. *omis par B, C, E, F, H, I, J.* — — 18. Pauli *(sic)*, *B.* — 19. instituit, *J.* — 20. pari modo instituit, *Bal.* — 21. *omis par H ;* eidem *(sic)*, *D.* — 22. constituit, *J.* — 23. cum, *C, J.*

Jordani collegiatam ecclesiam instituit, que decanum haberet et canonicos cum prebendis. Item in villa Montisregalis, Carcassonensis dyocesis, collegiatam ecclesiam ordinavit cum decano et canonicis et prebendis [1]. Item in ecclesia [2] Sancti Pauli de Fenolhedesio, dyocesis Electensis, instituit collegiatam ecclesiam cum decano et [3] canonicis et prebendis, jusque eligendi Electensem episcopum una cum monachis de Electo eos habere voluit et decrevit.

< Item pontificatus sui anno secundo, sub anno Domini MCCCXVIJ, edidit declarationem rationabilem, cujus tenor incipit *Sedes apostolica*, ad dubitationis scrupulum amovendum quid censendum sit et tenendum quoad beneficia vacatura, per litteras apostolicas [4] impetrata, in memoratis dyocesibus prius integris et postmodum subdivisis, ac etiam quoad litteras apostolicas justitiam continentes in eisdem dyocesibus impetratas.

< Item [1317] edidit salubre statutum, cujus tenor incipit *Suscepti regiminis*, circa perceptionem fructuum primi vel secundi aut alterius cujuscumque sequentis anni beneficiorum vacantium, rationabili libre [5] moderamine dividendam inter illos quibus dudum de consuetudine, privilegio vel statuto applicabantur [6] in totum et illos qui beneficia ipsa [7] optinent, ad quos alias de jure fructus ipsi spectare deberent, ut tam hii quam illi in fructuum predictorum perceptione participent, et ecclesie debitis servitiis non fraudentur.

< Item [1317] edidit sacram constitutionem, cujus tenor incipit *Execrabilis quorumdam*, contra excecrabilem abusum habendi ab uno in diversis ecclesiis et partibus plures [8] dignitates, personatus [9], officia, seu prioratus, aut diversa beneficia ecclesiastica curam habentia animarum, per quam talium ambitio cupida et insatiabilis debito moderamine regulatur, et effrenata multitudo statuto salubri edito refrenatur [10]. >

Item anno Domini MCCCXVIJ, mense novembris [11], fecit publicari et sub bulla sua ad generalia studia destinari constitutiones quas dominus [12] Clemens, predecessor ejus, fecerat tam in Viennensi

1. Item in villa Montisregalis... prebendis, *phrase placée après la suivante par Bal.* — 2. villa, *F.* — 3. *omis par D.* — 4. *omis par Bal.* — 5. libri, *D.* — 6. applicabuntur, *H.* — 7. ipsa beneficia, *Bal.* — 8. *omis par D.* — 9. prebendatus, *Bal.* — 10. *les trois paragraphes précédents n'existent ni dans B ni dans F ; ils ont été ajoutés postérieurement en marge dans C et E.* — 11. novembri, *Bal.* — 12. *omis par D.*

concilio quam ante et post, que nondum fuerant ad generalia studia destinate, sed usque tunc steterant in suspenso.

Anno Domini MCCCXVIJ, dominus Johannes papa XXIJ post gravem [1] dissensionem et turbationem subortam in ordine Grandimontensi, ipsum antiquum ordinem reformando in aliquibus, prout sequitur, innovavit. Ordinavit siquidem et statuit [2] ut ipsa domus Grandimontis [3], que totius ordinis noscitur esse capud, priorisque ac prioratus nomine a sui initio regebatur, deinceps abbatis et abbatie titulo et vocabulo censeatur, et abbatis electio pertineat ad conventum. De reliquis vero domibus totius ordinis [4], que in diversis partibus et regionibus plures erant, sic extitit ordinatum ut XXXIX prioratus collegiati in locis seu domibus [5] potioribus fierent, et facti sunt ex eisdem, in quorum singulis eligerentur priores singuli a collegio, et ad [6] abbatem [7] Grandimontensem, tamquam ad superiorem suum, eorum [8] confirmatio pertineret. Relique vero domus fuerunt [9] unite singulis prioratibus et subjecte, nonnullis tamen abbati et abbatie Grandimontensibus [10] sine medio reservatis. Item tribus [11] visitatoribus ordinis ab antiquo institutis unum superaddidit [12], et quatuor esse deinceps statuit [13] et decrevit. Hec autem cum quibusdam aliis circa dictum ordinem ad ejus reformationem rationabiliter sunt provisa, ut obviaretur frequentibus scandalis et in distribuendis domibus et instituendis rectoribus earumdem maturitas gravior et major equalitas servaretur, et voluntatum partialitas vitaretur [14], quando non per unius hominis voluntatem, sicut prius, sed per communem electionem plurium [15] canonice fieret provisio de personis et in beneficiorum distributione personarum merita pensarentur et vigeret amplius correctio in ordine, tam in capite quam in membris, ubi plures essent occuli vigilantes. Acta sunt hec anno Domini [16] pretaxato, pontificatus vero memorati [17] domini Johannis pape anno secundo, elapsis jam tunc temporis annis CCXL ab exordio ordinis computando, quo beatus Stephanus, primus ejus [18] institutor et fundator, primum advenit ad heremum de Mureto; quod quidem [19] fuit

1. gravamen *(sic)*, *J.* — 2. et statuit, *omis par Bal.* — 3. Grandimontensis, *Bal.* — 4. totius ordinis, *omis par J.* — 5. *omis par B.* — 6. *omis par B.* — 7. ab abbate *(sic)*, *I.* — 8. *omis par J.* — 9. fierent, *Bal.* — 10. Grandimontensi, *Bal.* — 11. *omis par B.* — 12. superaddit, *B.* — 13. instituit, *J.* — 14. intraretur *(sic)*, *H.* — 15. plurimi *(sic)*, *H.* — 16. MCCCXVIJ, *ajouté par Bal.* — 17. vero memorati, *omis par Bal.* — 18. ejusdem, *D*, *E*, *H.* — 19. *omis par H.*

anno Domini MLXXVJ, sicut in gestis ejusdem sancti[1] Stephani plenius scribitur et habetur[2].

Anno Domini MCCCXVIIJ, in mense augusti[3], memoratus[4] dominus Johannes papa archiepiscopatum Terrachonensem[5], unicum tunc in regno Aragonie, divisit et constituit esse duos, episcopalem sedem Cesaraugustanam in archiepiscopalem erigens pro secundo, quinque sibi suffraganeis episcopis designatis, ex illis XJ quos prius Terrachonensis metropolis optinebat, sex sibi tantum suffraganeis reservatis.

Anno dominice incarnationis MCCCXIX, pridie ydus [14] martii, idem dominus papa pontificatus sui anno IIJ, de fratrum suorum[6] consilio instituit novum ordinem militum, qui dicerentur de militia Jhesu Christi, in regnis Portugalie et Algarbii, ad resistendum in illis partibus Sarracenis[7] pro defensione fidei et christianorum; cujus ordinis capud seu domum principalem esse constituit in castro Marino, Silvensis dyocesis[8]. Concessitque et donavit dominus papa militibus dicti ordinis[9] bona omnia cum pleno jure que fuerunt[10] ordinis quondam Templi in predictis regnis; accedente ad premissa beneplacito et consensu regis Portugalie et[11] Algarbii[12], qui predictum castrum eidem ordini, munificentia regia, contulit et concessit, Sede apostolica confirmante. Ordo vero predictus debet vivere et militare Deo pro defensione fidei et infidelium inpugnatione secundum regulam et instituta ordinis Calatravensis, et quando opus fuerit, debet visitari,[13] corrigi et reformari, tam in capite quam in membris, per abbatem monasterii de Alcobacia, Cisterciensis ordinis, dyocesis Ulixbonensis. De premissis vero et de forma juramenti prestandi pro tempore regi Portugalie per magistrum ejusdem ordinis, necnon et abbati prefato, nomine romane Ecclesie, ac etiam de aliis conditionibus et circumstantiis appositis et servandis, in litteris apostolicis inde confectis seriosius ac plenius continetur. Actum Avinioni ad perpetuam rei memoriam[14].

< Item anno Domini MCCCXIX[15], estatis tempore, veterem abbatiam Montis Cassini, Sancti Benedicti abbatis, in novam episco-

1. *omis par B.* — 2. et habetur, *omis par B ;* continetur et habetur, *Bal.* — 3. *lege* julii. — 4. *omis par Bal.* — 5. Tharaschonensem, *B ;* Terraschonensem, *D.* — 6. *omis par B, C, D, E, H, I, J.* — 7. *omis par D.* — 8. *omis par J.* — 9. militibus dicti ordinis, *omis par B ;* dicti ordinis, *omis par Bal., E.* — 10. fuerant, *Bal.* — 11. Portugalie et, *omis par Bal.* — 12. Algarbie, *Bal.* — 13. et, *ajouté par J.* — 14. *ici finit B.* — 15. *la bulle d'érection est du 2 mai 1322.*

palem sedem erexit, eidem de primo episcopo, suo tempore, provisurus.

< Item anno Domini MCCCXX, xv kalendas mayi [17 aprilis], apud Avinionem canonizavit et sanctorum confessorum [1] cathalogo annotavit, cum sollempnitate in hujusmodi consueta, sanctum Thomam, episcopum Herfordensem, a transitu ejus anno XXXVIIJ. Qui fuit vir [2] nobilis genere, nobiliorque vita et moribus, preditus scientia et doctrina, doctor in decretis, et magister in theologica [3] facultate. Cujus preclara et ingentia merita ingens fama virtutum tam precedentium quam sequentium miraculorum longe lateque declarat [4], non solum in beneficiis et remediis sanitatum, verum etiam [5] in pluribus mortuis ejus meritis suscitatis, in quibus mirificavit Dominus sanctum suum, et colendum exhibuit universis [6]. >

< Item [7] eodem anno [1320], in mense maii, fuit pax et concordia reformata pariter et firmata Parisius inter regem Francie Philippum, ex parte una [8], et Robertum seniorem comitem et [9] communitates Flandrie comitatus [10], ex altera. Dictusque comes Flandrie fecit regi homagium personaliter, fidelitatemque promisit ut domino; et communitates villarum per procuratores ydoneos, scilicet [11] cum sufficienti mandato, homagium fidelitatemque regi similiter promiserunt, pactis et conditionibus hinc inde habitis que in forma pacis plenius continentur [12], interveniente pro majori federe matrimonio filie regis, nomine Margarite, vix octennis [13], cum Ludovico filio primogenito [14] Ludovici, comitis Nivernensis, filii primogeniti prefati Roberti comitis Flandrie senioris, ÷ in sequenti mense julii Parisius nuptiis sollempniter celebratis [15] ÷, in pactis inter cetera hoc adjecto quod prefatus Ludovicus [16], filius primogenitus Ludovici comitis Nivernensis, debeat succedere in Flandrie comitatu [17]. Guerra autem inter partes predictas antea excanduerat [18] annis amplius quam XX cum multis dampnis et jacturis rerum et corporum hinc inde illatis [19] et cum multa effusione humani sanguinis in bellis et preliis. Multi quoque [20]

1. *omis par D.* — 2. *omis par F.* — 3. theologia, *I.* — 4. declarant, *C, Bal.* — 5. esse, *D.* — 6. *ici finit C.* — 7. in, *ajouté par Bal.* — 8. una parte, *F, J.* — 9. ac, *F, G, Bal.* — 10. comitatus Flandrie, *F, Bal.* — 11. *omis par F, J, Bal.* — 12. continetur, *J.* — 13. octenni, *mss.* — 14. primogenito filio, *Bal.* — 15. in sequenti mense julii Parisius nuptiis sollempniter celebratis, *mots omis par D.* — 16. *omis par H.* — 17. etc., *ajouté par D.* — 18. duraverat, *Bal.* — 19. *omis par H.* — 20. que, *D.*

tractatus et colloquia et interdum treuge precesserunt; quorum omnium finis extitit pax, ut premittitur, reformata, cooperante ad hoc sollicitudine diligenti, ac labore et ministerio domini Gaucelmi [1] Johannis, presbiteri cardinalis, ad partes illas per dominum Johannem papam XXIJ hac de causa specialiter destinati [2]. >

< Anno Verbi incarnati [3] MCCCXX, nova quedam pestis in regno Francie est exorta [4], cui consimilis reperitur in cronicis, elapsis jam annis LXX [5], alias contigisse. Que ideo futuris temporibus scribitur memoranda ut ex eventu preteritorum malorum pericula similia a posteris evitentur, et dum oriri ceperint, in suo mox ortu eis obvietur, et per principum et presidentium tam providentiam quam potentiam comprimantur. Subito siquidem insurrexit quedam congregatio hominum simplicium [6] promiscui sexus, qui se Pastorellos vocare [7] ceperunt, confingentes se zelum habere et animum transfretandi ad recuperandum Terram Sanctam, nullum habentes super se ducem aut principem nec aliquem navigii apparatum. Crescebantque [8] numero et multiplicabantur cotidie paulatim; addebanturque ad eos inopes et alii [9] vagi viri et mulieres velamen querentes malitie libertatem; euntesque ibant de loco ad locum, petentes sibi prestari subsidium sub specie pietatis, arte et genere mendicandi; et dabantur eis victualia habundanter. Insonuitque rumor eorum in toto regno Francie et alibi extra regnum. Quibus favor populi non modicum prebuit incentivum, non dijudicans neque previdens pericula in futurum, dicentibus simplicibus rem a Deo fieri, ut per eos excitaretur et promoveretur fieri generale passagium transmarinum [10]. Videntes autem pastorelli turbam suam crescere cotidie et augeri, ausi sunt temeraria aggredi; fueruntque inter eos nonnulli in malitia et astutia acriores. Et ut eorum favor amplius cresceret in populo, et zelus aliqualiter appareret, communem fecerunt vocem ut omnes Judei, ubicumque reperirentur, qui nollent baptizari, interficerentur ab eis, nullo alio judicio preeunte; quod et opere impleverunt. Perquirentesque Judeos in civitatibus, castris et villis, et nolentes baptizari absque omni judicio trucidabant, bona eorum diripientes et suis usibus

1. Gandecelmi, *D.* — 2. *Après* destinati *D met* Deo gratias. Finito libro sit laus et gloria Christo, *mots qui ont disparu dans les éditions subséquentes;* Item eodem anno, in mense maii... destinati, *tout le paragraphe est omis par I.* — 3. incarnationis, *H.* — 4. suborta, *Bal.* — 5. LXXX, *Bal.* — 6. *omis par Bal.* — 7. vocari, *F.* — 8. in, *ajouté par Bal.* — 9. alias, *Bal.* — 10. ultramarinum, *Bal.*

applicantes; factaque est strages Judeorum grandis ab eis in regno Francie, et specialiter in provincia Burdegalensi et in partibus Vasconie, et in provincia Tholosana et in dyocesibus Caturcensi et Albiensi. Crevitque[1] tantum in pejus[2] eorum numerus et dementia quod etiam ipsis communitatibus villarum et castrorum, et rectoribus et[3] presidentibus in eisdem, et principibus, et prelatis ac divitibus terrorem sui nominis et formidinem incusserunt. Castrumque Verduni[4] Regis in dyocesi Tholosana, in quo Judei confugerant, ut eos inde extraherent, obsederunt. Et in ipsa civitate Tholosana suam vesaniam, connivente et favente vulgo, exercentes, Judeos una die subito trucidarunt, regalis curie et consulum potentia non obstante. In ipsa quoque civitate Parisiensi prius signa sue[5] dementie erigentes, preposito Parisiensi et servientibus regalis curie publice[6] restiterunt, nec ab inceptis ausibus destiterunt, sic quod proficientes in pejus, videntes nomen suum esse majoribus ad terrorem, et favorem sibi a pluribus etiam personis gravibus exiberi, amplius in malitia gloriantes et mala malis accumulantes, quamplures profugi et latrunculi additi sunt ad eos; et facta est turba turbans pariter et turbata, ita ut auderent invadere et predari. Ceperunt[7] autem vix tandem presidentes et rectores communitatum villarum et locorum eis vias precludere et obsistere, et fortalitia contra eos claudere et munire. Et nisi providentia[8] et potentia majorum de populo obstitisset, procedebant versus romanam curiam apud Avinionem, ubi eorum fama per infamiam ad ipsum dominum papam et cardinales advenerat, et a prelatis et majoribus eorum insania plurimum timebatur; quia, ubicumque venirent, habebant fautores plurimos[9], qui rem a Deo fieri credebant aut se credere simulabant. Fuitque detectum postmodum per nonnullos ÷ ex[10] ÷ eis quod in clerum[11] et religiosos habentes divitias insurgere et eorum bona diripere disponebant. Sed preclusa est via eorum[12] malitie ipso anno, tempore autumpnali; nec potuerunt ultra Carcassonam progredi[13], ubi capti fuerunt plurimi et suspendio elevati. Et deinde in Tholosano territorio plures capti sunt et suspensi; et alii aufugerunt et dispersi sunt. Et sic dissipati sunt, nec compuncti. Et quasi in momento

1. que, *omis par H.* — 2. impius, *au lieu de* in pejus, *H.* — 3. in, *F.* — 4. Virdunum, *Bal.* — 5. *omis par H.* — 6. *omis par Bal.* — 7. que, *ajouté par F.* — 8. prudentia, *F, H, J, Bal.* — 9. *omis par Bal.* — 10. de, *E.* — 11. cleros, *I.* — 12. ipsorum, *Bal.* — 13. transgredi, *F.*

tanquam cucurbita exorti sunt, sed ad solis radios arente radice subito aruerunt, et tanquam fumus evanuerunt.

< Anno Domini MCCCXX, XIIIJ kalendas januarii [19 decembris], feria VI[a] in jejuniis quatuor temporum in Adventu [1], dominus papa fecit unam ordinationem [2] VIJ cardinalium, quos assumpsit. Quibus postmodum singulis singulos titulos assignavit : videlicet dominum Reginaldum la [3] Porta de Alassaco, Lemovicensis dyocesis, archiepiscopum Bituricensem, cui datus est titulus presbiteri cardinalis Sanctorum Nerei et Achillei; dominum fratrem Bertrandum de Turre, de Cambolito, dyocesis Caturcensis, de ordine fratrum Minorum, magistrum in theologia, archiepiscopum Salernitanum, cui datus est titulus presbiteri cardinalis Sancti Vitalis; dominum Petrum de Prato, dyocesis Caturcensis, archiepiscopum Aquensem, cui datus est titulus presbiteri cardinalis Sancte Potentiane [4]; dominum Symonem de Archyaco, dyocesis Sanctonensis [5], electum Viennensem, cui datus est titulus presbiteri cardinalis Sancte Prisce; dominum Pilumfortem de Rapistagno, de Sancto Georgio prope Tarnum [6], dyocesis Albiensis, episcopum Rivensem, cui datus est titulus presbiteri cardinalis Sancte Anastasie; dominum Petrum Textoris de Sancto Antonino, dyocesis Caturcensis, viccecancellarium curie romane, cui datus est titulus presbiteri cardinalis Sancti Stephani in Celiomonte; dominum Bertrandum [7] Rufli, de Caturco civitate [8], cui datus est titulus dyaconi [9] cardinalis Sancte Marie in Cosmidin [10]. >

< Anno Domini MCCCXXJ, agente actore et amatore salutis humane, fuit detecta ac deprehensa [11] concepta nequitia leprosorum contra sanos in regno Francie. Machinantes siquidem in salutem populi [12], male sani in corpore et insani mente disposuerant ut aquas fluminum [13] et fontium atque puteorum ubique [14] inficerent, appositis venenosis et infectis atque inficientibus confectis pulveribus in eisdem, ut homines sani, bibentes ex eis aut utentes eisdem aquis sic infectis [15], efficerentur leprosi aut morbidi, aut penitus necarentur; sicque leprosorum numerus augeretur et sani deficerent. Et quod dictu incredibile videbatur, in villarum et castrorum

1. Adventus Domini, *Bal.* — 2. ordinationem unam, *Bal.* — 3. de, *I.* — 4. *lege* Pudentiane. — 5. *lege* Xanctonensis. — 6. fluvium Tarni, *Bal.* — 7. *lege* Raimundum, *Bal.* — 8. *omis par Bal.* — 9. presbiteri *(sic)*, *Bal.* — 10. *lege* Cosmedin; *ici finit E.* — 11. depressa, *Bal.* — 12. contra salutem populi, *mis par Bal. après* mente. — 13. fluvium, *I.* — 14. *omis par Bal.* — 15. sic infectis, *omis par Bal.*

dominium aspirabant, jamque inter se diviserant locorum dominationes, et sibi imposuerant nomina potestatum, comitum et baronum in diversis terris, si id quod conceperant eveniret. Fueruntque capti et deprehensi quamplures in malitia et nequitia, et confessi de se et de aliis detexerunt conciliabula et conventicula que prius habuerant in diversis locis annis quasi [1] duobus; in quibus preceptores seu commendatores eorum qui majores erant inter eos, fecerant congregationes, quas sua [2] vocabant capitula, ad tractandum. Sed misertus est populi sui Deus, et, veritate comperta, fuerunt combusti publice [3] in diversis civitatibus, atque villis, et castris, et territoriis, quotquot reperti fuerunt culpabiles et complices nequissime [4] factionis. In plerisque autem locis, in detestationem horrendi facinoris, leprosi ipsi viri et mulieres in domibus suis conclusi cum omnibus rebus suis fuerunt [5], ignibus appositis, a populo absque alio judicio concremati. Tandem vero maturiori consideratione et consultatione prehabita, reliqui, omnes et singuli, qui superstites remanserunt et non fuerunt inventi culpabiles, [6] provida circumspectione in futurum inclusi sunt [7] et reclusi in locis ex quibus nunquam egrederentur, sed ibi degerent et tabescerent [8] perpetuo, ne possent nocere nec multiplicari, viris a mulieribus penitus separatis [9]. >

< Anno Domini [10] MCCCXXIJ, [11] apud Avinionem, dominus Johannes papa XXIJ suspendit sententiam excommunicationis dudum latam [12] per dominum Nicholaum papam IIJ [13] contra quoscumque [14] glosantes vel [15] exponentes [16] constitutionem quamdam per ipsum editam super regula [17] fratrum Minorum, que constitutio incipit *Exiit qui seminat*, ac contra determinantes in scolis seu predicantes [18] contra contenta in constitutione predicta.

< Anno Domini MCCCXXIIJ, xv kalendas augusti [18 julii], dominus Johannes papa XXIJ, apud Avinionem, in consistorio, ut est moris, cum solemnitate debita canonizavit et sanctorum confessorum ascripsit cathalogo [19] sanctum Thomam de Aquino,

1. *omis par H.* — 2. suas *(sic)*, *J.* — 3. *omis par Bal.* — 4. nequitissime, *F*, *J.* — 5. que, *ajouté par F*, *J.* — 6. et, *ajouté par H*, *I*, *J.* — 7. *omis par F.* — 8. patescerent *(sic)*, *I.* — 9. *Ici finit E.* — 10. dominice incarnationis, *Bal.* — 11. in mense augusti *(sic)*, *ajoutés par Bal*, *I.* — 12. excommunicationis ac penas alias dudum latas, *I.* — 13. *omis par J.* — 14. *omis par H.* — 15. *omis par J.* — 16. vel aliter exponentes, nisi grammaticaliter, *I.* — 17. regulam, *I.* — 18. determinante[s] seu predicantes in scolis aut docentes, *I.* — 19. cathalogo annotavit, *I.*

ordinis Predicatorum, a felici ejus transitu de hoc mundo anno quinquagesimo decurrente [1], de vita ejus et miraculis inquisitione duplici previa diligenti. Hic siquidem sanctus Thomas, doctor egregius, nobilibus ortus natalibus [2], de domo et illustri prosapia comitum Aquinorum traxit originem. Puerque nobilis genere et animi virtute, virgo electus a Domino, apud Neapolim missus, deditusque [3] studio scolastice discipline, magno pollens ingenio, supra omnes coetaneos suos proficiens, infra annos pubertatis [4] existens, habitum fratrum ordinis Predicatorum suscepit, et in eodem regularis professionis emisso voto, in brevi tempore, vita, scientia et moribus sic profecit quod, adhuc etate juvenis, ad theologie magisterium Parisius promotus extitit, ibique multis annis in magno honore et profectu scientie et doctrine cathedram tenuit magistralem clarus [5] in fama et doctrina et sanctitate [6] vite; cujus scripta et opera testimonium perhibent veritati. Hic propter ejus eminentem scientiam vocatus a Gregorio papa X ad generale concilium Lugdunense, veniens [7] de Neapoli, ubi famose legebat ut doctor, cum pervenisset ad monasterium Fosse Nove, ordinis Cisterciensis, Terracinensis dyocesis, in Campania, ibidem susceptis cum devotione et fide [8] mirabili Ecclesie sacramentis, in Domino obdormivit, virgo mente et corpore, clarus opere et doctrina. Ob cujus sanctitatis preconium et virginitatis titulum declarandum, post ejus obitum elapsis VIJ mensibus una vice, et iterum elapso septennio vice altera, et [9] tertio annis circiter XIIIJ evolutis, in apertura sepulcri ejus diversis ex causis per vices temporum sepius patefacti, singulis vicibus ex ejus sacro corpore odor magnus et suavissimus emanavit, qui locum replens mirifice [10] fundebatur, et omnem fragrantiam aromatum superabat. Multisque aliis miraculis in vita claruit et post mortem [11].

< Item eodem anno [1323], pridie idus [12] novembris, concertationi quorumdam asserentium quod Christus et ejus apostoli nichil habuerunt in speciali vel etiam in communi finem imponens, ad perpetuam rei memoriam perpetuo declaravit edicto [12] quod in posterum pertinaciter affirmare Christum et ejus apostolos nichil

1. concurrente, *I ; à partir d'ici, tout le reste du paragraphe, jusqu'à* post mortem, *est omis par I.* — 2. nationibus *(sic)*, *H.* — 3. que, *omis par J.* — 4. infra annos pubertatis, *omis par H.* — 5. clare, *Bal.* — 6. scientia, *J.* — 7. que, *ajouté par Bal.* — 8. fideli *(sic)*, *H.* — 9. ac, *J.* — 10. *omis par H ;* replens locum mirifice, *J.* — 11. *ici s'arrête le ms. 854 de la Bibliothèque de Besançon.* — 12. edito, *I.*

habuisse in speciali necnon[1] in communi hereticum sit censendum, assertionemque hujusmodi[2] pertinacem deinceps esse erroneam et hereticam diffinivit, cum Scripture sacre contradicat, que in pluribus[3] locis ipsos nonnulla habuisse testatur[4]. Item pertinaciter affirmare quod Christo ejusque apostolis in hiis que ipsos habuisse Scriptura sacra[5] testatur nequaquam jus ipsis utendi competierit, nec illa vendendi donandive[6] jus habuerint aut ex ipsis alia acquirendi, deinceps fore erroneum et hereticum declaravit, cum sacra Scriptura testetur ipsos premissa fecisse seu facere potuisse supponat expresse, cum talis assertio usum ipsorum evidenter includat in premissis fuisse non justum; quod utique de Salvatore nostro sentire nefas est et Scripture sacre contrarium et doctrine catholice inimicum. Predictamque[7] declarationem et diffinitionem sub bulla ad omnia generalia studia destinavit.

Anno Domini MCCCXXV [1326, n. st.], sabbato primo Kadragesime, quod fuit VJ idus [8] februarii, dominus Johannes papa XXIJ reprobavit et sententialiter condempnavit in publico consistorio, assistentibus cardinalibus, et prelatis, et magistris in theologia et doctoribus utriusque juris, quamdam pestiferam postillam, quam frater Petrus Johannis Olivi, ordinis fratrum Minorum, de Serinhano, dyocesis Biterrensis, fecerat super librum[8] Apocalipsis beati Johannis, tamquam continentem pestiferum et hereticum dogma contra unitatem Ecclesie catholice et potestatem summi pontificis romani et apostolice Sedis. Continebat etiam plures articulos erroneos et hereticos. Ex qua postilla sumebat originem et fomentum secta quedam pestifera illorum qui Beguini[9] sunt vulgariter appellati, qui se fratres pauperes de tertio ordine sancti Francisci communiter nominabant; ex quibus quamplures fuerunt[10] per judicium prelatorum et inquisitorum heretice pravitatis, tamquam heretici, condempnati, et relicti judicio curie secularis, et combusti in diversis locis in provincia Narbonensi et ultra Rodanum et in aliquibus partibus Tholosanis.

Hic dominus summus pontifex, pontificatus sui anno XIJ, dominice incarnationis anno MCCCXXVIJ, feria VI[a] in jejuniis quatuor temporum Adventus, videlicet XV kalendas januarii [18 decembris], fecit tertiam[11] ordinationem X cardinalium, quos assumpsit:

1. nec etiam, *I*, *J*. — 2. hujus, *II*. — 3. plerisque, *I*, *J*. — 4. testetur, *I*, *J*. — 5. *omis par J*. — 6. seu doñandi, *I*, *J*. — 7. *omis par II*. — 8. libris, *I*. — 9. Benigni *(sic)*, *J*. — 10. fuerant, *II*. — 11. *lege* quartam.

videlicet Johannem de Convenis, archiepiscopum Tholosanum; Anibaldum Gaytani, Romanum, archiepiscopum Neapolitanum; Jacobum, Cisterciensis ordinis, magistrum in theologia, episcopum Mirapiscensem; Bertrandum [1], Ruthenensis dyocesis, episcopum Sancti Papuli; Petrum de Mortuomari, Lemovicensis dyocesis, episcopum Antisiodorensem; Petrum de Capis, episcopum Carnotensem; fratrem Matheum de Ursinis, Romanum, de ordine Predicatorum, magistrum in theologia, episcopum Sipontinum [2]; Petrum de Toleto, Hyspanum, episcopum Cartaginis et [3] Murcie; Johannem de Columpna, Romanum; Ymbertum de Puteo, de Montepessulano.

< Hic summus pontifex plures constitutiones edidit utiles et salubres.

< Hic quoque contra Ludovicum, ducem Bavarie, qui se pro imperatore gerebat [4], multos fecit processus per temporum debita intervalla [5] : qui non duxit comparendum, sed pravo usus malorum consilio, contra summum pontificem vicarium Domini nostri Jhesu Christi et contra Ecclesie unitatem et apostolicam Sedem multipliciter et barbarice se erexit, et quemdam pseudoantipapam Rome fieri fecit dictum fratrem Petrum de Corbario, ordinis fratrum Minorum, anno Domini MCCCXXVIIJ [6]. Qui scindere nisus est et adhuc hodie nititur unitatem Ecclesie et tunicam inconsutilem Domini nostri Jhesu Christi, utpote membrum Antichristi [7] et quoniam [8] adhuc debaccantur in pejus, et nundum venit finis malorum ipsorum, in presenti latius scribere distulimus longiorem narrationis seriem suo post tempore scribendorum [9]. >

< Prefatus Bavarus Ludovicus inefficax discessit de Parma, civitate Hytalie, et de tota Ytalia paulo ante Pascha, sub anno dominice incarnationis tunc inchoante MCCCXXVIIIJ, ubi parum profuit multumque obfuit sibi et Ecclesie, et paci patrie hujus reipublice; et in Theutoniam est reversus [10].

< Item anno Domini MCCCXXXJ, feria sexta infra octabas Penthecostes, videlicet VIIIJ kalendas junii [24 maii], prefatus dominus

1. *lege* Raimundum. — 2. magistrum in theologia, episcopum Sipontinum, *mots omis par I.* — 3. vel, *I, J.* — 4. tenebat, *H.* — 5. *à partir d'ici le texte de I correspond avec celui du* Cathalogus brevis; *il s'achève par les mots :* et abjurare errores meos et alia facere que vestra sanctitas duxerit ordinandum; *cf. supra, p. 147.* — 6. MCCCXXVIJ *(sic), H, Bal.* — 7. utpote membrum Antichristi, *mots omis par H, Bal.* — 8. quando, *H, Bal.* — 9. *ici se termine H.* — 10. Prefatus Bavarus... est reversus, *paragraphe omis par Bal.*

Johannes papa fecit cardinalem Talayrandum, episcopum Antisiodorensem, fratrem comitis Petragoricensis, et nullum alium ista vice[1]. >

1. *Baluze ajoute aux* Flores chronicorum *une suite, empruntée à une continuation, qui se trouve dans le ms.* 56 Baluze *de la Bibliothèque nationale, fol. 145 v°.* Item, postea eodem anno [1331], feria sexta quatuor temporum decembris [20], fecit cardinalem dominum Petrum, tunc episcopum Eduensem, et nullum alium illa vice nec postea.

Obiit autem idem dominus Johannes papa anno Domini MCCCXXXIV, dominica prima decembris summo mane, quod fuit IJ nonas [4] decembris, pontificatus sui anno XIX, apud Avinionem, et elegit ibidem sepeliri in ecclesia Beate Marie de Domps in capella Omnium Sanctorum. Vacavit Sedes XVI diebus. Et die XVII[a] fuit electus dominus Benedictus tituli Sancte Prisce presbiter cardinalis, de ordine Cisterciensi, magister in theologia, oriundus de Savarduno, dyocesis Rivensis. Et fuit coronatus Avinioni octava die januarii proxime sequentis, que fuit dominica post Epiphaniam, in domo Predicatorum.

QUARTA VITA

JOANNIS XXII

AUCTORE PAULINO

VENETO, ORDINIS FRATRUM MINORUM

EPISCOPO PUTEOLANO

Johannes, natione Caturcensis, sedit annis [1], ducentesimus [primus] episcopus [2]. Hic [3] Lugduni electus est VIJ idus augusti [7 augusti 1316], ubi XXIIJ cardinales, postquam rece[s]serunt a Carpentorate ob gravem ibi turbationem subortam, et in diversis locis dispersi erant annis plus[quam] duobus, tandem diligentia domini Phylip[p]i, tunc comitis Pictavensis, postea regis Francie, inclusi sunt in vigilia apostolorum Petri et Pauli [28 junii 1316]; quam inclusionem minime suspicaba[n]tur. Et XLJ[a] die ab inclusione in hunc pontificem consenserunt, virum ardentis ingenii, et in jure ecclesiastico ac divino valde peritum. Hic fuit primo Forojuliensis episcopus in Aquensi provincia annis XJ, inde per Clementem in Avinionensem translatus MCCCX, et MCCCXIJ ad cardinalatum promotus in quatuor temporibus Adventus. Factus summus pontifex plura fecit et grandia, multa emendare nisus. Post fecit unam ordinationem VIIJ cardinalium XVJ kallendas januarii [17 decembris 1316].

A pontificali dignitate et sacerdotali ordine ceterisque deposuit Caturcensem episcopum : qui degradatus, et seculari brachio traditus, ex parte excoriatus est, deinde combustus. MCCCXVIJ, ad titulum Sancti Eustac[h]ii promovit dominum Arnaldum de

1. *blanc.* — 2. *blanc.* — 3. sedit... Hic, *omis par Bal.*

D'après le ms. latin *4939* de la Bibliothèque nationale de Paris, fol. 116 r°.

Via, suum ex sorore nepotem. Eodem anno Tholosanam sedem fecit archiepiscopalem, et dyocesim Tholosanam, que nimis af[f]luebat divitiis, in sex episcopatus divisit. Item [in] archiepiscopatu Narbonensi de duabus ab[b]atiis fecit duos episcopatus. Item episcopatum Albiensem divisit in duos. Idem fecit in episcopatibus Agennensi, Lemovicensi, Petragoricensi, Claromo[n]tensi, Rutenensi, Pictavensi. Eodem anno cathalogo sanctorum ascripsit sanctum Lodovicum, ordinis Minorum, episcopum Tholosanum. Ejus enim magister fuerat, et ex continua conversatione cum eo de ipsius sanctitate certior, puta qui ejus gesta et acta, vir subtilis indaginis, et oculis et experientie manibus contrectavit. Eodem anno fecit Septimum publicari, et sub bulla ad generalia studia transmisit.

MCCCXVIIJ, archiepiscopatum Tarraconensem, unicum in regno Aragonie, divisit in duos, secundam sedem archiepiscopalem ponens in Cesaraugusta.

MCCC[X]IX, ordinem militarem instituit qui vocatur de militia Jhesu Christi in regnis Portugalie et Algarbii ad resistendum in illis partibus Sarracenis; cujus domum principalem constituit in castro Marino, Silvensis dyocesis; illisque Templariorum bona concessit in regnis predictis. Eodem anno, veterem abbatiam Montis Cassini in episcopatum convertit. Eodem anno fecit aliam ordinationem cardinalium; et inter ceteros promovit fratrem Beltrandum ordinis Minorum, quem prius fecerat archiepiscopum Salernitanum, et ad regem Francie transmiserat.

MCCCXX, canonizavit sanctum Thomam, episcopum Herfordensem, a transitu ejus anno XXXVIIJ, qui nobilis fuit genere, sed nobilior moribus et scientie ac vite splendoribus. Doctor fuit in sacra pagina et decretis. Pluribus miraculis claruit, et mortuos suscitavit.

MCCCXXIIJ, fratrem Thomam de Aquino, ordinis Predicatorum, doctorem egregium, similiter ascripsit cathalogo sanctorum.

MCCCXXVIIJ *(sic)*, fecit aliam ordinationem... [1].

1. *suit, d'une main postérieure, cette note additionnelle :* Iste Venetus adulator nic[h]il dicit de tyrampnide gesta per papam istum, de trucidatione christianorum facta suo jussu, de partialitate animosa ejusdem et de quampluribus aliis dyabolicis gestis ejusdem. Expectabat quidem Bergulus iste pilleum rubeum veritatem tacendo et exprimendo mendacia. Vir quidem sanguinum fuit Johannes iste nec Ecclesie Dei satis dignus.

DE CETERIS EMERGENTIBUS[1]

MCCCXX [2], congregatio multorum facta est in partibus Gal-[l]icanis, valde periculosa, qui Pastore[l]li vocabantur. Hii omnis superioris potestatis jugum abjecerant. Et ut suis non solum necessitatibus, sed etiam avaritie consulerent. Judeorum baptizari renuentium bona rapiebant, et nonnullos interimebant, locis et castris per que transibant violentias inferebant et dampna, et maxime in bonis clericorum et ecclesiarum. Et cum dicerentur versus Avinionem declinare, camerarius domini pape contra eos eorumque fautores per religiosos predicari mandavit. Cito autem inconposita et agrestis illa multitudo evanuit.

1. contingentibus, *Bal.* — 2. Anno, *ajouté avant* MCCCXX *par Bal.*

QUINTA VITA

JOANNIS XXII

AUCTORE HEINRICO DAPIFERO

DE DISSSENHOVEN

Johannes XXIJ hujus nominis, natione Caturcensis [1], sedit annis XVIIJ [2], mensibus [3] IIIJ. Et vacabat Sedes diebus XVJ.

Hic in Lugduno est electus [4] anno Domini MCCCXVJ, VIJ idus [7] augusti; ubi etiam [5] XXIIJ cardinales, postquam a Carpentorate [6] recesserant ob gravem turbationem subortam et in diversis locis dispersi fuerant [7] annis plus quam [8] duobus, tandem diligentia domini Philippi, tunc comitis Pictavensis, postea regis [9] Francie, inclusi sunt in vigilia apostolorum Petri et Pauli [28 junii 1316]; quam inclusionem minime suspicabantur [10]. Et XLJ[a] die ab inclusione in hunc pontificem consenserunt, virum ardentis ingenii, et in jure ecclesiastico ac [11] divino valde [12] peritum. Qui primo fuit Forojuliensis episcopus in Aquensi [13] provincia, inde [14] per Clementem V in Avinionensem [15] translatus MCCCX et MCCCXIJ ad cardinalatum promotus in quatuor temporum Adventus [16] in Avinione [17] ubi curia residebat.

1. Cartucensis, *D.* — 2. XVIJ *(sic)*, *A*, *C.* — 3. menses, *Bal.* — 4. Lugduni electus est *au lieu de* in Lugduno est electus, *D.* — 5. *omis par D.* — 6. Carpentore, *C;* Carpentatore, *A.* — 7. erant, *D.* — 8. *omis par D.* — 9. rex *(sic)*, *A*, *C.* — 10. suspicantur, *A*, *B*, *C.* — 11. et, *Bal.* — 12. *omis par D.* — 13. Aquenensi, *D.* — 14. item, *A*, *D.* — 15. Avinionem, *A*, *D.* — 16. *lege* 24 decembris. — 17. Avinionem, *A*, *B*, *C;* MCCCX... Avinione, *passage omis par Bal.*

Désignation des manuscrits employés :

A = Bibliothèque Vaticane, *Vaticanus 3766*, fol. 265 v°-268 r°.
B = Bibliothèque Vaticane, *Barberini 2661*, fol. 261 v°-264 r°.
C = Bibliothèque Ambrosienne, ms. *C 285*, inf., fol. 400 r°-403 r°.
D = Bibliothèque royale de Munich, latin *21259*, fol. 265 r°-266 r°.

Factus summus pontifex plura concessit et statum Alamannie perturbavit cum [1] suis processibus factis contra Ludovicum [2], qui tamen male servabantur, et grandia multa emendare nisus.

Primo anno fecit unam ordinationem VIIJ [3] cardinalium apud Avinionem, XVJ [4] kalendas januarii [17 decembris 1316].

A pontificali dignitate et sacerdotali ordine deposuit [5] Caturcensem episcopum; qui postea degradatus et seculari brachio traditus [6], in parte excoriatus et combustus est [1317].

[7] MCCCXVIJ, ad titulum Sancti Eustachii promovit dominum Arnaldum [8] de Via, suum ex sorore nepotem.

Eodem anno Tholosanam sedem fecit archiepiscopalem. Dyocesim autem Tholosanam, que miris [9] affluebat redditibus, in sex episcopatus divisit. Item in [10] archiepiscopatu Narbonensi duos episcopatus in duabus [11] abbatiis de novo construxit [12]. Item episcopatum Albiensem divisit in duos [13]. Item fecit in episcopatibus Agennensi [14], Lemovicensi, Petragoricensi [15], Claromontensi, Ruthenensi, Pictavensi.

Eodem anno [7 aprilis 1317] canonizavit Ludovicum [16], fratrem [17] ordinis Minorum, episcopum Tholosanum [18]; qui ejus fuit magister [19], ex continua conversatione cum eo de ipsius sanctitate certior, puta qui [20] ejus gesta et acta vir subtilis [21] indaginis et oculis vidit et experientie [22] manibus contrectavit [23].

Eodem anno (hoc [24] est MCCCXVIIJ) septimum librum decretalium fecit publicari, et ad studia generalia sub bulla, ut moris est, destinavit [25].

[26] Archiepiscopatum Terraconensem [27], unicum in regno Aragonie, divisit in duos, secundam sedem archiepiscopalem in Cesaraugusta ponens [18 julii 1318].

[28] MCCCXVIIIJ, ordinem militarem [29] instituit, qui vocatur de militia Jhesu Christi, in regnis Portugalie et Algarbii [30], ad resi-

1. in, *D.* — 2. Ludewicum, *D.* — 3. *omis par Bal.* — 4. vj *(sic)*, *C.* — 5. *omis par D.* — 6. traditur, *A*, *B.* — 7. Anno, *ajouté par Bal.* — 8. Arnoldum, *A*, *D*; Arnolphum, *C.* — 9. nimis, *Bal.* — 10. *omis par D.* — 11. sex, *mss.* — 12. constituit, *Bal.* — 13. in duos divisit, *A*, *C*, *Bal.* — 14. Aganensi, *D.* — 15. Petrogarricensi, *D.*— 16. Ludewicum, *D.* — 17. *omis par D.* — 18. Tholozanum, *D.* — 19. ejus enim magister fuerat, et, *D*; cujus fuit magister, *Bal.* — 20. quod, *A*, *C*, *Bal.* — 21. et, *ajouté par A*, *B.* — 22. experigentie, *D.* — 23. manus contractavit, *A*, *B.* — 24. qui, *Bal.* — 25. et sub bulla ad studia generalia destinavit, *D.* — 26. MCCCXVIIJ, *ajouté par D.* — 27. Terracionensem, *D.* — 28. Anno, *ajouté par Bal.* — 29. militantem, *A*, *C.* — 30. Algarbie, *D.*

stendum in illis partibus Sarracenis, et domum principalem esse constituit in castro Marino, Silvensis dyocesis; illisque Templariorum bona concessit in regnis predictis.

Eodem anno [1] veterem abbatiam [2] Montis Cassini, ordinis sancti Benedicti, ad episcopalem dignitatem erexit [3].

Anno Domini [4] MCCCXX, canonizavit sanctum Thomam, episcopum Herefordensem [5], a transitu ejus anno XXXVIIJ cum gloria, secundum quemdam prophetam [6] ab utero et a ventre, sed major a moribus [7] et scientie ac vite splendoribus, doctor namque fuit in sacra pagina et decretis. Pluribus miraculis claruit, ita ut etiam [8] mortuos suscitaverit.

Anno MCCCXXIIJ, fratrem Thomam de Aquino, ordinis Predicatorum doctorem egregium et preclarum, cathalogo sanctorum ascripsit[9].

Anno autem Domini MCCCXXXIIJ, VIJ kalendas augusti [26 julii], in publico consistorio, quod habuit Johannes papa [10] apud Avinionem, in palatio suo, ad petitionem regis Philippi Francorum, passagium generale predicavit, constituendo eum ducem illius exercitus, et decimas regni sui sibi per sex annos concessit in subsidium Terre Sancte et [11] passagii predicti. Ecclesie autem romane per sex annos decimas universalis Ecclesie reservavit similiter pro passagio, quod incipiendum disposuit a kalendis augusti per tres annos proximos subsequentes. In predicto etiam consistorio Petrus, archiepiscopus Rothomagensis, et Johannes, episcopus Morinensis [12], et decanus Parisiensis et Henricus, miles, dictus de A[va]lgoria, habentes procuratorium sufficiens, in animam predicti regis juraverunt quod iret in propria persona ultra mare [13], vel filius suus rex [14] Johannes, si [15] causa legitima patrem impediret quod passagium perficere non posset, et quod decimas predictas sibi per sex annos concessas in alios usus non converteret quam in subsidium Terre Sancte; quam personaliter visitare juravit per procuratores predictos, ut supra est prelibatum.

1. *lege* MCCCXXIJ. — 2. abbatem, *A*, *B*, *C*. — 3. evexit, *D*. — 4. *omis par Bal.;* Anno Domini, *omis par D*. — 5. Harfordiensem, *A;* Erfordiensem, *B*, *D;* Starfordiensem, *C*. — 6. phitar.; phicar., *D*. — 7. majora moribus *(sic)*, *A*, *B;* majora majoribus *(sic)*, *C*. — 8. *omis par D*. — 9. Joannes papa XXIJ et CCIIJ a Christo, *ajoutés par A*, *C;* Joannes papa XXIJ, a Christo ducentesimus tertius, etc. Finito libro, sit laus et gloria Christo, etc., *ajoutés par B*. — 10. Johannes papa, *omis par C*. — 11. Terre Sancte et, *omis par D*. — 12. Morensis, *D*. — 13. ultra mare, *omis par A*, *C*. — 14. *omis par Bal*. — 15. nisi, *A*, *B*.

Anno autem Domini MCCCXXXIIJ [1] cepit movere questionem visionis [2], in qua sibi rex Francorum et studium Parisiense restiterunt una [3] cum magistris theologie [4]. Unde papa, tunc [5] motus, protestatus fuit in consistorio coram [6] cardinalibus, prelatis et capellanis quod in predicta questione nichil definiendo, sed recitando dixerat, et quod paratus esset [7] revocare si qua erronea [8] dixisset. Et plures auctores pro et contra collegerat [9], que fecit tunc legi in consistorio quinque diebus anno Domini MCCCXXXIIIJ[10] a festo Innocentium usque ad Epiphaniam [11] [28 decembris 1333-6 januarii 1334], et conclusit ut supra.

Eodem anno [1334], circa [12] Quadragesimam, incepit tractare cum septem cardinalibus ex procuratione regis Bohemie quod Ludovicus [13], qui se imperatorem intitulabat, deberet cedere, et quidam Henricus, dux Bavarie, consanguineus [14] predicti Ludovici [15], deberet eligi in regem et promoveri [16] ad Imperium. Quod tamen fuit contra regem Robertum, qui ex hoc cepit pape indignari. Cui rex Ungarie favit [17] cum Gibellinis tyrannis, qui jura Imperii usurparant [18], et cum Guelfis, maxime Florentinis, qui super hoc impediendo suos ambassiatores una cum ambassiatoribus regis Roberti et regis Ungarie ad papam Johannem direxerant ne ipse creationi novi imperatoris consentiret. Rex autem Francorum, una cum Johanne, rege Bohemie, laborabant ut eligeretur Henricus, dux Bavarie [19], in imperatorem promovendus.

Item, eodem anno Domini MCCCXXXIIIJ, in vigilia Pasche [20] [26 martii], dum papa Johannes [21] officium celebrasset [22] et, communione facta, vellet unum dyaconum cardinalem, qui sibi ministraverat, communicare, scilicet dominum Jacobum Gaytani, cum porrigeret sibi partem hostie et crederet se ori ejus imposuisse, ille respondit se nichil percepisse [23]. Et ideo per horam quesita fuit pars illa hinc [24] inde in sede pape, ubi steterat. Et tandem fuit

1. *lege* MCCCXXXI. — 2. questionem visionem, *A*, *C*; questionem [circa] visionem [beatificam], *Bal.* — 3. causa *(sic)*, *ajouté par C*; *barré dans A.* — 4. theologye, *D.* — 5. *omis par D.* — 6. in consistorio fuit coram, *A*, *B*, *C*, *Bal.* — 7. erat, *D.* — 8. erronei, *D*; enormia, *B.* — 9. allegantur, *C.* — 10. anno Domini MCCCXXIIIJ, *omis par Bal.* — 11. Domini, *ajouté par Bal.* — 12. mediam, *ajouté par D.* — 13. Ludewicus, *D.* — 14. consanguineis *(sic)*, *A*, *C.* — 15. Ludewici, *D.* — 16. promoveretur, *Bal.* — 17. favet, *A*, *B*, *C.* — 18. usurpavit *(sic)*, *A*, *B*, *C.* — 19. *omis par D.* — 20. *au lieu de* Pasche *D met* sancta festivitatis pascalis. — 21. XXIJ, *ajouté par D.* — 22. celebraret, *Bal.* — 23. recepisse, *D.* — 24. hin *(sic)*, *D.*

inventa in plica casule papalis, et data predicto cardinali [1]. Officio autem finito, papa dixit se visibiliter vidisse quod corpus Domini de manibus suis descendendo discurrit [2], et tamen [3] videre non poterat ubi se reservavit, nisi post inquisitionem factam diligenter inventa est pars hostie in plica casule ut supra. Et papa hoc pro miraculo [4] factum reputavit. Et factum est hoc XVIIJ anno pontificatus sui.

Illo etiam anno et in septimana sancta [5] [28 martii 1334], expulsus fuit dominus Ostiensis episcopus cardinalis de Bononia, qui fuit legatus per totam Lombardiam bene XVJ annis; et amissis quasi omnibus, reversus fuit in festo [6] Penthecostes [15 maii].

Reversus fuit etiam [7] dominus Johannes Gaytani, dyaconus cardinalis, post mortem Johannis pape [8] et ante electionem pape Benedicti XIJ, qui fuit legatus in Tuscia [9], et similiter ibi nichil profecit. Sed ambo infinitum thesaurum expenderunt, et vacui recesserunt.

Item, predictus pontifex dominus Johannes [10] instituit quod festum Trinitatis sollempniter celebrari deberet singulis diebus dominicis [11] post festum Penthecosten, licet romana Ecclesia hoc festum antea singulari officio non consueverit celebrare [12], ut extra de feriis [13]. Instituit etiam ut post orationem dominicam, in canone misse, in sua capella, flexibus genibus, sacerdos celebrans [14] dicat psalmum : *Letatus sum*, etc., cum aliquibus certis collectis contra hostes Ecclesie. Et hoc etiam non fuit de antiqua constitutione, que prohibet dominicis diebus fieri publice genuflexiones, ut in decretis patet.

Anno autem predicto MCCCXXXIIIJ, cum papa Johannes [15] duabus arduis causis valde diligenter intenderet, scilicet creationi imperatoris novi, in quo facto rex Philippus Francorum et Johannes [16], rex Bohemie, filius Henrici [VIJ] imperatoris, sibi multum favebant, et determinationi questionis visionis [17], an scilicet sancti in patria ante resurrectionem haberent visionem essentie divine, et dum predictis et aliis causis [18] sollicitus intenderet, et IIIJ nonas

1. cardinali predicto, *D;* prefato cardinali, *C.* — 2. disparuit, *A*, *C;* comparuit, *Bal.* — 3. causam, *B;* casulam, *A*, *C*, *Bal.* — 4. pro miraculo hoc, *B.* — 5. illa, *Bal.* — 6. est infra festum, *D.* — 7. etiam fuit, *C.* — 8. pape Joannis, *B.* — 9. Tusciam, *A*, *B*, *C.* — 10. XXIJ, *ajouté par D.* — 11. omni die dominico, *D.* — 12. consuevit celebrari *A*, *B*, *C.* — 13. capitulo primo, *ajoutés par D.* — 14. *omis par A*, *C*, *Bal.* — 15. XXIJ, *ajouté par D.* — 16. *placé après* Bohemie *par D.* — 17. de visione, *D.* — 18. predictis causis et aliis, *D.*

decembris [2 decembris] consistorium mandasset ut aliquas provisiones quibusdam faceret, in nocte precedenti nonas predictas[1] post cenam et primum galli cantum invasit eum mors[2]. Et omisso sic[3] consistorio, illa die IIIJ nonas decembris nichil fecit, sed IIJ nonas [3 decembris], die sequenti, post vesperas, fecit vocari omnes cardinales qui erant in Avinione. Hoc dico propter Johannem Gaytani, qui non erat presens tunc in civitate, et propter dominum Napulionem[4], Romanum[5], dyaconum cardinalem, qui erat in cardinalatu antiquior omnibus cardinalibus : qui, licet in civitate esset et vocatus per papam, ipse tamen noluit venire, nec interesse obsequiis[6] nec testamento pape. Et presumitur quod ex eo fecerit, quia papa in sua electione, que apud Lugdunum celebrata fuit, juravit se nunquam ascensurum equum vel mulum nisi iret Romam. Quod et servavit, quia navigio ivit usque ad[7] Avinionem, et pedes ascendit palatium; de quo postea nisi intrando ecclesiam majorem, que contigua palatio est[8], non exivit. Et sic suum sacramentum servavit, quia post sacramentum prestitum, sicut[9] fecit, nunquam equitavit. Unde predictus cardinalis[10] sibi non favit. Sed papa nichilominus coram aliis cardinalibus disposuit rite et legitime testamentum suum et[11] recommendans sanctam Ecclesiam et nepotes suos cardinalibus. Et sic IJ nonas decembris [4 decembris], post auditam missam, in aurora diei, et communione percepta[12], orando migravit[13] de hoc seculo, hora tertia, et dominica die que erat tunc IJ nonas decembris. Sepultus est autem Avinione in ecclesia cathedrali nonis [5] decembris. Sedit autem annis XVIIJ et[14] mensibus IIIJ, minus IJ[15] diebus. Et vacavit Sedes sexdecim diebus. Sed XIIJ kalendas januarii [20 decembris] elegerant cardinales ut infra sequitur[16].

1. nonis predictis, *A*, *B*, *C*. — 2. morbus, *Bal.* — 3. sic omisso, *D*, *Bal.* — 4. Neappulionem, *D.* — 5. Romanorum, *D.* — 6. noluit interesse nec exequiis, *D.* — 7. *omis par D.* — 8. est palatio, *D.* — 9. si quod, *D.* — 10. cardinalis predictus, *D.* — 11. *omis par Bal.* — 12. recepta, *D.* — 13. ad Dominum, *ajoutés par B.* — 14. *omis par B.* — 15. XVIJ, *B.* — 16. dicetur, *A*, *C*; Sed XIIJ kalendas... sequitur, *phrase omise par Bal.*; *après* sequitur *les mss. ajoutent :* Anno Domini MCCCXXXVIIJ, Johannes(*lege* Edwardus), rex Anglorum, transfretavit de mense augusti et venit in Confluentiam, quod dicitur Coblentz, dyocesis Treverensis (Maguntinensis *(sic)*, *D*) ad Ludovicum, etc., ubi erant electores omnes, excepto rege Bohemie; et ibi firmaverunt se ituros contra regem Ludovicum (*lege* Philippum) Francie (Ludovicum regem Francie, *A*, *C*), et aggressionem se facturos et incepturos in proximo festo sancti Georgii; sed minime compleverunt.

SEXTA VITA

JOANNIS XXII

AUCTORE PETRO DE HERENTHALS

CANONICO PRAEMONSTRATENSI ET PRIORE FLOREFFIENSI

Johannes XXIJ fuit electus in papam anno Domini MCCCXVJ Lugduni, ubi cardinales, XXIIJ numero, postquam a [1] Carpentorate civitate, ob gravem turbationem commotam, a conclavi, quod prius intraverant, dicesserant, et dispersi in diversis civitatibus et villis steterant annis amplius quam duobus, tandem congregati fuerunt pariter et inclusi diligentia comitis Pictaviensis, germani regis Francie Ludovici, et ibi omnes in dictum Johannem consenserunt; qui prius vocabatur Jacobus et fuerat cardinalis episcopus Portuensis, sed antea erat episcopus Avinionensis. Hic recedens de Lugduno venit Avinionem, et ibi mansit curia.

Hic sanctum Ludovicum episcopum Tholosanum, filium quondam Karoli regis Sicilie [2], canonizavit VIJ idus [7] aprilis anno Domini MCCCXVJ [3].

Dictus etiam papa, anno pontificatus sui tertio [4] [14 martii 1319], instituit novum ordinem militum qui dicerentur de militia Jhesu Christi in regno Portugalie, ad resistendum in illis partibus Sarracenis pro defensione fidei christianorum.

Item, anno Domini MCCCXIX, usus conversationis Beghinarum deletus et prohibitus est per constitutionem Clementis pape quinti,

1. *omis par B.* — 2. Cicilie, *B.* — 3. *lege*, MCCCXVII. — 4. *omis par B;* quarto *(sic)*, *Bal.*

Désignation des manuscrits employés :

A = Bibliothèque royale de Bruxelles, ms. latin *12000*, fol. 136 r°-137 r°.
B = Bibliothèque nationale de Paris, ms. latin *4931 A*, fol. 221 v°-223 v°.

predecessoris dicti Johannis pape, ex eo quod suggestum fuerat dicto Clementi quod dicte Beghine intromittebant se disputare de summa Trinitate contra articulos fidei, prout habetur in dicta constitutione, que incipit : *Ad nostrum, qui desideranter* (de hereticis, in Clementinis). Quam constitutionem moderando revocavit Johannes papa per unam, que incipit : *Recta ratio non patitur ut innocentes ad paria cum nocentibus judicentur.*

Item, anno Domini MCCCXX, xv [1] kalendas maii [17 aprilis], apud Avinionem, dictus Johannes papa canonizavit sanctum Thomam, episcopum Herefordensem [2], a transitu ejus anno XXXVIIJ. Qui fuit vir nobilis genere, sed nobilior moribus et vita, scientia et doctrina; doctor [3] in decretis, et magister in theologia, preclarus in miraculis, tam in beneficiis sanitatum quam resuscitatione mortuorum.

Anno quoque Domini predicto [1320] surrexit in regno Francie quedam nova pestis, cui similis reperitur in cronicis elapsis jam LXX annis alias contigisse. Subito siquidem surrexit quedam congregatio hominum simplicium promiscui sexus, qui se Pastorellos vocare ceperunt, confingentes [4] se zelum habere transfretandi mare ad recuperandam Terram Sanctam, nullum habentes conductorem neque aliquem navigii apparatum. Multiplicabantur [5] cotidie euntes de loco ad locum, subsidium sibi prestari sub specie pietatis petentes : quibus populus multum favebat, non prevídens pericula in futurum. Nam sic multiplicati communem fecerunt vocem [6] ut omnes Judei, nisi baptizari vellent, ubique interficerentur ab eis, nullo alterius potestatis judicio [7] precedente; quod et opere impleverunt, bona Judeorum occisorum diripientes et suis usibus applicantes. Sicque de malo in pejus proficientes, profugi et latrones eis adjuncti sunt. Tandem fuit per nonnullos ex eis detectum quod in clerum et religiosos insurgere necnon bona eorum diripere disponebant; unde plurimi ex ipsis fuerunt capti et suspendio occisi. Sicque, ceteris fugientibus et ultra non comparentibus, dissipati sunt.

Item, anno Domini MCCCXXJ, leprosi in regno Francie convicti et confessi fuerunt quod in suis conventiculis, que sua capitula ad tractandum vocabant, simul conspiraverant quod aquas fontium et fluviorum [8] ubique inficerent appositis venenosis pulveribus, ut

1. XVI *(sic)*, *B*, *Bal.* — 2. Arfordensem, *B.* — 3. enim, *ajouté par A.* — 4. consurgentes, *A.* — 5. multiplicantur, *A.* — 6. commune fecerunt votum, *Bal.* — 7. inde, *A.* — 8. fluvium, *A.*

homines sani, bibentes ex dictis aquis infectis, efficerentur leprosi aut morbidi, aut necarentur, sicque numerus [1] leprosorum augeretur in tantum quod dominationes nobilium et baronum violenter [2] optinerent. Propter quod omnes inventi culpabiles combusti fuerunt, et reliqui sic inclusi quod, vita eorum durante, non exirent, viris a mulieribus separatis.

Anno Domini MCCCXXIIJ, dictus papa Johannes canonizavit, apud Avinionem, in consistorio, sanctum Thomam de Aquino, ordinis Predicatorum, a die transitus sui de hoc mundo anno [3] quinquagesimo. Hic siquidem sanctus Thomas, doctor egregius, nobilibus ortus natalibus, de [4] illustri prosapia comitum Aquinorum traxit originem. Virgo mente et corpore, puer apud Neapolim missus ad studium, habitum fratrum ordinis Predicatorum suscepit, et in brevi tempore sic vita, scientia et moribus profecit quod adhuc etate juvenis ad theologie magisterium Parisius extitit promotus; cujus scripta et opera laude sunt digna. Hic, propter ejus scientiam eminentem [5], vocatus a Gregorio papa X ad generale concilium Lugdunense, veniens ad quoddam monasterium Fossenove, ordinis Cisterciensis, in Campania, ibidem obdormivit in Domino, clarus miraculis in vita et post mortem ejus.

Eodem anno [1323], dampnavit opinionem quorumdam asserentium quod Christus et ejus apostoli nichil habuerunt in communi vel speciali [6]; misitque super hoc declarationem ad studia generalia sub sua bulla.

Hic papa Johannes plures fecit constitutiones utiles et salubres, que Johannine vocantur.

Item, dictus papa coram se in consistorio fecit comparere magistrum Johannem de Poliaco, magistrum sacre theologie, qui tenuerat publice predicans quod confessi fratribus mendicantibus, habentibus licentiam generalem audiendi confessiones, tenentur eadem peccata, que confessi fuerant, iterum confiteri suo proprio sacerdoti. Secundo, tenuit et predicavit quod papa romanus non potest facere quod parrochianus non teneatur suo curato, semel in anno, confiteri, stante illa decretali de penitentiis et remissionibus *Omnis utriusque sexus*. Que opiniones reprobate fuerunt in consistorio, et preceptum dicto magistro Johanni quod publice

1. innumerus *(sic)*, *B*. — 2. *omis par Bal.* — 3. *omis par A*. — 4. ex, *Bal.*; et, *B*. — 5. eminentem scientiam, *B*, *Bal.* — 6. [commune] vel speciale, *B*; commune vel speciale, *Bal.*

in scolis et suis predicationibus revocaret predictos articulos tamquam contrarios veritati. Super quo fecit unam constitutionem que incipit : *Vas electionis* [24 julii 1321].

Item, iste papa Johannes, propter quedam verba per ipsum allegata in sermone ab ipso facto in festo Omnium Sanctorum [1 novembris 1331], que [1] beato asscribuntur Bernardo, predicavit et predicare fecit animas sanctorum non videre divinam essentiam clare ante generalem diem judicii et corporis resumptionem [2], et quod visio, quam nunc habent anime de divina essentia, evacuabitur in judicio extremo [3]. Unde dominus Durandus episcopus, de ordine fratrum Predicatorum, fecit tractatum de hac materia contra opinionem Johannis pape predicti; propter quod fuit citatus, sed per regem Francie defensatus.

Item, anno Domini MCCCXXXIIIJ, III nonas [3] decembris, die dominica [4], hora diei prima, ipse Johannes, anno pontificatus sui XIX, quadam infirmitate depressus, cum se moriturum videret, ad exhortationem amicorum suorum, submisit se et doctrinam suam judicio Ecclesie romane in hec verba : *Credimus quod anime separate a corporibus et purgate sunt in celo, celorum regno seu paradiso, et cum Christo in consortio angelorum congregate, vident Deum et divinam essentiam facie ad faciem, clare, in quantum status et conditio anime patitur separate* [5]. De qua revocatione scripsit pulchram [6] litteram, sub hac forma : *Johannes, episcopus, servus servorum Dei. Ad perpetuam rei memoriam. Ne super hiis que de animabus separatis a corpore et purgatis, ante resumptionem corporum, divinam essentiam visione illa, videlicet quam vocat Apostolus facialem, videant tam per nonnullos alios in presentia nostra recitando et allegando sacram Scripturam ac originalia et dicta sanctorum illis alias ruminando sepius dicta sunt, aliter per nonnullos quam per nos dicta et intellecta auribus fidelium inculcabantur. Ceterum nostram intentionem, quam circa statum animarum separatarum habemus et habuimus, serie presentium declaramus. Fatemur siquidem et credimus quod anime separate et purgate a corporibus sint in celo, celorum regno et paradyso cum Christo in consortio angelorum congregate, et videant Deum facie ad faciem et divinam essentiam, clare, in quantum conditio et status patitur anime separate. Si vero alia et alia contra materiam hujusmodi* [7] *per nos dicta, et predicata*

1. qui *(sic)*, *mss.* — 2. resurrectionem, *Bal.* — 3. extremo judicio, *B*, *Bal.* — 4. *lege* sabbato. — 5. separate patitur, *Bal.* — 6. *omis par A.* — 7. hujus, *B.*

vel scripta fuerunt, que quoquo modo [1] *illa predicavimus vel scripsimus contra premissa vel alia que fidem concernant catholicam, sacramque Scripturam aut bonos mores, illa abnegamus, et determinationem Ecclesie et sacre Scripture approbamus. Alias autem dicta vel scripta illa habemus et habere volumus pro non dictis et scriptis, eaque revocamus expresse, ac predicta omnia et quecumque dicta et predicata fuerunt vel scripta per nos, de quacumque materia, ubicumque, et in quocumque loco et in quocumque statu, quem habuimus, et habemus vel habuerimus, omnia submittimus determinationi Ecclesie ac successorum nostrorum. Nulli ergo omnino hominum liceat* [2] *hanc paginam nostre declarationis et constitutionis* [3] *infringere vel eam ausu temerario contraire. Datum Avinione IIJ nonas* [3] *decembris, pontificatus nostri anno XVIIIJ* [1334].

Hac siquidem revocatione facta, statim die et hora supradictis [4] exspiravit.

1. *omis par B.* — 2. licet hominum, *B.* — 3. et constitutionis, *omis par Bal.* — 4. *sic.*

SEPTIMA VITA

JOANNIS XXII

AUCTORE

AMALRICO AUGERII, PRIORE BEATE MARIE DE ASPIRANO

ELNENSIS DIOCESIS

(excerpta ex chronicis quae dicuntur *Actus romanorum pontificum*).

Johannes vicesimus secundus, de Caturco civitate oriundus, ex patre Arnaldo de Oza filius, et [1] post dictum Clementem papam V apud Ludgunum, in domo Predicatorum[2], VIJ ydus augusti [7 augusti] in romanum pontificem fuit assumptus. Et postea in ecclesia cathedrali fuit coronatus in die nonarum [5] septembris, et post beatum Petrum apostolum extitit papa ducentesimus sextus [3], anno a nativitate Domini [4] MCCCXVJ.

Item quod [5] iste [6] Johannes ante suam promotionem Jacobus de Oza, cardinalis Portuensis, vocabatur. Qui quidem primo [7] fuit cancellarius Roberti regis Sicilie, et postea ad sui [8] instantiam fuit episcopus Forojuliensis [9], et deinde ad episcopatum Avinio-

1. *omis par Bal.* — 2. Predicatorum domo, *D.* — 3. Et post beatum Petrum apostolum extitit papa ducentesimus septimus, et postea in ecclesia cathedrali dicte civitatis fuit coronatus in die nonarum septembris, *D.* — 4. *omis par A, C.* — 5. *omis par B, Bal.* — 6. ipse, *C.* — 7. primus, *A, C,* — 8. qui fuit primus cancellarius Roberti regis Francie *(sic)* et post ad suam, *D.* — 9. Forojucensis, *A, B, C.*

Désignation des manuscrits employés :

A = Bibliothèque nationale de Paris, ms. latin *5147*, fol. 144 v°-149 v°.
B = Bibliothèque nationale de Paris, ms. latin *5146*, fol. 154 r°-159 v°.
C = Bibliothèque Vaticane, *Regina 704*, fol. 131 v°- 135 v°.
D = Bibliothèque de la ville de Tours, ms. *993*, fol. 63 r°-65 v°.

nensem extitit [1] translatus, et postea cardinalis [2] factus, et deinde [3] in papam electus.

Item quod [4] iste [5] Johannes post suam coronationem secunda die mensis octobris [1316] apud Avinionem venit ad tenendum ibi curiam suam, quam ibi antea [6] publice preconizari [7] fecerat. In qua quidem civitate in sequentibus quatuor temporibus Adventus Domini [17-18 decembris 1316] fecit cardinales [8] videlicet Bernardum de Castaneto, tunc episcopum Aniciensem, quem etiam fecit tunc [9] episcopum Portuensem, et nichilominus episcopatum Aniciensem [10] ipse [11] sibi commendavit; item Jacobum de Via, de Caturco, nepotem suum, tunc Avinionensem episcopum, cui titulum Sanctorum Johannis et Pauli presbiteri cardinalis dedit, et nichilominus ecclesiam Avinionensem [12] ipse [13] sibi commendavit; item Gaucellmum [14] Johannis, de Caturco, legum doctorem, tunc sancte [15] romane Ecclesie [16] vicecancellarium, cui titulum Sanctorum [17] Marcellini et Petri ipse assignavit; item Bertrandum de Pogeto, legum doctorem, Castrinovi Caturcensis dyocesis, cui titulum Sancti Marcelli presbiteri cardinalis ipse [18] dedit; item Bertrandum de Montefaventio, legum doctorem, Castrinovi et [19] dyocesis Caturcensis predictorum [20], cui titulum Sancte Marie de Aquiro dyaconi cardinalis ipse [21] assignavit; item Petrum de Riblayo [22], legum doctorem, de Britania, tunc cancellarium regis Francie, cui titulum Sancte Susanne presbiteri cardinalis ipse [23] dedit; item Gualhardum de Mota [24], Vasconem, condam Clementis pape V nepotem, cui titulum Sancte Lucie dyaconi [25] cardinalis ipse [26] assignavit; item Johannem Gaytani, Romanum, de genere de Ursinis [27], cui titulum Sancti Theodori dyaconi cardinalis ipse [28] dedit [29].

Item quod postea ipse Johannes, apud Avinionem, VIJ idus [7] aprilis anno Domini MCCCXVIJ, solempniter, presente fide-

1. fuit, *D.* — 2. fuit, *D.* — 3. exinde, *D.* — 4. *omis par B, Bal.* — 5. ipse, *C.* — 6. antea ibi, *D.* — 7. precoronari, *C; dans A* precoronari *a été corrigé postérieurement en* preconizari. — 8. fecit cardinales, *omis par A, C;* Domini octo cardinales de novo fecit et creavit, *D.* — 9. *omis par B, Bal.;* quem et tunc fecit, *D.* — 10. Avinionensem *(sic), A, D; dans B une main postérieure a corrigé* Avinionensem *en* Aniciensem. — 11. *omis par B, Bal.* — 12. Caturcensem *(sic), mss.* — 13. *omis par B, Bal.* — 14. Galtherum, *B.* — 15. *omis par D.* — 16. romane sancte Ecclesie, *C.* — 17. sancti, *A, B, C.* — 18. cardinalis ipse, *omis par D.* — 19. *omis par Bal., D.* — 20. predictorum Caturcensis. *B;* predicte Caturcensis, *Bal., D.* — 21. *omis par D.* — 22. Riblaya, *B, Bal.* — 23. *omis par D.* — 24. *au lieu de* de Mota *B met* Mote. — 25. *omis par A, B, C.* — 26. *omis par D.* — 27. Ursinorum, *B, D, Bal.* — 28. *omis par D.* — 29. assignavit, *B, Bal.*

lium multitudine copiosa, canonizavit sanctum Ludovicum, episcopum Tholosanum, filium Karoli secundi regis Sicilie, et ipsum sanctum et gloriosum coram Deo in gloria sua [1] pronuntiavit, et postea cathologo [2] omnium aliorum sanctorum confessorum eum ipse [3] aggregavit.

Item quod iste [4] Johannes a Berengario Fredeli [5], episcopo Tusculano, cardinali, publice, apud Avinionem, presente gentium multitudine copiosa, deponi fecit per ordinem, prout infra sequitur, Hugonem Geraldi, tunc episcopum Caturcensem, ab omnibus insigniis episcopalibus et clericalibus [6] atque doctoralibus [7], et primo videlicet anulo, mitra, camisia romana cum capa, et ultimo birreto suo doctorali [8], cum ipse [9] esset legum doctor. Et sic tantum remansit in suo habitu clericali. Qui quidem postea perpetuo carceri ipse [10] tunc fuit judicatus anno quo supra, quarto die mensis maii. Sed postea per dictum cardinalem, de mandato ipsius Johannis pape, solempniter extitit degradatus, et deinde secundum formam juris seculari curie traditus et remissus, per quam postea [11] ipse in parte extitit [12] excoriatus et deinde publice [13] per villam usque ad palliam [14] fuit [15] pertractatus, et demum combustus anno quo supra in mense julii. Prout tunc dicebatur, ipse conspiraverat et machinatus fuerat [16] in personam seu mortem dicti Johannis pape, postquam ad Sedem apostolicam fuit [17] assumptus.

Item quia, anno quo supra, circa festum sancti Johannis Baptiste [13 junii 1317] decesserat Jacobus de Via, cardinalis, nepos ejusdem Johannis pape, ideo post octo dies in loco ipsius idem Johannes papa fecit et de novo [18] creavit in cardinalem Arnaldum de Via, fratrem germanum [19] dicti Jacobi de Via jam defuncti, cui titulum Sancti Eustachii dyaconi cardinalis assignavit [20].

Item quod postea anno quo supra [1317] tam in mense julii [21] quam in mense [22] augusti ecclesiam Tholosanam, tunc episcopalem, in ecclesiam metropolitanam de novo erexit [23], et certos red-

1. sua gloria, *B*, *Bal.* — 2. carthalogo, *A*, *B*, *C*. — 3. ipse eum, *B*, *Bal.* — 4. ipse, *B*, *C*, *Bal.* — 5. Fredelli, *B*, *D*, *Bal.*; Fideli *(sic)*, *C*. — 6. et clericalibus, *omis par Bal.* — 7. decoralibus, *C*; *dans A* doctoralibus *a été corrigé en* decoralibus. — 8. decorali, *A*, *C*. — 9. *omis par B*, *Bal.* — 10. *omis par Bal.* — 11. postea, *omis par C*. — 12. in parte ipse fuit, *B*, *Bal.*; in parte ipse extitit, *D*. — 13. *omis par B*, *Bal.* — 14. pallatium, *D*. — 15. *omis par B*, *Bal.* — 16. machinaverat, *D*. — 17. fuerat, *B*, *Bal.* — 18. de novo fecit et, *B*, *Bal.* — 19. germanum fratrem, *B*, *Bal.* — 20. *Dans A un feuillet a disparu.* — 21. *omis par C.* — 22. in mense, *omis par B*, *Bal.* — 23. direxit *(sic)*, *B*.

ditus sibi assignavit et limitavit [1]. In qua quidem ecclesia Johannem, fratrem comitis Convenarum, tunc episcopum Magalonensem, transtulit [13 novembris 1317]. Et Galhardo antea episcopo Tholosano de ecclesia Regensi, que est modici valoris, providit seu ad ipsam transtulit; quam ipse acceptare noluit [2].

Item quod ipse Johannes postmodum dyocesim Tholosanam in sex partes [3] episcopatus divisit, et cuilibet certos et limitatos redditus assignavit : quorum quidem ipsi pro suffraganeis [4] archiepiscopo Tholosano extiterunt deputati [5], et in certis locis solempniter fuerunt assignati [6]. Et primo videlicet [7] villam Montisalbani, secundo villam de Rivis, tertio villam et abbatiam de Lomberiis, quarto villam de Sancto Papulo, quinto villam de Mirapisce, sexto et ultimo villam de Vauro; in quibus ecclesias cathedrales ipse temporibus perpetuis constituit et ordinavit.

Item quod ipse [8] Johannes [9] postea in villa Sancti Pontii Thomeriarum cum [10] abbatia et deinde in villa de Electo [11] cum [12] abbatia et cum [13] auxilio aliquorum [14] reddituum ecclesie Narbonensis et dyocesis [15] posuit sedes episcopales, et cuilibet ipsorum certos et limitatos redditus assignavit, et jure metropolitano archiepiscopo Narbonensi subjecit [16] et deputavit [17].

Item quod iste Johannes postmodum episcopatum Albiensem in duos episcopatus divisit, et apud villam Castrarum cum [18] sua [19] abbatia ecclesiam cathedralem ibi [20] constituit, et de redditibus dyocesis et ecclesie [21] Albiensis ipsam in parte dotavit atque fundavit, et jure metropolitano archiepiscopo Bituricensi [22] ecclesiam Castrarum subjecit, prout ecclesia Albiensis erat ab antiquo.

Item quod ipse [23] Johannes deinde [24] episcopatum Agennensem in duas partes divisit, et apud villam Condomiensem de novo episcopatum constituit cum [25] abbatia illius loci, et cum auxilio reddituum dyocesis et [26] ecclesie Agennensis ipsum episcopatum dota-

1. limitavit et assignavit, *D.* — 2. providit et transtulit ad ipsam; quam ecclesiam Regensem acceptare noluit, *B, Bal.;* providit, et eum ad ipsam transferre voluit; sed noluit ipse, *D.* — 3. *omis par Bal., D.* — 4. ipsi, *ajouté par D.* — 5. assignati, *D.* — 6. situati, *D.* — 7. *omis par B, Bal.* — 8. iste, *D.* — 9. quod ipse Johannes, *omis par B, Bal.* — 10. in, *Bal.* — 11. Clereto *(sic)*, *B.* — 12. in, *Bal.* — 13. *omis par Bal.* — 14. certorum, *D.* — 15. ipse Johannes, *mis ici par B, Bal.* — 16. subjessit, *C.* — 17. et deputavit, *omis par B, Bal.* — 18. in, *Bal.* — 19. *omis par Bal.* — 20. *omis par D, Bal.* — 21. dyocesis et, *omis par B, D, Bal.;* et dyocesis ecclesie, *C.* — 22. Biterrensis *(sic)*, *B, C, D.* — 23. iste, *D.* — 24. et, *D.* — 25. in, *Bal.* — 26. *omis par B, C, Bal.*

vit et assignavit, et jure metropolitano archiepiscopo Burdegalensi ipsam ecclesiam subjecit [1] atque deputavit [2], prout ecclesia Agennensis ab antiquo sibi erat subjecta [3].

Item quod ipse [4] Johannes exinde ecclesiam Lemovicensem in duos episcopatus [5] divisit, et apud villam Tutellensem de novo episcopatum constituit [6] cum [7] abbatia ibi posita, et cum auxilio reddituum ecclesie [8] et [9] dyocesis Lemovicensis ipsum episcopatum dotavit atque fundavit [10], et jure metropolitano ecclesie Bituricensi ipse [11] subjecit [12] et deputavit [13], prout etiam ecclesia Lemovicensis sibi [14] erat ab antiquo subjecta.

Item quod ipse [15] Johannes postmodum ecclesiam Petragoricensem in duos episcopatus divisit [16] et apud villam de Sarlato cum [17] sua abbatia de novo ecclesiam cathedralem constituit et ibi erexit [18], et cum auxilio reddituum dyocesis et [19] ecclesie [20] Petragoricensis ipsum episcopatum dotavit atque fundavit [21], et jure metropolitano archiepiscopo [22] Burdegalensi tunc subjecit [23] et deputavit [24], prout dicta ecclesia Petragoricensis sibi subjecta ab antiquo erat [25].

Item quod postea ipse [26] Johannes ecclesiam Claromontensem in duos episcopatus divisit, et apud villam Sancti Flori [27] cum [28] sua abbatia ecclesiam cathedralem constituit, et episcopatum ibi erexit, et cum auxilio reddituum dyocesis et [29] ecclesie Claromontensis eam dotavit, et jure metropolitano archiepiscopo [30] Bituricensi, sicut est ecclesia Claromontensis, ipsam ecclesiam deputavit [31] prout dicta ecclesia Claromontensis prius ab antiquo ecclesie Bituricensi extiterat subjecta [32].

1. subjessit, *C.* — 2. atque deputavit, *omis par B, Bal.* — 3. *au lieu de* ab antiquo sibi erat subjecta *D met* subjecta ab antiquo. — 4. iste, *D.* — 5. duas partes, *D; après* episcopatus *C ajoute* sibi. — 6. instituit, *D.* — 7. in, *Bal.* — 8. *omis par C.* — 9. ecclesie et, *omis par B, Bal.* — 10. atque fundavit, *omis par B, Bal.* — 11. *omis par B, D, Bal.* — 12. subjessit, *C, D.* — 13. et deputavit, *omis par B, Bal.* — 14. *mis par D après* antiquo. — 15. postmodum iste, *D.* — 16. duos divisit episcopatus, *D.* — 17. in, *Bal* — 18. et ecclesiam ibi erexit, *C;* et ibi erexit, *omis par B, D, Bal.* — 19. *omis par B;* et dyocesis, *C.* — 20. et ecclesie, *omis par Bal.;* ecclesie et dyocesis, *D.* — 21. atque fundavit, *omis par B, Bal.* — 22. ecclesie, *B, Bal.* — 23. subjessit, *C, D.* — 24. et deputavit, *omis par B, Bal.* — 25. ab antiquo subjecta erat, *B, Bal.;* ab antiquo erat sibi subjecta, *D.* — 26. iste, *D.* — 27. de Sancto Floro, *D.* — 28. in, *Bal.* — 29. et dyocesis, *C;* dyocesis et, *omis par B, D, Bal.* — 30. ecclesie, *B, Bal.* — 31. sicut antea erat subjecta ipsa ecclesia Claromontensis deputavit et subjecit, *D.* — 32. prout dicta... subjecta, *omis par D;* prout dicta ecclesia Claromontensis prius erat ab antiquo subjecta, *B, Bal.; après* subjecta *le texte de A recommence.*

Item quod ipse [1] Johannes papa [2] deinde ecclesiam Ruthenensem in duos episcopatus divisit, et apud villam de Vabro cum [3] abbatia ecclesiam cathedralem constituit et ipsam [4] ibi erexit [5], et cum auxilio reddituum dyocesis et ecclesie [6] Ruthenensis ibi [7] episcopatum dotavit atque fundavit [8], et jure metropolitano ipsum [9] archiepiscopo Bituricensi, sicut antiquitus dicta ecclesia Ruthenensis erat subjecta, ipse sibi subjecit et deputavit [10].

Item quod ipse [11] Johannes postea ecclesiam Pictavensem in tres episcopatus [12] divisit atque limitavit : quorum unum de novo constituit in villa de Malhesio cum [13] sua abbatia, et alium in villa de Lucionio cum [14] abbatia. Quos quidem episcopatus cum auxilio reddituum ecclesie Pictavensis et dyocesis ipsius dotavit atque fundavit, et jure metropolitico [15] archiepiscopo Burdegalensi [16], sicut ecclesia Pictavensis ab antiquo subjecta sibi erat [17], [18] supposuit atque subjecit [19].

Item quod iste [20] Johannes postmodum in pluribus et diversis civitatibus, castris et villis fecit et constituit multas ecclesias collegiatas cum dignitatibus et prebendis certis et congruis cum redditibus eis assignatis, prout sequitur. Et primo apud civitatem Montisalbani unam de ipsis fecit, et ibi decanum constituit, qui cum suis canonicis vacante sede [21] cathedrali in electione novi pontificis una cum monachis ecclesie cathedralis interesse [22] et ipsum episcopum eligere deberent. Item aliam ecclesiam consimilem fecit et constituit [23] in Castronovo de Arrio, Sancti Papuli [24] dyocesis. Item aliam consimilem in castro de Burlatio, dyocesis Castrensis [25]. Item aliam consimilem in castro Sancti Felicis de Caramanno [26], Tholosanensis dyocesis. Item in castro Montisregalis, dyocesis [27] Carcassonensis. Item aliam consimilem in villa Sancti Pauli de Fenolhedesio [28], Electensis dyocesis.

1. iste, *D.* — 2. *omis par B, D, Bal.* — 3. in, *Bal.* — 4. *omis par C.* — 5. et ipsam ibi erexit, *omis par B, D, Bal.* — 6. et dyocesis ecclesie, *A, C;* ecclesie et dyocesis, *D;* et ecclesie, *omis par B, Bal.* — 7. ipsum, *A, C.* — 8. atque fundavit, *omis par B, Bal.* — 9. *omis par B, Bal.* — 10. sicut antea erat subjecta dicta ecclesia Ruthenensis subjecit et deputavit, *D.* — 11. iste, *D.* — 12. partes, *D; après* episcopatus *C ajoute* etiam. — 13. in, *Bal.* — 14. in, *Bal.;* sua, *ajouté par D.* — 15. metropolitano, *B, D, Bal.* — 16. Senonensi, *A, C; une main très postérieure a corrigé* Senonensi *en* Burdegalensi *dans B.* — 17. sibi erat subjecta, *D, Bal.* — 18. sibi, *ajouté par A, B, C.* — 19. subjecit, *A.* — 20. ipse, *B, Bal.* — 21. ecclesia, *B, Bal.* — 22. inter ipse, *A, C.* — 23. instituit, *B.* — 24. Pauli, *B.* — 25. Castrensis dyocesis, *B, Bal.* — 26. Caramannio, *A, B.* — 27. Carcassonensis dyocesis, *B, D, Bal.* — 28. Fenelhedesio, *A, B.*

Item quod ipse [1] Johannes postea, anno Domini MCCCXVII, fecit de novo tres constitutiones seu decretales extravagantes; quarum prima incipit *Sedes apostolica*, secunda incipit *Suscepti regiminis*, tertia est [2] *Exsequabilis quondam* [3]; quas quidem aliqui [4] decretorum doctores jam glosaverunt seu ipsas exposuerunt.

Item quod [5] deinde anno quo supra in mense novembris [1317] prefatus Johannes papa constitutiones factas [6] in concilio Viennensi, et ante et post, per Clementem papam V [7], apud Avinionem, publicavit, et postea ipsas sub bulla ad studia generalia transmisit in scolis legendas et in [8] judiciis nostris [9]; que tamen diu steterant [10] in suspenso.

Item quod cum magna discordia exorta fuisset inter monachos abbatie ordinis Grandimontensis, ex una parte [11], et priores conventuales ejusdem ordinis, ex altera, super electione abbatis eorum, ideo dictus Johannes declaravit super hoc et ordinavit ut de cetero, vacante eorum abbatia, monachi illius monasterii [12] tantum ipsum abbatem eligere possint [13] et ad ipsos totaliter electio [14] ipsius [15] abbatis pertinere censeatur [16], et quod ad monachos singulorum prioratuum conventualium ejusdem ordinis electio priorum suorum dumtaxat pertinere noscatur, quamvis alias omnes monachi et priores conventuales dicto abbati, tamquam capiti eorum, remaneant et subjecti existant [17]. Et nichilominus voluit et addidit tribus eorum [18] unum [19] alium, ita quod sint de cetero quatuor visitatores, quia [20] reformatio ipsius melius et utilius consilio plurium fieri potest quam [21] paucorum [17 novembris 1317].

Item quod, cum in regno Aragonie, tempore hujus Johannis pape, non esset nisi unica ecclesia metropolitana valde lata et diffusa, ideo [22] predictus Johannes ecclesiam Cesaraugustanam [23] in metropolitanam [24] erexit et ordinavit, cui quinque ecclesias cathedrales jure metropolitico [25] assignavit et limitavit, et alias undecim

1. iste, *D.* — 2. *omis par Bal.* — 3. *lege* Exsecrabilis quorumdam, *Bal.* — 4. quas alii, *D.* — 5. *omis par B, Bal.* — 6. constitutionibus factis, *D.* — 7. adhesit et cas, *ajoutés par D.* — 8. *omis par B, Bal.* — 9. vestris et tenendis, *A, C.* — 10. steterat, *C, D.* — 11. parte una, *D.* — 12. ipsius abbatie, *B, Bal.* — 13. possent, *B, Bal.* — 14. electiones, *B.* — 15. *omis par B, Bal.* — 16. censeantur, *B.* — 17. remaneant et existant subjecti, *Bal.;* remaneant et subjecti assistant, *B;* remaneant et subjectis assistant, *A, C;* subjecta *(sic)* subsistant et remaneant, *D.* — 18. visitatoribus, *ajouté par D, Bal.* — 19. *omis par Bal.* — 20. *omis par C.* — 21. quanquam, *A, C.* — 22. *omis par D.* — 23. Cesaraugustanam ecclesiam, *D.* — 24. metropolitana, *A, C.* — 25. metropolitano, *B, D, Bal.*

cathedrales [1], quas archiepiscopus Terraconensis [2] jure metropolitico [3] habebat subjectas sibi, ut prius remanere debere [4], anno Domini MCCCXVIIJ [5].

Item quod postea, anno Domini MCCCXVIIIJ, prefatus Johannes papa, de consilio fratrum suorum, instituit et ordinavit novum ordinem militie, qui vocari deberet militia Christi Jhesu [6], in regnis Portugalie et Algarbii [7], ad resistendum Sarracenis in partibus illis [8] et etiam pro defensione fidei catholice christiane; cujus caput seu domum [9] principalem [10] constituit [11] in castro Marino, Silvensis dyocesis. Et nichilominus [12] ipsi militie dedit et assignavit omnia bona cum omnibus juribus et pertinentiis [13] universis que antea fuerunt in dictis regnis Templariorum [14], maxime cum omnia predicta procederent de assensu et beneplacito dictorum regum, que [15] olim donaverunt Templariis supradictis. Qui quidem ordo debet vivere et militare Deo pro fidei et fidelium defensione secundum regulam et instituta ordinis Calatrave, et quando opus fuerit, quod ipse ordo possit visitari, corrigi et reformari per abbatem monasterii de Alcobacia, Cisterciensis ordinis, dyocesis [16] Ulixbonensis; ut constat de omnibus premissis per litteras apostolicas exinde confectas [14 martii 1319], quas ipse ordo noscitur habere [17] hinc ad eternam rei memoriam.

Item quod postea, anno quo supra [1319], dictus Johannes papa antiquam abbatiam Montis Cassini ob reverentiam et honorem illius sanctissimi patris beati Benedicti abbatis et confessoris et patris atque institutoris ordinis [18] omnium monachorum in [19] ecclesiam cathedralem erexit atque [20] sublimavit.

Item quod postmodum [21] anno Domini MCCCXX [22] prefatus Johannes papa canonizavit sanctum Thomam, episcopum Herfordensem, virum nobilem, vita et moribus preclarum [23], scientia et

1. *au lieu de* et alias undecim cathedrales *Bal. met* ex illis undecim cathedralibus. — 2. Terragonensis, *A*, *C*. — 3. metropolitano, *B*, *D*. — 4. deberent, *A*, *B*; *au lieu de* sibi, ut prius remanere debere *D met* sibi esse, ut prius erat, declaravit et ordinavit. — 5. *après ce paragraphe B et Bal. insèrent celui qui concerne la canonisation de saint Thomas de Canteloup; cf. infra, même page.* — 6. Jhesu Christi, *C*; Jhesu, *omis par B*, *Bal.* — 7. Algrarbi, *A*, *C*; Algrabrie, *B*; Algarbie, *D*, *Bal.* — 8. *omis par A*, *C*. — 9. dominium, *A*, *B*, *C*. — 10. principale, *B*. — 11. construxit, *A*, *C*, *D*. — 12. *omis par D*. — 13. suis, *ajouté par C*; *barré dans A postérieurement.* — 14. Templariis, *B*. — 15. qui, *B*, *Bal.* — 16. *omis par D*. — 17. *omis par C*; habere noscitur, *D*. — 18. *omis par D*, *Bal.* — 19. et, *C*. — 20. et, *C*. — 21. postea, *B*, *Bal.* — 22. MCCCXIX, *Bal.*; MCCCLX, *B*. — 23. preditum, *A*, *C*, *D*.

doctrina perornatum, in sacra pagina et jure canonico [1] magistrum atque doctorem profundissimum [2], et multis virtutibus [3] circumfultum [4], et ipsum esse sanctum et coram Deo in sua gloria constitutum pronuntiavit et cathologo aliorum sanctorum pontificum et confessorum aggregavit.

Item quod postea [5], tempore ipsius [6] pape, quedam [7] terribilis pestis in regno Francie fuit exorta, in tantum quod nisi [8] Altissimus super hoc providisset, magna pericula et [9] scandala ecclesiis et personis ecclesiasticis et aliis Christi fidelibus finaliter supervenissent [10]. Quare ad eternam rei memoriam, prout Ecclesie [11] alias hoc idem [12] accidit, est denotandum. Nam anno Domini a nativitate [13] MCCCXX [14] subito surrexit quedam congregatio hominum simplicium utriusque sexus, qui se Pastorellos vocari faciebant, confingentes [15] et asserentes se habere bonum zelum et animum ultra mare transfretandi pro recuperanda Terra Sancta et [16] invadendo infideles [17] Sarracenos, nullum tamen habentes ducem nec principem nec alicujus navigii apparatum nec etiam victualia nisi in [18] quantum a Christi [19] fidelibus eis amore Dei administrabantur [20]. Ymo ipsi pro majori parte erant male induti [21] et calciati. Qui quidem cotidie numero crescebant et augmentabantur [22], et per castra dividebantur [23], et bini processionaliter cum vexillo sancte crucis precedente sine aliquo verbo per civitates, castra et [24] villas incedebant. Et omnes ecclesias majores eodem modo ipsi visitabant, petendo subsidium eis dari sub specie pietatis et [25] paupertatis, in tantum quod victualia eis dabantur habundanter Dei amore.

Item quod, cum postea dicti Pastorelli vel majores ipsorum viderent [26] tantam multitudinem seu multiplicationem, tunc [27] con-

1. canonum, *A*, *C*, *D*. — 2. profundissimum doctorem, *D*. — 3. virtutum, *A*, *C* ; meritis, *D*. — 4. fultum, *B*, *Bal*. — 5. postmodum anno Domini MCCCXX, *B*, *Bal*. — 6. Johannis, *ajouté par B*, *Bal*. — 7. *omis par C*. — 8. et, *ajouté par C*. — 9. pericula et, *omis par D*. — 10. supervenisset *(sic)*, *A*, *C*. — 11. Ecclesia *(sic)*, *A* ; etiam *au lieu de* Ecclesia *dans D*. — 12. Ecclesia ad hoc alias idem, *C*. — 13. *omis par Bal*. — 14. anno Domini a nativitate MCCCXX, *omis par D*. — 15. confugientes, *B* ; consurgentes, *D*. — 16. *omis par B*, *Bal*. — 17. *omis par B*, *Bal*. ; Christi infideles et, *ajoutés par D*. — 18. *omis par B*, *Bal*. — 19. *omis par A*, *C*, *D*. — 20. administrabantur eis amore Dei, *D*. — 21. inducti *(sic)*, *A*, *C*. — 22. *au lieu de* Qui quidem cotidie numero crescebant et augmentabantur *D met* Et cothidie crescebant et augmentabantur numero. — 23. et per castra dividebantur, *omis par B*, *Bal*. — 24. *omis par C*. — 25. atque, *C*. — 26. vidissent, *B*, *D*, *Bal*. — 27. *omis par B*, *D Bal*.

cepta fraude et malitia in cordibus eorum, ut populus in factis ipsorum majorem [1] confidentiam [2] et [3] fidem adhiberet [4], ideo [5] ipsi contra Judeos irruerunt, et omnes quotquot [6] invenire [7] poterant [8] qui baptizari refutabant, non expectato judicio interficiebant, et omnia bona eorum ipsi occupabant atque sibi appropriabant. Quorum persecutio et commotio tanta fuit quod rectores et communitates civitatum, castrorum et [9] villarum, necnon etiam prelatorum, clericorum et dominorum secularium valde dubitare inceperunt; maxime quia castrum de [10] Verduno [11], Tholosane dyocesis, quod est regis Francie, jam tunc obsederant [12] de facto propter aliquam catervam [13] Judeorum qui ad hujusmodi fortalicium [14] pre timore ipsorum confugerant; et [15] etiam in civitate Tholosana omnes Judeos, non obstantibus officialibus regis et [16] capitolaniis [17] civitatis, interfecerunt [18], et ipsorum bona sibi appropriaverunt. De quibus non est multum admirandum, quia similia et pejora in civitate Parisiensi fecerunt [19] et [20] partibus illis.

Item quod, cum postea dicti Pastorelli incepissent bona dictorum Judeorum sic depredari [21] et occupare [22] sine alicujus contradictione et resistentia, tunc tam in civitatibus, castris, villis, quam [23] ecclesiis [24] bona ipsorum locorum et ecclesiarum ut latrunculi furati [25] fuerunt [26] et multa alia mala facere inceperunt. Propter que rectores locorum, civitates, et singulares ipsorum [27] [persone], atque prelati ecclesias et [28] fortalicia contra ipsos custodierunt et victualibus ea [29] muniverunt, et victualia eis dare seu [30] vendere denegaverunt, et omnes passus viarum seu itinerum [31] stabiliri et custodiri fecerunt, et [32] tantum et taliter contra ipsos processerunt quod multi de ipsis interfecti et suspensi et alii effugati extiterunt. Et sic ipsi dispersi fuerunt et tanquam umbra evanuerunt. Et deinde civitas Avinionensis, in qua dictus Johannes

1. *omis par B, Bal.*— 2. considerationem, *D.*— 3. eis, *A, C.* — 4. adhiberent, *mss.* — 5. *omis par D.* — 6. quos, *B, Bal.* — 7. inveniri, *mss.* — 8. potuerunt, *B, Bal.* — 9. *omis par A.*— 10. *omis par C.*— 11. tunc, *ajouté par A, C, D.*— 12. obsecderant, *A.* — 13. aliqua caterva *(sic)*, *B.* — 14. castrum, *C.*— 15. ut, *B, Bal.* — 16. *omis par A, C.* — 17. capitellariis, *D*; Capitolii. *Bal.* — 18. interfuerunt *(sic)*, *A, C.* — 19. *placé par D après* partibus illis. — 20. in, *ajouté par B, Bal.* — 21. depredare, *A, C, D.*— 22. occupare et depredare, *B*; occupare et depredari, *Bal.* — 23. *omis par A, B, C, Bal.* — 24. *omis par B, Bal.*; suis, *ajouté par D.* — 25. furari *(sic)*, *D.* — 26. *omis par A, C, D.* — 27. *omis par Bal.* — 28. atque, *C.* — 29. ea victualibus, *B, D, Bal.* — 30. dare seu, *omis par B, Bal.*; seu, *omis par A, C.* — 31. interim *(sic)*, *A, C.* — 32. *omis par A, C.*

papa cum suis cardinalibus suam curiam [1] tenebat, quam invadere ipsi [2] nitebantur, gratia divina suffragante sic ab ipsis fuit liberata [3].

Item quod [4] deinde, anno a nativitate Domini MCCCXX, in quatuor temporibus ante Natale Domini, XIIIJ kalendas januarii [19 decembris], prefatus Johannes papa fecit et de novo creavit septem sollempnes cardinales : et primo videlicet [5] Reginaldum [6] Laporta de Alassaco, Lemovicensis dyocesis, tunc archiepiscopum Bituricensem [7], cui datus fuit titulus Sanctorum Nerei et Achilley; item Bertrandum de Turre, de Cambolacio [8], Caturcensis dyocesis [9], ordinis fratrum Minorum, in sacra pagina magnum [10] magistrum, tunc archiepiscopum Salernitanum [11], cui fuit datus titulus Sancti Vitalis presbiteri cardinalis [12]; item Petrum de Pratis, Caturcensis dyocesis [13], tunc archiepiscopum Aquensem, cui fuit datus titulus Sancte Potentiane [14] presbiteri cardinalis [15]; item [16] Symonem de Archiaco, Xanctonensis dyocesis, tunc electum in archiepiscopum Viennensen, cui fuit datus titulus Sancte Prisce presbiteri cardinalis [17]; item Pilumfortem [18] de Rapistagno, castri de Sancto Georgio, prope flumen Tarni [19], Albiensis dyocesis, et tunc episcopum Rivensem, cui fuit datus titulus Sancte Anastasie presbiteri cardinalis [20]; item Petrum Textoris de Sancto Anthonio, dyocesis Caturcensis [21], tunc sancte romane Ecclesie vicecancellarium, cui fuit [22] datus [23] titulus Sancti Stephani in Celiomonte presbiteri cardinalis [24]; item Raymundum Ruphi [25], de civitate Caturcensi, cui fuit datus titulus Sancte Marie in Cosmedin [26] dyaconi cardinalis [27].

Item quod anno Domini a nativitate [28] MCCCXXJ, tempore hujus Johannis pape, fuit inventa et de novo detecta summa et inenarrabilis et nephanda proditio leprosorum universorum nequitia. Et quia ipsa tangit Ecclesiam et ecclesiasticas personas,

1. sic, *ajouté par A, C, D.* — 2. ipsi invadere, *D.* — 3. gratia divina fuit ab ipsis sic liberata, *D.* — 4. *omis par B, Bal.* — 5. *omis par B, Bal.* — 6. Regnaldum, *B.* — 7. Centuricensem *(sic)*, *C.* — 8. Chambolacio, *B, Bal.* — 9. *omis par B ;* diocesis Caturcensis, *Bal.* — 10. *omis par D.* — 11. Saberiticanum, *A, D ;* Saberitanum, *C.* — 12. in sacra pagina... cardinalis, *omis par B, Bal.* — 13. dyocesis Caturcensis, *B, D, Bal.* — 14. *lege* Pudentiane. — 15. cui fuit datus... cardinalis, *passage omis par B Bal.* — 16. *omis par C.* — 17. cui fuit datus... cardinalis, *passage omis par B, Bal.* — 18. Paulum fortem *(sic)*, *B, C.* — 19. prope flumen Tarni, *omis par B, Bal.* — 20. et tunc... cardinalis, *passage omis par B, Bal.* — 21. Caturcensis dyocesis, *B, Bal.* — 22. *omis par A, C.* — 23. dictus, *A, C.* — 24. cui fuit datus... cardinalis, *passage omis par B, Bal.* — 25. Ruffi, *B, Bal.* — 26. Comesdym, *A, C, D.* — 27. cui fuit datus... cardinalis, *omis par B, Bal.* — 28. a nativitate, *omis par B, Bal.*

ideo non est pretermittenda, ymo ad perpetuam rei memoriam hic est inserenda. Nam universi leprosi in regno Francie constituti instinctu dyabolico [1] et sua fraude inducti [2] contra universum Dei populum tam ecclesiasticum quam secularem conspiraverunt et in [3] personas [4] ipsorum summe machinati fuerunt et [5] in tantum quod ipsi convenerunt quod [6] in omnibus fontibus, puteis et stagnis pulveres venenosos et alias [7] potiones ponere deberent, ut exinde [8] christiani sani et ab illo morbo [nec] infecti [9] nec corrupti [10], qui de illis aquis potarent, dictum morbum ipsorum incurrere vel saltim mori deberent, ad finem quod aut ipsi leprosi aut [11] alii sani [12] in eorum morbo essent pares [13], vel quod domini totius regni Francie ipsi leprosi [14] remanerent. Unde propter hoc [15] jam inter se ordinaverant pro [16] rege, ducibus, comitibus, baronibus et [dominis] castrorum et villarum, prout fertur. Sed quia Domini est terra et plenitudo ejus, idcirco tantam detestabilem machinationem et Ecclesie ac populi sui destructionem pati noluit, ymo detegi et Christi fidelibus voluit revelari. Cumque hujusmodi eorum iniquitas [17] detecta et inventa [18] extitisset, statim isti [19] leprosi, qui reperiri potuerunt, combusti publice extiterunt; et in quibusdam aliis partibus, in domibus suis propriis, ipsi [20] et eorum mulieres in detestationem tanti criminis concremati [21] etiam fuerunt. Et sic coronam Francie et regni [22] dignitates [23] ipsius [24], quas habere sperabant, unico [25] actu ipsi perdiderunt. Illi autem qui culpabiles inventi non fuerunt, in domibus suis propriis perpetuo [26] inclusi fuerunt, et ipsorum conjuges et filii in alia domo ab eis separate posite et incluse fuerunt, ne ipsi alicui nocere possent de cetero nec multiplicari [27], etc.

1. dyaboli, *Bal.;* dyabolo *(sic)*, *B.* — 2. induti, *B, C.* — 3. *ici finit A.* — 4. personis, *C.* — 5. *omis par C, D.* — 6. *omis par C.* — 7. *omis par D.* — 8. *omis par D.* — 9. infecto, *C.* — 10. et ab illis morbo infecti non corrupti, *C ;* et ab illo morbo infecto non corrupti, *D ;* et illo morbo nec infecti nec corrupti, *Bal.* — 11. et, *C.* — 12. essent, *placé ici par B, Bal.* — 13. *omis par B, Bal.* — 14. domini ipsius Francie regni leprosi, *B, Bal.* — 15. propter hoc, *omis par D.* — 16. de, *D.* — 17. iniquitas eorum, *D.* — 18. detenta et intenta *(sic), B, C.* — 19. omnes, *D.* — 20. *omis par D.* — 21. cremati, *C.* — 22. regni et, *C.* — 23. coronam regni et dignitates, *D.* — 24. *omis par B, D, Bal.* — 25. uno, *D.* — 26. separati et, *ajoutés par D.* — 27. possent vel de cetero valerent multiplicari, *D.*

PRIMA VITA

BENEDICTI XII

Benedictus papa XIJ, natione[1] Tholosanus, de loco de[2] Savarduno[3], dyocesis Rivensis[4], oriundus, post dictum Johannem papam XXIJ immediate fuit electus in papam, in Avinione, die XVJ[5] mensis decembris, anno Domini MCCCXXXIIIJ. Die vero vigesima[6] fuit coronatus.

Hic prius[7] fuit vocatus Jacobus Furnerii, alias cognominatus Novelli. Qui in juventute sua sub habitu regulari et monastico decrevit[8] Domino famulari[9]. Fuitque receptus et indutus[10] in monachum in monasterio Bolbonensi[11], ordinis Cisterciensis, dyocesis Mirapiscensis[12], ubi, postquam edoctus fuit[13] in regularibus[14] observantiis et claustralibus disciplinis, diutius circa studia litterarum insudavit, tam[15] Parisius quam alibi permanendo; in quibus adeo profecit quod tandem fuit effectus sufficiens et[16] notabilis magister in sacra theologia. Deinde primo ad monasterium Fontisfrigidi, dyocesis Narbonensis, secundo ad Appamiarum, tertio ad Mirapiscensem fuit promotus ecclesias. Demum vero per dictum[17] Johannem papam XXIJ[18] ordinatus extitit[19] in presbite-

1. *omis par A, B.* — 2. *omis par Bal.* — 3. Savardino, *A;* Samardino, *B.* — 4. Appamiarum dyocesis, *A, B, Bal.* — 5. *lege* XX. — 6. *lege* octava januarii MCCCXXXV. — 7. primus, *E.* — 8. deguit, *E.* — 9. familiari *(sic). B.* — 10. inductus, *E;* induitus, *B.* — 11. Bolbone, *A, B, Bal.* — 12. Mirapicensis, *A, B.* — 13. fuit edoctus, *B, Bal.* — 14. regulariis, *B.* — 15. *omis par B.* — 16. sufficiens et, *omis par B.* — 17. predictum, *A, B.* — 18. papam Johannem XXII, *Bal.* — 19. fuit assumptus, *B, Bal.*

Désignation des manuscrits employés :

A = Bibliothèque nationale de Paris, ms. latin *14617*, fol. 235 r°-239 r°.

B = Bibliothèque nationale de Paris, ms. latin *15011*, fol. 495 r°-499 r°.

E = Bibliothèque de la ville de Toulouse, ms. *474*, fol. 1 r°-6 r°.

rum cardinalem; habuitque titulum Sancte Prisce. Et exinde fuit, ut premittitur, electus [1] in papam; seditque annis septem, mensibus quatuor, et diebus quindecim.

Hic decretalem edidit [2] que incipit : *Benedictus Dominus Deus in donis suis*, ad decisionem questionis inter theologos [3] diutius agitate [4] de Dei faciali visione sanctorum et aliorum beatorum ante diem judicii, quam dictus Johannes papa [5] XXIJ, predecessor suus, morte preventus, non determinaverat, licet hoc [6] facere disposuisset. Unde declaravit idem Benedictus papa quod anime sancte, [que [7]] non egent [8] purgatione, statim faciem Dei vident, mandans sub pena anathematis ac incursionis heresis ne quis contra hujusmodi determinationem suam dogmatizaret aut crederet [9] [29 januarii 1336].

In consistorio etiam publico, primo vel [10] secundo [21 vel 22 decembris 1334], quod tenuit, revocavit omnes commendas factas per predecessores suos de ecclesiis cathedralibus et abbatiis quibuscumque personis, cardinalibus et patriarchis [11] dumtaxat exceptis.

Hic etiam papa, in sui pontificatus principio, misit nuntios suos ad Ludovicum, ducem Bavarie, rebellem et inobedientem romane Ecclesie occupatoremque Imperii, qui ipsum monerent et exhortarentur, sui parte, ut [12], ab inceptis et [13] attemptatis desistendo, ad dicte Ecclesie obedientiam humiliter redire vellet, credens et sperans erga eum tali modo potius proficere [14] quam si continuaret [15] processus contra ipsum inchoatos per dictum [16] Johannem papam XXIJ, predecessorem suum. Tamen nec sic [17] cum ipso profecit, cum induratus [18] et pertinax permanserit sicut [19] prius. Non tamen aliter papam persecutus est, nec etiam papa ipsum, sed sic [20] in tali quali quiete suo tempore remanserunt [21].

Ipse etiam papa eodem [22] tempore [1335] deliberavit transferre curiam suam ad partes Ytalie moramque suam facere in civitate Bononiensi, dummodo ipsum debite et honorifice ejus incole et cives vellent recipere et tractare sibique obedientiam vellent [23]

1. Et exinde, ut premittitur, credens, *B.* — 2. condidit, *Bal.* — 3. theologicos, *B.* — 4. agitata, *A;* agitatam, *B.* — 5. papa Johannes, *Bal.* — 6. hec, *E.* — 7. que, *ajouté postérieurement dans E.* — 8. non egentes *au lieu de* que non egent, *A*, *B.* — 9. dogmatizarent aut crederent, *B.* — 10. et, *B.* — 11. quibuscumque... patriarchis, *passage omis par B.* — 12. *omis par E.* — 13. ab, *ajouté par B.* — 14. proficere potius, *A*, *B;* potius proficere tali modo, *Bal.* — 15. sibi continuare, *B.* — 16. dominum, *Bal.* — 17. nec sic, *corrigé postérieurement en* nichil *dans E.* — 18. indignatus, *A*, *B.* — 19. et, *ajouté par B.* — 20. *omis par A*, *B.* — 21. permanserunt, *B.* — 22. eo, *B.* — 23. *omis par B*, *E.*

prestare et fidelitatem servare. Et hoc [1] ipse [2] dixit in publico consistorio, voluitque ut [3] divulgaretur et publicaretur ubique et [4] presertim in partibus Ytalie supradictis. Volensque experiri et scire an ita [5] facere vellent, misit ad dictam civitatem certos nuncios suos ad [6] eis intimandum hujusmodi voluntatem [7], intentionem et deliberationem suam [8]; deditque eis in mandatis ut, si ipsi [9] viderent dictorum civium voluntatem conformari [10] pro mansione sua, ibi palatium prepararent, libratasque pro cardinalibus dividerent et ordinarent. Nuntii vero hujusmodi illuc accedentes invenerunt civitatem predictam ad hoc [11] male fore dispositam, cum adhuc cives ipsius [12] essent in rebellione et inobedientia contra romanam Ecclesiam, prout etiam tunc erant [13] fere omnes alie terre ad eamdem Ecclesiam in illis partibus pertinentes, que non diu ante (scilicet tempore Johannis pape XXIJ) suum legatum [14] vituperose et violenter expulerant [15] de civitate memorata. Quod dicti nuncii videntes [16] redierunt Avinionem, papeque retulerunt. Qui de hoc doluit. Sed videns quod [17] tunc aliud [18] facere non poterat, mutato proposito deliberavit permanere [19] in Avinione cum dicta curia sua. Incepitque ibi a solo edificare palatium in loco ubi tunc erat domus episcopalis, et tandem hujusmodi edificium, quasi quamdiu vixit, continuavit, in tantum quod suo tempore et per ejus m[in]isterium factum est dictum palatium valde solempne mireque pulcritudinis in mansionibus et immense fortitudinis in muris et turribus, prout hodie luculenter apparet. Demum pro tempore ordinavit quod episcopus Avinionensis haberet pro mansione sua ac in recompensam [20] alterius, in cujus loco et solo dictum palatium erat edificatum, domum que nunc episcopalis [21] appellatur, que est valde notabilis [22] et solempnis.

Monasterium etiam Bolbone [23], in quo, ut predicitur [24], prius monachus extiterat, magnis et altis muris claudi et circui [25] fecit cum suis magnis sumptibus et expensis.

Ecclesiam insuper [26] beati Petri de Urbe, pro tunc in tectis valde

1. hec, *E.* — 2. *omis par A, B.* — 3. quod, *B.* — 4. *omis par Bal.* — 5. ista, *B.* — 6. *omis par A, B.* — 7. *omis par E.* — 8. *omis par E.* — 9. isti, *A. B.* — 10. informari, *A, B.* — 11. adhuc *au lieu de* ad hoc, *E.* — 12. *omis par B.* — 13. erant tunc, *A, Bal.* — 14. ut, *ajouté par B.* — 15. expulaverunt, *B.* — 16. *omis par B.* — 17. quia, *Bal.* — 18. aliquid, *B;* aliud pro tunc, *A.* — 19. manere, *B, Bal* — 20. recompensa, *B.* — 21. domumque nunc episcopalem *(sic), E.* — 22. nobilis, *B.* — 23. Balbone, *B.* — 24. premittitur, *B.* — 25. circuitum, *B.* — 26. *omis par A, B.*

demolitam et destructam, fecit miro et sumptuoso opere reparari, prout ad ejus perpetuam memoriam [1] in ea litteris grossis et [2] patentibus scriptum reperitur.

Eodem tempore, scilicet in autumpno, circa festum apostolorum Symonis et Jude [3] [28 octobris 1336], insurrexit subito tam validus et fortis ventus in diversis mundi partibus quod multarum [4] domorum fecit [5] ruinam, tecta etiam plumbea [6] ecclesiarum et domorum diversarum ad magnam distantiam asportavit; quod multis attulit stuporem pariter et timorem.

Item Philippus rex Francie jam a [7] diu deliberaverat cruce [8] signari facereque passagium generale versus partes ultramarinas pro recuperatione et acquisitione Terre Sancte; miseratque ad Johannem papam XXIJ nuntios suos solempnes ea de causa, [9] sui parte, [ad] ista sibi intimandum [10] et nichilominus petendum [11] ab eo ad [12] hoc [13] subsidium decimarum regni sui, quod post multas instantias dictus papa sibi concesserat. Et [14] quia dictum passagium non habuit effectum, dictus Benedictus papa concessionem decimarum hujusmodi revocavit [1336]. Propter quod dictus rex ad ipsum [15] venit [1336] personaliter cum filio suo primogenito Johanne, duce Normannie, causa ipsum visitandi ac etiam remediandi circa revocationem predictam. Sed satis [16] cito [17] demum contigit [18] quod idem [19] rex occupavit seu ad manum [20] suam recepit ducatum Aquitanie [21] [24 maii 1337], cujus superioritas seu dominium directum [22] ad ipsum spectabat, tenebaturque in feudum ab ipso per regem Anglie [23], qui eo [24] tunc ipsum pro majori [25] parte possidebat. Cujus occasione fuit orta guerra inter ipsos reges, videlicet dictum [26] Philippum, tunc Francie, et Edoardum, tunc Anglie reges. Propter quod [27] dictum passagium ultramarinum conceptum [28], ordinatum et promissum [29] per dictum Philippum regem Francie [30], ut dictum est, potissime fuit impeditum et turbatum [31].

1. memoriam perpetuam, *Bal.* — 2. *omis par A, B.* — 3. Symonis et Jude apostolorum, *B.* — 4. multam, *B, Bal.* — 5. fecit domorum, *A, B.* — 6. *omis par A, B.* — 7. *omis par B.* — 8. crucis *(sic)*, *E.* — 9. tam, *ajouté par E.* — 10. intimando, *A, B.* — 11. petendo, *A, B.* — 12. ab, *B.* — 13. ad hoc, *omis par E.* — 14. Sed, *Bal.* — 15. quod ad ipsum rex, *B.* — 16. *omis par A, B.* — 17. scito, *B.* — 18. contingit, *B, E.* — 19. dictus, *A, B, Bal.* — 20. magnum *(sic)*, *B.* — 21. *omis par B.* — 22. ducatus, *E; omis par Bal.* — 23. per regem Anglie ab ipso, *B.* — 24. de, *Bal.* — 25. majore, *Bal.* — 26. dominum, *B.* — 27. quam, *A; corrigé postérieurement en* quod *dans E.* — 28. *omis par E.* — 29. concessum, *B.* — 30. Johannem *(sic) au lieu de* Philippum regem Francie, *B.* — 31. et turbatum, *omis par E.*

Nam idem Philippus voluit plus intendere ad dictam guerram prosequendam quam [1] ad dictum passagium faciendum, suspicans et verisimiliter [2] dubitans quod si ipse a regno suo tam in longinquum [3] se [4] absentaret [5], dictus rex Anglie, suus inimicus, regnum suum [6] invaderet et dampnificaret. Et sic revocatio predicta in suo robore permansit.

Per idem insuper [7] tempus [1338] orta hujusmodi guerra inter reges memoratos, dictus Edoardus, rex Anglie, intravit [8] Alamanniam, venitque in Frankeford [9], op[p]idum imperiale, ad dictum Ludovicum, ducem Bavarie, petens [10] ab eo auxilium et juvamen contra dictum Philippum, regem Francie [11]; fueruntque ad invicem contra dictum Philippum [12] confederati et colligati; dictusque [13] Ludovicus, qui [14], licet false [15], se gerebat [16] pro imperatore talemque [17] se nominabat, ipsum regem Anglie, quantum in ipso fuit, fecit et constituit vicarium imperialem in partibus Gallie et nonnullis aliis terris. Cujus occasione et pretextu idem rex Anglie Cameracensem civitatem, que est camera Imperii, voluit intrare; sed negato sibi aditu eam obsedit, civibus tamen ejusdem sibi viriliter [18] resistentibus oportuit quod ab inde discederet [19] non mediocriter confusus [1339].

Eodem etiam tempore dictus Ludovicus Raynaldum [20], tunc comitem Guelrie [21], in ducem [1339] et Guillermum, tunc comitem Juliacensem [22], in [23] marchionem [1336] sublimavit.

Cum autem ad notitiam dicti [24] Benedicti pape pervenisset quod guerra inter ipsos [25] reges predictos [26] crescebat et continue invalescebat, dampnaque [27] quamplurima hinc inde inferebantur, circa ipsorum pacificationem, prout etiam suo statui congruebat, partes [28] suas interponere decrevit. Destinavitque ad ipsos, causa tractandi ac iniendi [29] pacem et concordiam inter eos, suos nuntios [1337], legationis officio fungentes, dominos Petrum Gometii,

1. quod, *B.* — 2. et, *ajouté par B.* — 3. longincum, *A*, *E.* — 4. *omis par E.* — 5. in longincam regionem se abstraheret, *B.* — 6. suum regnum, *B.* — 7. *omis par B.* — 8. in, *ajouté par Bal.* — 9. *lege* Coblentz. — 10. que, *ajouté par B.* — 11. *omis par E.* — 12. contra dictum Philippum, *omis par B.* — 13. que, *omis par B.* — 14. cui *(sic)*, *E.* — 15. falso, *E.* — 16. dictus Ludovicus licet se false gerebat, *B.* — 17. tamen *au lieu de* que, *B.* — 18. *omis par A*, *B.* — 19. recederet, *A*, *B*, *Bal.* — 20. Reynaldum, *E.* — 21. Guelzie, *A*, *B.* — 22. Juriacensem, *E.* — 23. et *(sic)*, *E.* — 24. *omis par B.* — 25. *omis par A*, *B*, *Bal.* — 26. predictos reges, *B.* — 27. ac dampna *au lieu de* dampnaque, *A*, *B.* — 28. preces, *E.* — 29. inveniendi, *B.*

Hyspanum, tituli Sancte Praxedis presbiterum, et Bertrandum de Montefaventio, Sancte Marie in Aquiro dyaconum cardinales, qui per dictum regem Francie in regno suo [1] fuerunt honorifice recepti, et [2] gratiose ac favorabiliter tractati. Regnum autem Anglie per ejus regem intrare nullatenus sunt permissi [3], sed citra mare idem rex suos [4] misit nuntios qui cum eis loquerentur et tractarent, vice et nomine suis, super pace et concordia memoratis. Fueruntque in variis locis et terminis [5] ad hoc [6] ordinatis et procuratis [7] per medium et m[in]isterium cardinalium predictorum multa prelocuta et tractata inter ipsas partes. Sed tandem, Domino sic permittente, effectus fuit nullus, cum nullatenus potuerint viam convenientem invenire [8] per quam partes predicte voluerint [9] ad pacem inclinari. Sicque post labores multos moramque diutinam redierunt [10] ad dictum papam cardinales predicti super illis pro quibus missi fuerant satis [11] cum modico fructu, saltim quoad firmam pacem aut [12] concordiam [13] duraturam.

Fecerunt tamen dicti cardinales, per idem tempus, opus admodum [14] laudabile et memoria dignum. Primus [15] enim bastitam, que Hyspanie appellatur, secundus etiam aliam satis illi [16] contiguam, que de Montefaventio nuncupatur, prope Avinionem [17], de bonis a Deo eis datis a solo edificaverunt; in quibus sunt mansiones pulcherrime et omni amenitate decore; habentque viridaria, vineas, et [18] pascua, et alia delectabilia infinita; que potius fecisse et ordinasse censentur [19] pro animarum suarum salute quam [20] complacentia corporali. Primus enim in sua instituit [21] conventum notabilem [22] dominarum sub regula seu ordine Predicatorum degentium, pro quarum et certorum fratrum ejusdem ordinis eis assistentium [23] sustentatione bona et sufficientes [24] redditus et proventus circumquaque acquisivit, earumque usui deputavit, voluitque in ecclesia valde solempni ibidem edificata finaliter tumulari.

1. dictum regem in regno Francie, *B.* — 2. *omis par A, B.* — 3. admissi, *B.* — 4. *omis par Bal.* — 5. et terminis, *omis par B.* — 6. hec, *E.* — 7. procurantis *(sic)*, *E.*— 8. potuerit via conveniens inveniri, *A, Bal.:* potuerit via inveniri, *B.* — 9. valuerint, *Bal.* — 10. redirent, *B.* — 11. *omis par B.* — 12. et, *A.* — 13. aut concordiam, *omis par B.* — 14. ad idem, *E.* — 15. primo, *A.* — 16. *omis par Bal.* — 17. bastitam que nuncupatur Avinione, *A;* Fecerunt tamen dicti cardinales plurimum commendati qui edificaverunt per tempus admodum laudabile et memoria dignum. Primo enim basilicam que nuncupatur Avinione, *B.* — 18. vineasque *au lieu de* vineas et, *B.*— 19. *omis par B.* — 20. pro, *ajouté par B.* — 21. constituit, *B.*— 22. nobilem, *B.*— 23. sistentium, *B.*— 24. sufficienti *(sic)*, *B.*

Secundus vero in alia certum numerum canonicorum regularium ordinis sancti Augustini instituit; pro quorum etiam [1] sustentatione convenienti emit redditus et proventus quamplures [2], et multa alia bona sua disposuit et ordinavit, elegitque etiam in ecclesia ibidem fabricata postremo sepeliri.

Eodem etiam tempore fuit edificata, fundata et dotata ecclesia collegiata Beate Marie Villenove prope Avinionem per dominum Arnaldum de Via, Sancti Eustachii dyaconum cardinalem, qui etiam ibi instituit [3] certum numerum canonicorum et decanum qui ipsis [4] presideret; voluitque quod [5] collatio prebendarum, alternatis vicibus, ad regem Francie pertineret.

Dicto etiam durante tempore surrexit quidam in partibus Alamannie, qui, adunata sibi multitudine rusticorum, Judeos quoscumque reperire poterat trucidari ordinabat sub colore zeli fidei christiane. Sed demum hoc in perniciem et dampnum christianorum redundare incepit [6]. Nam etiam tales sic coadunati in christianos sevire temptarunt. Propter quod fuit eis obviatum, et presertim per Ludovicum ducem Bavarie memoratum; qui licet alias esset [7] admodum perversus, prout sua facta demonstrant, tamen in hoc bene egit. Procuravit namque et operatus est quod capitaneus seu ductor predictorum occisus est, et sic demum illa congregatio dispersa et confusa disparuit.

Eodem tempore [8] [1339] ad dictum papam venit Avinionem [9] Petrus, rex Aragonum, fecitque ei homagium et prestitit juramentum fidelitatis, in forma debita, pro regno Sardinie, quod tenet in feudum ab Ecclesia romana. Fuitque idem rex honorifice receptus [10] per dictum papam, licet die introitus sui in curia incendium magnum [11] fuerit [12] in coquina, ubi parabantur [13] cibaria [14] pro prandio dictorum pape, regis et cardinalium, prout est fieri consuetum. Sed hoc non obstante, omnia fuerunt bene disposita et parata sic et taliter quod omnes remanserunt bene contenti. Venit etiam cum dicto rege, qui tunc satis juvenis erat, Jacobus, rex Majoricarum; qui quasi dicti regis pro tunc regimen [15] et gubernationem habebat, saltim quoad personam [16].

1. *omis par B.* — 2. complures, *Bal.;* quamplurimos, *A*, *B.* — 3. constituit, *B.* 4. eis, *A*, *B.* — 5. *omis par B.* — 6. cepit, *E.* — 7. esset alias, *B.* — 8. Eodem tempore, *omis par E.* — 9. Avinionem venit, *B.* — 10. receptus honorifice, *A*, *B.* — 11. magnum incendium, *B*, *Bal.* — 12. fuit, *B*, *E.* — 13. parabatur, *B.* — 14. *omis par B.* — 15. regnum, *B.* — 16. suam, *ajouté par B.*

Tempore etiam istius pape [1340], Alfonsus, rex Castelle, condicto [1] prelio contra regem Marrochie Sarracenum et infidelem triumphavit, et in signum victorie vexillum seu banderiam [2] dicti regis victi [3] una cum sua eidem pape misit; que usque ad longa tempora [4] in capella papali appense [5] permanserunt.

Item anno Domini MCCCXXXVJ, die quarta mensis junii, obiit dominus frater Guillelmus Petri de Godino [6], ordinis Predicatorum, episcopus Sabinensis cardinalis, qui diu fuerat legatus in Hyspania [7]; ubi multa bona et salubria ordinavit, constitutionesque fecit quamplurimas, presertim contra concubinarios ecclesiasticos, qui pro tunc erant in illis partibus infiniti. Hic, quanquam esset modice, ymo quodam modo deformis stature, fuit multum litteratus et cordatus ac virtuosus in omnibus factis suis. Deditque etiam Deus sibi [8] multa bona temporalia [9], de quibus fecit opera mirabilia que secuntur. Construxit enim tres ecclesias mirabilis pulcritudinis, adeo quod ordo suus non creditur [10] habere pulchriores et solempniores ubicumque, unam videlicet [11] in conventu Avinionensi, aliam in conventu Tholosano, in qua [12] jacet tumulatus, et aliam [13] in conventu Bajonensi, ubi [14] fuerat vestitus et educatus. Fecit etiam tam in dictis conventibus quam in [15] aliis dicti ordinis multa alia bona admodum [16] commendabilia et memoria digna.

Item tempore dicti pape, videlicet anno Domini MCCCXXXVIJ, die tertia mensis junii [17], Venetiis, fuit tanquam hereticus condempnatus brachioque seculari traditus et deinde crematus igne [18] frater Franciscus de Pistorio, ordinis Minorum, pro eo quia pertinaciter asserebat quod Christus et ejus discipuli nichil habuerunt in proprio nec in [19] communi, cujus contrarium determinaverat Johannes papa XXIJ, in constitutione que incipit *Cum inter nonnullos.*

Dictus summus pontifex Benedictus [20] multum fuit curiosus et intentus tempore suo circa reformationem ordinis et status monachorum nigrorum et Cisterciensium, qui, prout sibi videbatur,

1. cum certo *au lieu de* condicto, *A*, *B.* — 2. blonderiam, *B.* — 3. *omis par Bal.* — 4. demum, *ajouté par E.* — 5. appensa, *E.* — 6. Godeno, *B;* Gederio, *A;* Guoderio, *E.* — 7. Hyspaniam, *B.* — 8. *omis par E;* sibi Deus, *Bal.* — 9. temporalia bona, *B.* — 10. credit, *A*, *B.* — 11. videlicet unam, *E.* — 12. quo, *B.* — 13. et aliam, *omis par B.* — 14. in quo *au lieu de* ubi, *Bal.* — 15. *omis par A.* — 16. multum, *B.* — 17. mensis junii die tertia, *A*, *B.* — 18. igne crematus, *A*, *B.* — 19. *omis par A*, *B.* — 20. *omis par B.*

in multis erant laxati et collapsi. Deputavitque certos valentes et notabiles [1] religiosos tam abbates quam alios in theologia et jure canonico doctores, qui de mandato suo ut plurimum cenobia seu monasteria dictorum monachorum ubicumque [2] visitarunt, informaveruntque se quantum potuerunt quomodo et qualiter se gerebant ac in quibus deficiebant. Qui, hujusmodi informatione facta, eidem pape retulerunt ea [3] in quibus ipsos defectuosos invenerant ac in quibus reformatione indigebant. Qui eorum informatione audita [4] et recepta, habita tamen [5] deliberatione matura circa ordinem et statum monachorum predictorum, certas edidit constitutiones [1335 et 1336], quas perpetuo et inviolabiliter per eos voluit et precepit [6] observari. Et inter cetera statuit quod in singulis provinciis, quas in suis constitutionibus nominavit et limitavit, de triennio in triennium per abbates monachorum nigrorum earumdem provinciarum concilium provinciale celebretur [7], in quo intersint omnes [8] abbates cujuslibet provincie [9], et ibi [10] referantur et audiantur illa que concernent statum ipsorum tam in spiritualibus quam in [11] temporalibus; quomodo [12] etiam tunc [13] reformentur, si et prout [14] reformatione indigeant [15]. Item constituit quod de singulis monasteriis ac [16] prioratibus conventualibus tenentibus certum numerum monachorum certi monachi mittantur ad studia generalia litterarum causa ediscendi [17], et quod eis in libris, victu et vestitu de proventibus dictorum monasteriorum [18] vel prioratuum certo modo per ipsum limitato et ordinato [19] provideatur [20]. Item voluit, constituit et ordinavit quod [21] annis singulis Cistercii celebretur capitulum generale, in quo omnes abbates ejusdem ordinis per se vel [22] procuratores suos [23] teneantur interesse, in quo reformentur reformanda, et fiant et ordinentur alia que ipsis fuerint [24] necessaria ac [25] etiam [26] oportuna. Item quod mittantur etiam [27] ad studia

1. et notabiles et valentes viros, *B;* notabiles et valentes viros, *A;* notabiles et valentes, *Bal.* — 2. ubi, *E.* — 3. ac, *Bal.* — 4. tradita, *E.* — 5. habitaque *au lieu de* habita tamen, *Bal.* — 6. et precepit, *omis par A, B.* — 7. celebraretur, *B, Bal.* — 8. omnes intersint, *E.* — 9. in quo intersint omnes abbates cujuslibet provincie, *omis par B.* — 10. ubi, *A, B.* — 11. *omis par B.* — 12. que, *A, B, Bal.* — 13. tum, *Bal.* — 14. et prout, *omis par A, B.* — 15. indigebunt, *E;* indigebant, *Bal.* — 16. et, *B, Bal.* — 17. adiscendi, *E;* addiscendi, *A; au lieu de* litterarum causa ediscendi *B met* causa litterarum. — 18. monachorum *(sic), E.* — 19. ordinato et limitato, *A, B, Bal.* — 20. provideantur, *E.* — 21. *omis par B.*— 22. per, *ajouté par B, Bal.*— 23. suos procuratores, *Bal., B.* — 24. fuerunt, *B.* — 25. et, *E.* — 26. *omis par E.* — 27. *omis par B.*

generalia litterarum [1] per abbates suos de quolibet monasterio certi monachi, prout de monachis nigris ordinavit. Voluit tamen [2] quod tales qui mittentur [3] et [4] ad hoc deputabuntur [5] per ordinem et expensis ejusdem, non in jure canonico, et multo minus [6] in [7] civili, sed solum in primitivis aut philosophica vel [8] theologica facultate [9] studeant; et contra oppositum attemptantes excommunicationis sententiam fulminavit et promulgavit. Item constituit ac [10] etiam ordinavit quod ad ordines predictos venientes de quibuscumque religionibus, etiam [11] mendicantium, nullatenus recipiantur seu admittantur sine expressa licentia et [12] dispensatione pape, etiam de constitutione sua hujusmodi expressam mentionem faciendo.

Item ad comprimendum [13] gravamina que per archiepiscopos, et episcopos [14], ac alios [15] quibus, de jure vel consuetudine, competit et pertinet visitare subditos suos ecclesiasticos, talibus visitatis inferebantur [16] in exigendo et levando procurationes debitas ratione visitationis hujusmodi, constitutionem edidit, in qua procurationes [17] tales in pecunia numerata solvi voluit, certo tamen modo limitato et [18] ordinato per ipsum in dicta constitutione, que incipit *Vas electionis* [18 decembris 1336]. Plures etiam alias constitutiones fecit ad reformationem morum [19] diversorum statuũm [20] et specialiter curialium, secundum quod sunt advocati et procuratores curiam romanam sequentes, que tanquam extravagantes permanent in cancellaria [27 octobris 1340].

Florebant [21] isto tempore in Ytalia, videlicet in studio Bononiensi, primo Johannes Andree, doctor decretorum [22] eximius, qui librum sextum decretalium glos[s]avit, et super eo [23] et decretalibus lecturam utilissimam fecit, que Novella appellatur. Et tandem Clementinas [24] glos[s]avit, et speculum juris additionavit. Item Paulus de Liazariis [25], etiam doctor profundissimus decretorum,

1. *omis par B, Bal.* — 2. *omis par B.* — 3. mitterentur, *E.* — 4. *omis par B.* — 5. deputabantur, *Bal.* — 6. nichilominus *au lieu de* multo minus, *B, E.* — 7. *omis par B.* — 8. seu, *B.* — 9. *omis par B.* — 10. et, *E.* — 11. etiam religionibus, *A, B;* etiam, *omis par E.* — 12. seu, *A, B.* — 13. reprimendum, *A, B, Bal.* — 14. et episcopos, *omis par A, B.* — 15. de, *ajouté par E.* — 16. *placé avant* per archiepiscopos *par E.* — 17. debitas ratione visitationis hujusmodi, constitutionem edidit, in qua procurationes, *passage omis par B.* — 18. *omis par A, B.* — 19. monachorum, *E.* — 20. statum, *E.* — 21. in, *ajouté par B, A.* — 22. decretorum doctor, *Bal.* — 23. ipso, *A, B.* — 24. Clementinas etiam *au lieu de* Et tandem Clementinas, *A, B, Bal.* — 25. Leozariis, *E;* Lazariis, *A;* Lazanis, *B.*

qui super Clementinis[1] valde notabilem lecturam[2] composuit. Item Jacobus de Butrigariis, doctor mirabilis legum[3], qui in jure civili multa notabilia et profunda scripsit. Citra montes vero, Parisius, clarebat frater Nycholaus de Lyra[4], Normannus, ordinis Minorum, magister in theologia profundissimus, qui totam Bibliam profundissime et subtilissime postillavit. Item Tholose, Guillermus de Montelauduno, abbas Monasterii novi Pictavensis, doctor elegantissimus decretorum, qui super Clementinis[5] lecturam perutilem edidit et sacramentale[6] composuit. Item in Montepessulano, Gencelinus de Cassanhiis, doctor notabilis[7] decretorum, qui super Clementinis scripsit notabiliter, et Extravagantes Johannis pape XXIJ glos[s]avit.

Eodem tempore[8] [13 aprilis 1340], ad dictum papam prefatus Edoardus, rex Anglie, orta jam guerra inter ipsum et Philippum[9], regem Francie memoratum, misit certos nuntios : qui, Avinioni existentes[10], de nocte clam et occulte[11] fuerunt capti per certos[12] officiarios dicti regis Francie, et ultra Rodanum ad partes regni Francie[13] captivi adducti, scientibus,[14] consentientibus, ymo etiam faventibus aliquibus officialibus pape, et specialiter marescallo suo. Quod cum[15] ad notitiam ipsius pervenisset, sibi summe displicuit, reputans se ex eo offensum, cum curia romana debeat esse omnibus communis et secura. Et ob hoc, pro honore sui ac jurisdictionis[16] romane Ecclesie conservatione, statim fulminavit sententias, suosque fecit processus contra captivatores et detentores dictorum nuntiorum, supposuitque[17] ecclesiastico interdicto omnia loca in quibus essent, aut ad que eos[18] contingeret declinare. Sicque viriliter in hoc processit quod infra[19] paucos dies nuntii predicti deliberati fuerunt et Avinionem reducti. Ipse etiam volens de suis qui in hoc delinquentes extiterant justitiam facere, omnes illos[20] qui de eo fuerunt culpabiles inventi duris[21] carceribus fecit mancipari, statui seu conditioni nullius deferendo[22]; quorum ali-

1. Clementinas, *B.* — 2. librum, *E.* — 3. doctor mirabilis legum, *omis par B.* — 4. Lira, *A.* — 5. Clementinas, *B.* — 6. sacramentalem, *E.* — 7. nobilis, *B.* — 8. Eodem tempore, *omis par E.* — 9. jam orta guerra et ad Philippum, *B.* — 10. de Avenione exeuntes, *E.* — 11. clara occulte, *B.* — 12. *omis par A*, *B.* — 13. Francie, *omis par E;* et ultra Rodanum ad partes regni Francie, *omis par B.* — 14. et, *ajouté par Bal.* — 15. *au lieu de* Quod cum *B met* Cum tamen. — 16. sui juris dicte, *E.* — 17. que, *omis par E.* — 18. eos, *mis après* contingeret *par B.* — 19. intra, *Bal.* — 20. illi *(sic)*, *E.* — 21. culpabiles fuerant inventi duris, *B;* culpabiles fuerant inventi diris, *A;* fuerunt inventi culpabiles duris, *Bal.* — 22. referendo, *A*, *B.*

qui demum [1] fuerunt ante valvas hospitii, a quo dicti nuntii fuerant extracti, suspensi, alii vero alibi seu [2] alias trucidati. Et idem, ut dicitur, fieri mandaverat de dicto suo marescallo; sed in carcere detentus, pre nimio dolore premortuus est, se ipsum interimendo. Fuitque palam publice[3] lata sententia contra ipsum jam mortuum tamquam culpabilem, decretumque et ordinatum [4] ut cadaver suum ecclesiastica sepultura careret; fuitque positum in campis, in loco ubi ponuntur [5] malefici [6], inclusum in una t[h]eca lignea [7] inter duas bigas appensa ad [8] terrorem aliorum.

Anno Domini MCCCXXXVIIJ [9], die XVIIJ [10] mensis decembris, que [11] fuit feria sexta quatuor temporum, dictus Benedictus papa unam fecit creationem sex cardinalium, quos in presbiteros assumpsit, qui fuerunt isti [12]: videlicet dominus Gotius [13] de Arimino [14], Ytalicus, tunc [15] patriarcha Constantinopolitanus; dominus Bertrandus de Deucio [16], dyocesis Uticensis [17], tunc archiepiscopus Ebredunensis; dominus Petrus Rogerii, dyocesis Lemovicensis, monachus ordinis sancti Benedicti, tunc archiepiscopus Rothomagensis; dominus Guillermus Curti, dyocesis Tholosane, ordinis Cisterciensis, tunc episcopus Albiensis; dominus Bernardus de Albia [18], dyocesis Appamiarum, etiam [19] episcopus Ruthenensis; et dominus Guillermus de Aura, dyocesis Carcassonensis, tunc [20] abbas monasterii Montisolivi [21], ordinis sancti Benedicti. Fuitque reputata creatio hujusmodi multum notabilis [22]. Nam omnes prenominati erant famosi et profundi doctores in jure canonico vel civili, aut magistri in theologia.

Hic summus pontifex fuit maximus zelator fidei, ac in omni statu suo fervidus hereticorum expugnator et rigidus persecutor. Fuit insuper bone, ymo [23] et sancte intentionis in omnibus factis suis. Et inter [24] cetera, quantum in ipso fuit, dedit operam efficacem ut in beneficiis, dignitatibus et prelaturis suo tempore vacantibus ponerentur [25] et preficerentur bone et honeste persone provideque et discrete [26] ac sufficientes in litteratura ac [27] mature

1. *omis par B.*— 2. *omis par B;* aut, *A.*— 3. publice palam, *A;* publica palam, *B.* — 4. et ordinatum, *omis par E.* — 5. apponuntur, *E.* — 6. maleficii *(sic)*, *E.* — 7. tecta lignea, *B;* teca linea, *E.* — 8. in, *B.* — 9. MCCCXXVIJ *(sic)*, *B.* — 10. XXVIIJ *(sic)*, *B.* — 11. *omis par B.* — 12. *omis par B.* — 13. Gocinus, *A*, *B.* — 14. Aremino, *E;* Areminis, *A*, *B.*— 15. *omis par E.*— 16. Deocio, *A;* Dyocio, *B.* — 17. Britensi *(sic)*, *B.* — 18. Albis, *A*, *B.* — 19. tunc, *A*, *B.* — 20. *omis par A*, *B.* — 21. Sancti Olivi, *E;* Montis Salvii, *B.* — 22. nobilis, *B.* — 23. *omis par B.* — 24. pariter, *B.* — 25. promoverentur, *B.* — 26. districte, *E.* — 27. et, *B.*

in moribus [1], essentque etatis provecte juxta statum et conditionem ac [2] qualitatem beneficiorum, dignitatum et prelaturarum ad que vel quas [3] essent assumende. Et in hoc voluit quod preferrentur meliores et sufficientiores, aliter ad quascumque personas aspectum specialiter non habendo. Et in hoc multotiens se decipi formidavit. Et ob [4] hoc, antequam provideret de talibus sue [5] dispositioni reservatis, inquirebat summa cum [6] diligentia de meritis et sufficientia illorum qui ad hoc sibi nominabantur. Et cum eos non reperiebat juxta gustum suum bene ydoneos et sufficientes, potius volebat quod vacarent et remanerent [7] in manibus suis quam si aliter provideret. Propter quod suo tempore [8] multa beneficia, dignitates et prelature quamplures diutius in vacatione permanserunt. Dicebat enim quod melius et securius erat quod vacarent quam si haberent malos vel minus ydoneos presidentes.

Ipse insuper [9] de suis consanguineis vel propinquis exaltandis vel promovendis nullatenus curavit. Non enim invenitur quod aliquem de genere suo ad quamcumque prelaturam promoverit nisi unum solum, quem prefecit [10] ecclesie Arelatensi, qui tamen ad hoc alias erat bene dignus et sufficiens; et hoc etiam fecit [11] quodam modo precibus et instantia cardinalium devictus [12]. De laycis vero nullum exaltavit; ymo nec voluit quod statum suum, qui satis erat parvus et [13] infimus, propter ipsum immutarent [14]. Unicam enim neptem, quam habebat, per plures magnates pro conjugio petitam, eis dare expresse negavit, dicens in vulgari suo quod non decebat talem equum hanc habere sellam [15]; sed demum ipsam nuptui tradidit filio unius mercatoris simplicis Tholose, dotem sibi secundum statum ejusdem mercatoris constituendo.

Fuit etiam ipse multum cordatus, constans et rigidus in evitando illa que in offensam Dei et anime sue periculum seu [16] dampnationem cedere [17] posse extimabat, nec ad ea aliquatenus flectebatur. Fertur enim ipsum dixisse Philippo, regi Francie, memorato, [18] cum ad ipsum, ut supra recitatum est, venit, essentque ambo causa

1. majoribus, *B.* — 2. et, *A*, *B.* — 3. quos *(sic)*, *A*, *B.* — 4. ab, *B;* in, *E.* — 5. seu *(sic)*, *B.* — 6. *omis par E.* — 7. remanerent et vacarent, *B.* — 8. suo tempore, *omis par E.* — 9. enim, *E*, *Bal.* — 10. fecit *(sic)*, *B.* — 11. fecit etiam, *Bal.* — 12. ductus, *A; omis par B.* — 13. parvus et, *omis par E.* — 14. mutarent, *A*, *B;* immutaretur, *Bal.* — 15. cellam, *E.* — 16. periculum seu, *omis par B.* — 17. cadere, *Bal.* — 18. quod, *ajouté par B.*

audiendi et exponendi illa que idem rex secum habebat agere, et [1] per ipsum fieri [2] petere disponebat [3], quod ipse ad eum [4] in tantum afficiebatur sibique [5] complacere cupiebat quod si ipse haberet duas animas, unam sibi libenter daret et eam pro ipso exponeret, sed non habebat nisi unam, quam unice et summe diligebat, eamque [6] volebat possetenus conservare [7]. Quibus presuppositis et premissis dixit eidem regi quod secundum hoc [8] suas petitiones sic disponeret et limitaret quod in eis non esset aliquid ad Dei offensam, et per consequens in [9] sue anime periculum seu dampnationem tendere [10] videretur; quia si sic esset, nullo modo [11] ipsum exaudire intendebat. Quod verbum licet prima facie dicto regi aliqualiter durum et extraneum [12] extiterit, tamen ipso bene intellecto et ponderato, ipsum bene [13] gratum habuit, et rationabile ac [14] sanctum judicavit, prout etiam in rei veritate fuit.

Ipse insuper mente, verbo et opere totus intentus extitit [15] ad ea que Dei erant [16] possetenus exequenda. Non [17] tamen [18] propterea illa que etiam mundiale [19] regimen [20] sibi commissum concernebant [21] neglexit, ymo in ipsis bene et [22] utiliter agendis et gubernandis [23] debitam adhibuit diligentiam provideque se gessit, [24] nichil de contingentibus obmittendo. Mundanam pompam et vanam gloriam in se et in [25] suis omnino contempsit. Sicque fuit re et nomine Benedictus, benedictus inquam a Deo, et benedictus [26], hoc est, bene nominatus et reputatus a mundo, cum fere [27] omnes, saltim [28] boni, qui in mundo erant de ipso bene dicerent et extimarent, et [29] merito. Nam sine cujusquam [30] prejudicio loquendo, considerando [31] omnes alios sui nominis qui ipsum in statu papali precesserunt, non reperitur quod ipsum in meritis excesserint, ymo nec per ea que de ipsis scribuntur attigerint [32], et si fas sit scribere, post martires et [33] alios quos Ecclesia veneratur et colit ut sanctos, inter meliores

1. ac, *Bal.;* ac que, *A*, *B*. — 2. *omis par A*, *B*. — 3. disponebat petere, *B*. — 4. ad eum, *omis par B*. — 5. que, *omis par E*. — 6. et eam *au lieu de* eamque, *E*. — 7. observare, *B*. — 8. si *au lieu de* secundum hoc, *B*. — 9. *omis par E*. — 10. tandem, *A*, *E*. — 11. nullo modo esset, *B*. — 12. sibi, *ajouté par B*. — 13. *omis par A*, *B*. — 14. et, *B*, *Bal*. — 15. extitit intentus, *Bal*. — 16. erant Dei, *B*. — 17. Nec, *A*, *B*. — 18. *omis par B*. — 19. mundialiter, *E*. — 20. regnum, *B*. — 21. concernebat, *B*. — 22. bene et, *omis par E*. — 23. agendum et gubernandum, *B*. — 24. et, *ajouté par E*. — 25. *omis par A*, *B*. — 26. benedictus inquam a Deo, et benedictus, *omis par B*. — 27. confert *au lieu de* cum fere, *B*. — 28 saltim omnes, *B*. — 29. etiam, *E*. — 30. cujusque, *Bal*. — 31. *omis par B*. — 32. attinxerint, *A*, *B;* attingerint, *E*. — 33. *omis par A*, *B*.

ipse unus fuit et est merito reputandus. Qui plenus magnis meritis, post [1] multaque opera virtuosa et laude digna, spiritum reddidit Salvatori anno Domini MCCCXLIJ, die [2] xxv [3] mensis aprilis, pontificatus sui [4] anno octavo. Fuitque sepultus in ecclesia majori Avinionensi, in qua adhuc jacet in capella pro ipso specialiter fabricata, etiam miraculis coruscando.

1. *omis par B.* — 2. *omis par E.* — 3. *omis par B.* — 4. *omis par E.*

SECUNDA VITA

BENEDICTI XII

Benedictus XIJ, ex patre Guillelmo, de castro Savardun [1], Rivensis diocesis, Tholosane provincie, oriundus, assumptus est ad summi [2] pontificatus ministerium [3] anno Domini MCCCXXXIIIJ, in vigilia beati Thome apostoli [20], de mense decembris, in episcopali palatio Avinionensi, ubi conclave dominorum cardinalium [4], tunc XXIIIJ, ordinatum extiterat. Vacavit itaque Sedes post obitum felicis recordationis domini Johannis pape XXIJ (qui mortuus fuerat IIIJ die decembris ejusdem) diebus sexdecim. Recepit sue coronationis honorem in loco fratrum Predicatorum de Avinione die octava mensis januarii, tunc inmediate sequentis, de anno Domini MCCCXXXV, cum magna solempnitate ac [5] cerimoniis consuetis. Sedit annis VIJ, et mensibus IIJ, et diebus XVIJ.

Hic primo vocatus fuerat Jacobus de Furno, monachus monasterii Bolbonensis, Cisterciensis ordinis, quod fuerat tempore pubertatis ingressus, et magister in theologia; et ab ipso suo religionis ingressu fervidus erat fidei cum severitate zelator, et in Tholosanis partibus postea [6] ferventer officium inquisitionis exercens, multas in illis hereses extirpavit. Tandem in monasterio Fontisfrigidi, Narbonensis diocesis, preficitur in abbatem [1311], et spiritualiter ac temporaliter in illo profecit. Demum efficitur Appamiarum [19 martii 1317] et deinde Mirapiscensis [3 martii 1326] episcopus per dominum Johannem XXIJ papam predictum [7], ac post-

1. Savarduni, *B;* Savarduno, *Bal.* — 2. summum. *A.* — 3. misterium, *B.* — 4. cardinalium *placé après* XXIIIJ *par A.* — 5. et, *B, Bal.* — 6. *omis par B, Bal.* — 7. papam XXIJ *au lieu de* Johannem XXIJ papam predictum, *B, Bal.*

Désignation des manuscrits employés :

A = Bibliothèque Vaticane, *Ottoboni 3081,* fol. 31 v°-34 v°.
B = Bibliothèque nationale de Paris, ms. latin *5034,* fol. 175 v°-179 v°.

modum in tituli Sancte Prisce presbiterum cardinalem in jejuniis sancte Lucie de mense decembris [18], anno Domini MCCCXXVI.J, per eumdem papam assumitur, et subsequenter in papam eligitur, ut prefertur. Et sibi rectissime Benedicti nomen assumpsit [1], qui [2] tam in agro quam [3] in civitate benedictus extiterat, et tam solide sinceritatis et constantis conscientie benedictionem habuit et vigorem quod reges et principes orbis terre [4] modicum appretiatus est et equaliter pertractavit.

Hic apostolice [5] collationis lora continuit, et quos minus [6] habentes in examinis districti [7] statera comperit, apostolice gratie decrevit [8] esse [9] indignos, et quosdam hujusmodi privavit beneficiis que habebant; quod non erat primitus consuetum.

A seculi dissensionibus manus servavit innoxias, et quosdam rebelles de Ytalia, sub titulo successionis Imperii tunc de jure vacantis, sub annuo certo censu pro hiis que tam ab Imperio quam ab [10] Ecclesia romana tenebant, ad suum et Ecclesie gremium revocavit [11].

Prelatos omnes ad eorum ecclesias redire coegit, volens eorum ambitiosis [12] pruritibus [13] obviare; et commendas ecclesiarum preterquam dominis cardinalibus factas [14], expectationes omnes secundum formam juris canonici revocavit, et fugavit realiter symoniam, et aures ad posse mendacibus obturavit.

Hic quoque primus regestrum supplicationum signatarum induxit, multas removens fraudes que fiebant.

Errorem Bavaricum emendandum extimans palliavit.

Pro dominorum Francie et Anglie regum concordia dominos Petrum, tituli Sancte Praxedis presbiterum, et Bertrandum, Sancte Marie in Aquiro dyaconum cardinales, ut Sedis apostolice nuntios, qui non pacem fecerunt, sed treugam, destinavit [1337]. Inter reges Castelle et Navarre, tunc emulos, pacem et concordiam reformavit. Similiter etiam in multis provinciis idem fecit. Nam primo misit [1335] dominum Bertrandum, tunc [15] archiepiscopum Ebredunensem, et secundario [1338] dominum Gosum [16], patriarcham Constantinopolitanum, ad dominos Robertum, Jherusalem et

1. nomen assumpsit Benedicti, *B*, *Bal.* — 2. quia, *Bal.* — 3. tam, *B.* — 4. orbis terre, *omis par A.* — 5. publice, *Bal.* — 6. nimis, *A.* — 7. discreti, *A.* — 8. decernit, *B.* — 9. *omis par A.* — 10. pro, *A.* — 11. renovavit, *A.* — 12. ambitiosiis, *mss.* — 13. pravitatibus, *B*, *Bal.* — 14. *omis par B*, *Bal.* — 15. Bertrandum, tunc, *omis par A.* — 16. *lege* Gotium.

Sicilie [1]. ac Fredericum, Trinacrie reges [2], pacem inter ipsos facere; nec [3] fecerunt. Item misit eosdem [4], diversis tamen ad invicem vicibus, in Romaniam, aliasque circumstantes Urbi provincias et in ipsam Urbem; ac tandem per treugarum formam in aliquibus provinciis profecerunt.

Ecclesie fluenti thesauro frena dedit; sed illa diu tenere non potuit, quia domus quam edificare desiderat magna est. Episcopale namque palatium Avinionense predictum, per [5] modum permutationis cum Avinionensi episcopo celebrate, ad sacrosanctam romanam Ecclesiam applicatum, a fundamentis instituit et illud mirabiliter ampliavit, magnum in illo thesaurum expendens.

Hic pastor bonus gregis infirmitati compatiens, pro eo quod, sui pontificatus tempore, fames valida in civitate Romana et partibus vicinis invaluit, decem [6] milibus florenorum ad frumentum emendum vel [7] per alium modum in Romanorum cibum, juxta ipsorum ordinationem et indigentiam convertendis, ex ejus compassivis affectibus eidem Urbi seu populo Romano subvenit. Similiter autem et per diversas mundi provincias occultas et pingues, nesciente sinistra quid dextra faceret, elemosinas elargitus est, ex terrestribus opibus [8] thesaurum sibi thesaurisans in celis.

Hic pontifex Benedictus, anno nativitatis Domini MCCCXXXVIIJ, mensis decembris die XVIIJ, quo tunc [9] temporum [10] ordinatorum jejunia celebrat [11] Ecclesia, fecit promotionem sex dominorum cardinalium, in qua reverendos patres et [12] dominos Gosum [13] de Arimino de Marchia Anchonitana, juris utriusque doctorem, tunc [14] patriarcham Constantinopolitanum [15], in tituli Sancte Prisce; Bertrandum de Deucio [16], juris civilis et canonici professorem, tunc archiepiscopum Ebredunensem ac [17] auditorem contradictarum, in tituli Sancti Marchi, qui postea fuit episcopus Sabinensis; Petrum Rogerii, monachum ordinis sancti Benedicti, tunc archiepiscopum Rothomagensem, sacre theologie magistrum, in tituli Sanctorum Nerei et Achillei, qui postea fuit papa [18]; Bernardum tunc episcopum Ruthenensem, juris doctorem, in tituli Sancti Cyriaci in Thermis, qui postea fuit [19] episcopus Portuensis; Guillel-

1. regem, *ajouté par B, Bal.* — 2. regem, *B, Bal.* — 3. ut, *Bal.* — 4. eisdem *(sic)*, *A.* — 5. predictum, *ajouté par A.* — 6. de novem, *B, Bal.* — 7. *omis par B, Bal.* — 8. operibus, *A.* — 9. *omis par Bal.* — 10. tempore, *Bal.* — 11. colebat, *A.* — 12. *omis par A.* — 13. *lege* Gotium. — 14. *omis par B, Bal.* — 15. Constantinopolitanum patriarcham, *B, Bal.*— 16. Bertrandum Deusio, *A, B.* — 17. et, *Bal.* — 18. Clemens sextus, *ajoutés par B, Bal.* — 19. *omis par A.*

mum monachum ordinis Cisterciensis, magistrum in theologia, tunc abbatem Bolbonensem, in tituli Sanctorum Quatuor Coronatorum, qui postea fuit episcopus Tusculanus; et Guillelmum monachum [1] ordinis sancti Benedicti, tunc abbatem monasterii Montisolivi [2], juris canonici professorem, in tituli Sancti Stephani in Celiomonte presbiteros cardinales assumpsit, et columpnas illos Ecclesie statuit bene dignos.

Hic pontifex audiens quod tegumentum seu tectum basilice principis apostolorum de Urbe, propter [3] trabum antiquissimarum putredinem, diu non poterat sustentari, cum novis et veteribus trabibus illud pristine soliditati restituit.

Hic ad villam Pontis Sorgie, Avinionensis dyocesis, zelo fidei fervens, quadam estate se transferens, multis ad se sacre theologie professoribus accersitis, questionem illam de visione divina, quam dominus Johannes papa XXIJ in romana curia disputando diu ventilaverat, de dictorum magistrorum consilio necnon [4] et cardinalium concordia diffinivit; et Avinionem rediens, diffinitionem ipsam in solempni missarum celebritate satis cerimonialiter publicavit, et ex hoc sub bulla novam constitutionem edidit perpetuo valituram [29 januarii 1336].

Hujus pontificis tempore [1340], quasi anno ultimo pontificatus ipsius, die veneris, summo mane, gentes domini Philippi, qui dicebatur antea [5] de Valesio, tunc regis Francie, sine sua conscientia protinus [6] et consensu, in quodam hospitio sito in carreria que dicitur Curraterìa infra civitatem Avinionensem, predicto papa ibidem cum tota curia romana [7] existente, ceperunt nobilem Nicolinum [8], dictum cardinalem, de genere quondam domini Innocentii IIIJ pape, de Flisco, civem Januensem, a rege Anglie tunc et de Anglia redeuntem, in lecto repertum, et ipsum extra romanam curiam in regnum Francie per vias inaquosas et invias transduxerunt. Cujus captioni quidam juris peritus, sed in hac parte nec juris nec facti, Johannes nomine, civis Tholosanus, qui, per ipsum papam pro romane curie reformatione vocatus, marescalatus curie officium exercebat, consensum prestitit et favorem. Propter quod, nec inmerito, dictus papa, spiritu furoris accensus, processus fecit terribiles et sententias fortissimas fulminavit, ad eumdem regem

1. monasterii Lesati, *ajoutés par Bal.* — 2. Montisoli, *B.* — 3. per, *A.* — 4. *omis par B, Bal.* — 5. antea dicebatur, *B, Bal.* — 6. penitus, *Bal.* — 7. romana curia, *B, Bal.* — 8. Nicholaum, *B.*

Francie repetitas litteras et diversos nuntios destinavit. Tandem dictum Nicolinum recuperavit, quia dictus rex statim mandavit illum restitui, quia ejus captio summe sibi displicuit, tum [1] etiam quia desiderabat dicto summo pontifici complacere. Dictumque Johannem marescalum cum quibusdam ex publicis [2] servientibus captionis hujusmodi [3] consciis capi jussit. Qui marescalus, in reprobum sensum datus, nunquam cibo vel potu nedum affluentissime sed fidelissime sibi dato refici voluit [4], sed nequissima propria conscientia morsus, seipsum proditor laqueo [5] non suspendit ut Judas, sed veneno per suos recepto ei propinato se sponte peremit, et velud diversis excommunicationum sententiis involutus, suumque non recognoscens in ultimis redemptorem, tanquam ejusdem pape curieque romane necnon et curialium omnium proditor manifestus judicatus [6] et condempnatus, de carcere mitratus educitur, et videntibus omnibus circumquaque per civitatem super fidelium servientium humeros ad Rodanum fertur; cujus in littore volatilibus celi et reptilibus terre non humandus exponitur, et memoria ejus cum sonitu periit, et nomen ejus [7] in secula pudor erit. Servientes autem illi qui servabantur in carcere, in trabe quadam foras tunc per fenestras emissa in eodem hospitio, quo dictum Nicolinum proditorie [8] ceperant, velud Aman ille comprimens, suspenduntur; et multi qui proditionis hujusmodi complices et conscii fuerant, sententiarum hujusmodi justa severitate perterriti, romanam curiam deserunt, et exilio profugi pro voluntate vagantur.

Pontifex iste, pie considerans quod quammulti religiosi sanctorum statuta Patrum et eorum ordinum regulas aut insolentes aut desides negligebant, humerisque suis sentiens reformationis [9] onus incumbere, more galli se ipsum prius alis excutientis [10] quam cantaret [11], a perfecta caritate non discrepans, Cisterciensis et sancti Benedicti ordines ex dicta jam [12] negligentia reformandos inspexit et [13] per quasdam constitutiones, quas ad perpetuam rei memoriam edidit, reformavit [1336 et 1337]. Et nisi mors eum, prout Domino placuit, prevenisset, ceteros mendicantium ordines, velud habetur, in pluribus negligentia deformes, sua justa lima judicii [14]

1. tamen, *A*. — 2. publice, *A*. — 3. hujus, *A*. — 4. voluit refici, *B*, *Bal*. — 5. *omis par A*. — 6. *omis par B*, *Bal*. — 7. ipsius, *B*, *Bal*. — 8. *omis par B*, *Bal*. 9. eorum, *ajouté par Bal*. — 10. excutiens *(sic)*, *A*, *B*. — 11. cantet, *Bal*. — 12. *omis par A*. — 13. *omis par B*, *Bal*. — 14. judicii lima, *Bal*.

similiter [1] reformasset. Eorumdem tamen ordinum fratres, sine speciali et justa causa limina curie romane terentes, non redituros absque Sedis apostolice licentia vel mandato, jussit recedere de eadem.

Huic autem sanguis et caro non revelavit amorem. Vix namque nepotem suum archiepiscopum Arelatensem effecit. Alios autem vel non habuit, vel non novit. Cuidam civi Tholosano, quem et ego videram in Tholosa divitem mercatorem, neptem ejus, ut asserebat, in uxorem [2] habenti ac [3] ad ejusdem pontificis gratiam cum eadem uxore venienti respondit se Jacobum illos agnoscere, sed papam consanguineos non habere. Sed quoniam, ut eum viderent, ad curiam venerant, jussit eis de sumptibus pro adventu et reditu [4] provideri, et cum sue dumtaxat benedictionis gratia benedictus hic pontifex eos [5] remisit.

Hic pastor bonus ex quadam antiqua infirmitate thibiarum [6] fluenti cepit plus solito infirmari; et volentibus medicis [7] infirmitatis fluxum hujusmodi refrenare, supervenerunt et alia propter que in die beati Marchi envangeliste, de mense aprilis xxv die, anno nativitatis dominice MCCCXLIJ, migravit ad Christum in palatio quod fundaverat. Et sepultus est in ecclesia cathedrali Beate Marie Avinionensis in sepulcro quodam pro eodem constructo, ubi nondum quisquam positus fuerat.

1. *omis par B.* — 2. in uxorem, *omis par B, Bal.* — 3. *omis par B, Bal.* — 4. pro adventu et reditu de sumptibus, *B, Bal.* — 5. *omis par B, Bal.* — 6. tibiarum infirmitate, *B, Bal.* — 7. *A ajoute* vel *et s'interrompt là.*

TERTIA VITA

BENEDICTI XII

AUCTORE HEINRICO DAPIFERO

DE DIESSENHOVEN

Anno dominice incarnationis[1] MCCCXXXIIIJ, ydus[2] decembris [13 decembris], cardinales omnes includuntur numero XXIIIJ per comitem Novalium [3] in palatio Avinionensi, in quo papa Johannes decessit. In vigilia autem Thome apostoli, scilicet [4] XIIJ kalendas januarii [20 decembris], anno Domini MCCCXXXIIIJ, cardinales predicti, numero XXIIIJ, elegerunt in papam unum ex se, videlicet dominum Jacobum presbiterum cardinalem tituli Sancte Prisce, natum de provincia Tholosana, monachum ordinis Cisterciensis, magistrum theologie [5]; et vocatus est Benedictus duodecimus.

Qui in primo suo [6] consistorio, quod habuit, scilicet XIJ [7] kalendas januarii [21 decembris], mandavit ecclesias reparari romanas [8] Sancti Petri, item ecclesiam Lateranensem, et alias ecclesias, et palatia ibidem desolata, et ad fabricam donavit [9] quinquaginta milia florenorum. Item, ad subveniendum necessitatibus suorum fratrum collegio cardinalium donavit centum milia florenorum.

1. Domini *au lieu de* dominice incarnationis, *A*, *C*, *Bal.* — 2. idibus, *correction de Baluze.* — 3. Novelium, *D.* — 4. *omis par Bal.* — 5. theoloye, *D;* natum ex patre, *mots ajoutés par D.* — 6. *omis par Bal.* — 7. XJ, *D.* — 8. reparari Ecclesiam romanam, *Bal.* — 9. dotavit, *A*, *B*, *C*.

Désignation des manuscrits employés :

A = Bibliothèque Vaticane, *Vaticanus 3766*, fol. 268 r°-270 r°.
B = Bibliothèque Vaticane, *Barberini 2661*, fol. 264 r°-266 v°.
C = Bibliothèque Ambrosienne, ms. *C 285*, inf., fol. 403 r°-406 r°.
D = Bibliothèque royale de Munich, latin *21259*, fol. 266 r°-267 v°.

Dixit etiam *quod vellet pacem reformare in tota Ecclesia.* In die autem Nativitatis Domini nostri Jhesu Christi, in publica missa, quam celebravit [1] dominus Petrus [2], episcopus Penestrinus, fecit gratiam omnibus qui interfuerunt, septem annos et septem quadragenas de injunctis penitentiis; diebus autem sanctorum Stephani [26 decembris] et Johannis [27 decembris], tres annos et tres quadrigenas.

Anno autem Domini MCCCXXXV, Benedictus XIJ descendit de palatio, in quo electus fuit [3], et ivit associatus cum cardinalibus, ut moris est, ad locum fratrum Predicatorum VIJ ydus januarii [7 januarii]. Et VJ [4] ydus januarii [8 januarii] in crastinum [5] et [6] ibidem coronatus est per dominum Napulionem [7], cardinalem dyaconum. Et V ydus januarii [9 januarii] reascendit suum palatium, et petitiones sibi oblatas primo die post coronationem recipere recusavit. Voluit enim scire [8] conditionem persone supplicantis et summam reddituum, et si impetrans ante fuerit [9] beneficiatus [10].

Item IIIJ [11] ydus januarii [10 januarii 1335] in consistorio suo, quod habuit, licentiavit omnes prelatos et curatos ut post festum Purificationis [post 2 februarii] irent ad sua beneficia; alioquin juris remediis uteretur [12] erga eos, nisi causam legitimam standi haberent in curia, quam insuper scire volebat ab eis.

Item, a [13] XJ kalendas februarii usque ad IIJ kalendas ejusdem mensis [14] [22-30 januarii], vacavit circa petitiones cardinalium expediendas.

In Purificatione beate Virginis [15], primo anno pontificatus sui [16] [2 februarii 1335], celebrans [17] fecit sermonem, et erat suum thema : *Ecce sponsus venit* (*Mathei* XXV [18]), in quo publice dixit quod sancti viderent clare essentiam Dei contra opinionem predecessoris sui [19], qui de hoc dubium fecerat, ut supra dictum est de eo. Item, pridie nonas februarii [4 februarii 1335], fecit vocari omnes illos ad suum consistorium qui predicaverunt [20] opinionem sui

1. celebrabat, *D.* — 2. *omis par A, C.* — 3. *omis par A, C.* — 4. VIJ *(sic)*, *A, C; dans B on a corrigé postérieurement* VIJ *en* VJ. — 5. crastino, *D.* — 6. *omis par D, Bal.* — 7. Napolionem, *B.* — 8. nosse, *Bal.* — 9. fuit, *D.* — 10. Insuper voluit examinari quibus providebat, in quo imitatus fuit eum successor suus Clemens VJ. Bona consuetudo utinam non obmittenda per pontifices romanos, *passages ajoutés par D.* — 11. IIJ, *D.* — 12. uterentur, *A, B, C.* — 13. ab, *D.* — 14. *omis par D.* — 15. sancte Marie, *D.* — 16. sui pontificatus, *D.* — 17. celebrem, *Bal.* — 18. XXI *(sic)*, *A, B, C.* — 19. sui predecessoris, *D.* — 20. predicaverant, *D.*

predecessoris quod visio non esset essentialis Dei [1], volens scire motivum ipsorum [2].

Item, rex Francie ad papam misit suos ambassiatores, et petiit thesaurum Ecclesie pro passagio faciendo. Sed papa dare recusavit, nisi intraret mare et passagium initiaret et promissionem impleret quam fecerat sub Johanne papa [3] XXIJ [4].

Anno Domini MCCCXXXV, IIIJ kalendas maii [28 aprilis], venit comes Ludovicus [5] de Oetingen [6] ad papam Benedictum [7] cum tribus clericis et militibus in ambasciata [8] domini Ludovici [9], qui se pro imperatore gerebat, licet per dominum [10] Johannem papam [11] depositus et excommunicatus fuisset. Ipsis autem in curia existentibus, ambassiatores Mediolanensis [12] et aliarum civitatum eis confederatarum pape obedientiam faciunt, et absolutionem obtinent a sententiis quibus per Johannem [13] fuerant irretiti [14], promittentes se nunquam aliquem pro imperatore recepturos, nisi prius per papam esset appellatus [15].

Item pridie kalendas junii [31 maii 1335], Benedictus papa [16] revocavit in consistorio omnes commendas per suos predecessores factas [17]; exceptis cardinalibus, quorum commendas nondum revocavit [18].

Insuper legati Romanorum petebant instanter ut iret ad Urbem. Quibus respondit : *se iturum*, sed diem certum super hoc eis [19] non assignavit.

Item [20], IIIJ [21] nonas julii [5 julii 1335], recesserunt ambassiatores predicti domini Ludovici [22] de Avinione, portantes [23] que papa petebat pro emenda suorum excessuum; quibus adimpletis, sperabatur ipsorum [24] concordia.

Item [25], pridie [26] nonas ejusdem [27] mensis [6 julii 1335], scilicet sequenti die [28] proxima, papa Benedictus ivit ad Pontem Sorgie [29],

1. essentialis non esset, *D, qui omet ensuite* Dei.— 2. ipsorum motivum, *A, C, Bal.* — 3. papa Johanne, *D.* — 4. *omis par D.* — 5. Ludewicus junior, *D.* — 6. Ludovicus comes de Stingen, *B.* — 7. XIJ, *ajouté par D.* — 8. ambasciato, *D;* et ambasciati, *A, C;* et ambasciatis, *Bal.* — 9. Ludewici, *D.* — 10. *omis par D.* — 11. XXIJ, *ajouté par D.*— 12. Mediolani, *Bal.*— 13. papam XXIJ, *ajoutés par D.*— 14. irritati, *B.* — 15. approbatus, *D.* — 16. idem papa Benedictus, *D.* — 17. factas per suos predecessores, *D.* — 18. quorum nondum commendas revocavit, *Bal.* — 19. *placé après* certum *par C; placé après* assignavit *par Bal.* — 20. *omis par D.* — 21. autem, *ajouté par D.* — 22. Ludewici, *D.* — 23. quedam pacta, *ajoutés par D.* — 24. eorum, *Bal.* — 25. *omis par D.* — 26. autem, *ajouté par D.* — 27. predicti, *D.* — 28. die scilicet sequenti, *D.* — 29. Serge, *A, B, C.*

volendo ibi vacationes deducere, et habuit secum plures magistros in theologia [1] et coram illis et dominis cardinalibus, quibus placuit interesse, fecit legi [2] librum quem ipse Benedictus papa [3] composuit de visione [4] et auctoritates ibi positas fecit per [5] predictos [6] magistros examinari [7] an essent pertinentes, et ibi questiones visionis examinavit.

Mortuus est autem dominus Johannes Gaytani in vigilia sancti Augustini [27 augusti 1335] dyaconus cardinalis et legatus [8], et sepultus est apud fratres Minores in die beati Augustini [28 augusti].

Eodem anno [1335] in mense septembris [9], secunda die [10] ejusdem, iterum misit dominus [11] Ludovicus, qui se pro imperatore gessit, predictum comitem de Oetingen [12], et Eberhardum de Thumenowen, magistrum Marquardum de Randegge, canonicum Augustensis ecclesie [13], et magistrum Ulricum de Augusta, notarium suum, et fratrem Henricum de Cyplingen [14] ad papam Benedictum pro concordia, cum pleno mandato omnia faciendi [15] que papa petiit pro emenda. Et intraverunt ad papam [16], die predicta, similiter Avinionem. Et dum expectarent reversionem pape ad villam Avinionensem [17], papa intellexit quod quidam de [18] suis familiaribus, tam clericis quam laycis, petitiones signabant ut papa, et eas sic signatas cum aliis per papam signatis miscuerunt, et sic in [19] cancellaria [20] transibant cum veris petitionibus; quos papa capi [21] mandavit [22] mense predicto circa festum Crucis sancte Exaltationis [23] [14 septembris 1335].

Item IIIJ kalendas octobris [28 septembris 1335] reversus est papa Benedictus associatus cardinalibus et ambassiatoribus predictis. Item VIJ idus octobris [9 octobris], in publico consistorio quod [24] Benedictus super hoc habuit, propositum fuit per dominum [25]

1. theoloya, *D.* — 2. legere, *Bal.* — 3. papa Benedictus, *D.* — 4. de visione, *omis par D.* — 5. *omis par A, B, C.* — 6. dictos, *Bal.* — 7. examinare, *B.* — 8. Tuscie, *ajouté par D.* — 9. septembri, *A, C, D, Bal.* — 10. mensis, *ajouté par D.* — 11. *omis par D.* — 12. *D met ici* una cum patruo dicti comitis dominum Ludewicum de Oetingen comitem seniorem, cujus filius nomine Eberhardus decessit in curia anno primo predicti pape Benedicti VJ ydus [10] octobris et sepultus est apud Carmelitas Avinionenses, magistrum Eberhardum. — 13. Augustensem, *Bal.* — 14. Cyphingen, *A, B, Bal.* — 15. faciendi omnia, *C.* — 16. ad papam, *omis par Bal.* — 17. a villa Avinionensi, *C.* — 18. e, *Bal.* — 19. *omis par D.* — 20. cancellariam, *A, D.* — 21. *omis par A, C.* — 22. quas mandavit papa, *Bal.* — 23. sancte Crucis Exaltationem, *D;* Exaltationis sancte Crucis, *Bal.* — 24. papa, *ajouté par D.* — 25. *omis par D.*

Marquardum de Randegge, canonicum Augustensis ecclesie [1], qui unus fuit de ambassiatoribus predictis domini [2] Ludovici [3]. Et [4] legatio talis [5] fuit : *qualiter petiit* [6] *absolvi a processibus factis contra eum per Johannem papam* [7], *offerens se satisfacturum Ecclesie et pape.* Super [8] hoc respondit : *se deliberaturum cum fratribus suis qualiter hoc perduceret* [9] *ad bonum finem, licet grande esset quod petebatur ab eo, quia in multis excessit predictus Ludovicus* [10]. Sed per Benedictum papam de absolutione predicti Ludovici [11] nichil penitus fuit determinatum. Et fuit thema proponentis : *Eripies* [12] *me a* [13] *contradictionibus populi, et constitues me in caput gentium* [14].

Item, dominus Eberhardus, filius comitis de Oetingen, decessit VJ idus octobris [10 octobris 1335], anno primo domini pape Benedicti [15].

Item, XV kalendas januarii [18 decembris 1335], papa Benedictus [16] revocavit omnes gratias factas a suis predecessoribus illis qui nondum jus in re habebant [17].

Item, XIIIJ kalendas januarii [19 decembris 1335], in publico consistorio investivit procuratorem regis Aragonum, nomine regis [18], de regno Sardinie et Corsice [19], recepto [20] ab eo homagio consueto.

Anno [21] Domini MCCCXXXVJ, pontificatus sui [22] anno secundo [23], Benedictus papa [24] in publico consistorio quod habuit in palatio Avinionensi IIIJ kalendas februarii [29 januarii] determinavit opinionem [25] visionis essentialis, videlicet quod sancti in patria tunc clare vident et gaudent [26] illa visione faciali et eadem [27] numero de qua [28] loquitur Paulus in epistola sua [29] : *Tunc autem facie ad faciem*, et contrarium sentientes [30] puniri decrevit ut hereticos.

1. provincie Maguntinensis, *ajoutés par D.* — 2. dicti, *D.* — 3. Ludewici, *D.* — 4. *omis par D.* — 5. *au lieu de* talis *D met* predicti domini Ludewici. — 6. se, *ajouté par D.* — 7. XXIJ, *ajouté par D.* — 8. Et papa super, *Bal.* — 9. produceret, *A*, *B*, *C.* — 10. fuit excessum per predictum Ludewicum, *D.* — 11. Ludewici, *D.* — 12. Eripias, *B.* — 13. de, *D.* — 14. Psalm. XVII, *ajoutés par Bal.* — 15. Item, dominus... Benedicti, *omis par D.* — 16. XIJ, *ajouté par D.* — 17. habebant in re, *D.*— 18. nomine regis, *omis par A*, *C*, *Bal.*— 19. Scoreie, *D.* — 20. percepto, *Bal.* — 21. autem, *ajouté par D.* — 22. Benedicti *au lieu de* sui, *D.*— 23. quinto, *B.*— 24. Benedictus papa, *omis par D.* — 25. questionem, *D.* — 26. nunc clare gauderent, *D.* — 27. eodem, *mss.* — 28. quo, *A*, *C*, *D*, *Bal.* — 29. *au lieu de* Paulus... sua *D met* apostolus Paulus : Dominum nunc videmus per speculum enigmatis. — 30. *après* sentientes *D met* temerarie ac pertinaciter punire decrevit ut hereticos in sua constitutione quam super hoc edidit, sub pulla (*lege* bulla) publicari mandavit.

Revocavit etiam papa Benedictus [1] decimas decimarum quibuscumque concessas [2], ex quo passagium vidit neglectum esse [3] per regem Francorum Philippum [4], qui hoc juraverat, ut superius est dictum. Decrevit insuper ut percepta de decimis [5] predictis restituerentur ecclesiis, excepto rege Francorum. Et facta est predicta revocatio anno Domini MCCCXXXVJ, XVIJ kalendas januarii [16 decembris].

Item anno Domini MCCCXXXVJ, V nonas martii [3 martii], rex Philippus Francorum venit ad papam Benedictum; et ibi, exclusis omnibus, solus cum papa habuit colloquium super passagio, quod debebat incepisse kalendis augusti proxime preteriti [6]. Et sic remansit inexpletum. Ex quo multa mala inferebantur christianis per Sarracenos, et maxime Armeniis [7], qui eodem anno fuerunt superati [8], et planitiem amittentes petebant montana, sperantes subsidium Ecclesie et regis Philippi.

Anno Domini MCCCXXXVJ [9], Henricus, dux Bavarie, per procuratores suos, quos ad hoc misit, petiit se absolvi a sententiis quas incurrit communicando cum predicto Ludovico, et papa Benedictus, anno pontificatus sui tertio, ipsum absolvit [10].

Item anno predicto tricesimo septimo [11], ultima die januarii [31 januarii], iterato misit dominus Ludovicus dominum Rupertum [12], filium domini Rudulfi [13], fratris sui, ducis Bavarie et comitis Palatini, una cum comite Conrado [14] Juliacensi (von Gulich [15]) ad dominum papam Benedictum [16] : qui eos bene recepit die predicta

1. predictus, *D.* — 2. concessis *(sic)*, *B*, *C.* — 3. *omis par D;* tunc, *B.* — 4. Philippum regem Francorum, *A*, *C*, *Bal.;* regem Philippum Francorum, *D.* — 5. *après* decimis *D met* restituerentur ecclesiis a quibus percepte erant; excepit tamen regem Francie a restitutione predicta. Fuit autem revocatio facta anno supradicto XVIJ kalendas januarii. — 6. *au lieu* de proxime preteriti *B met* proximis. — 7. partibus, *ajouté par A*, *C.* — 8. separati, *A*, *B*, *C.* — 9. MCCCXXXVIJ, *D et Bal.* — 10. *après* absolvit *D met :* A tempore autem sue creationis usque ad annum XXXVJ completum papa Benedictus XIJ preter premissa nichil dignum relatione fecit, nisi quod capellam sui palatii ampliavit et quibusdam indulgentiis munivit, et quod turrim magnam conjunctam suo palatio construxit et quasi perfecit, que etiam ad sui similitudinem magna quadrata et alta existit. — 11. sexto, *B;* tricesimo septimo, *omis par Bal.; au lieu de* Item anno predicto tricesimo septimo *D met* Anno autem Domini MCCCXXXVIJ; *la suite du texte de D est entièrement différente;* cf. F. Boehmer, *Fontes rerum Germanicarum*, Stuttgart, 1868, t. IV, p. 26 sq. — 12. Robertum, *A*, *C*, *Bal.* — 13. Rodulfi, *Bal.;* Rodulphi, *A*, *C.* — 14. Corrado, *C.* — 15. von Gulich, *omis par Bal.* — 16. Benedictum papam, *A*, *C*, *Bal.*

qua ingressi fuerunt Avinionem; licet ante fuerunt cum Philippo, Francorum rege [1], et de illo venerunt die supradicta ad papam Benedictum. Qui duci Bavarie predicto, IIJ kalendas aprilis [30 martii 1337], dominica qua cantatur *Letare*, dedit rosam post missam; in qua quatuor episcopos consecravit [2] et duos benedixit abbates in sua capella Avinionensi. Prima autem die aprilis venerunt ambassiatores domini regis Francie ad eum super causa predicta. Item IIJ idus aprilis [11 aprilis] respondit predictis nuntiis quod dominus eorum non esset penitens, et idcirco ad presens ipsum non posset absolvere. Et sic nunquam absolvit eum Benedictus papa [3] XIJ, quia moriebatur sub anno Domini MCCCXLIJ.

A tempore autem sue creationis, videlicet pape Benedicti [4] XIJ, usque ad annum [MCCC]XXXVJ [5] completum, preter premissa, nichil dignum relatione fecit, nisi quod capellam sui palatii ampliavit, et quod turrim magnam conjunctam suo palatio construxit et quasi perfecit, que etiam ad sui similitudinem magna et quadrata existit [6].

1. rege Francorum, *A*, *C*, *Bal.* — 2. consecravit episcopos, *A*, *C*, *Bal.*— 3. papa Benedictus, *Bal.* — 4. Benedicti pape, *A*, *C*, *Bal.* — 5. septimum, *Bal.* — 6. *après* existit *B met :* Et sic est finis. Finitus est liber iste anno Domini MCCCXXXVIJ, die XIIIJ januarii.

QUARTA VITA

BENEDICTI XII

AUCTORE WERNERO

CANONICO ECCLESIAE BUNNENSIS

Benedictus XIJ, natione Tholosanus, de Savarduno [1], Appamiarum diocesis, prius vocatus [2] Jacobus, abbas Fontisfrigidi ordinis Cisterciensis, magister in theologia, deinde episcopus Appamiarum, post episcopus Mirapiscensis [3], demum per dominum Johannem XXIJ predictum creatus fuit tituli Sancte Prisce presbiter cardinalis, deinde mortuo domino Johanne quarta die decembris anno Domini MCCCXXXIIIJ, iste in papam [4] eligitur anno eodem, mensis ejusdem die vigesima, coronatus apud Predicatores Avinionenses. Sedit autem annis VIIJ, diebus... [5].

Hic primus cepit construere palatium apostolicum Avinione in loco ubi solebat esse palatium episcopale, in quo dominus Johannes papa residere consuevit.

Hic justus et durus [6] erat. Beneficia que dispositioni Sedis [7] apostolice reservavit vix conferre voluit, timens, ut dicebatur, ne conferrentur indignis [8].

1. Savardino, *C.* — 2. dictus, *B;* nominatus, *Bal.* — 3. Mirapicensis, *A.* — 4. papatu, *B*, *C*, *D*, *Bal.* — 5. XVIJ, *B*, *Bal.* — 6. per constitutionem : *Ad regimen, ajoutés par Bal.; B place les mêmes mots avant* beneficia. — 7. *omis par A.* — 8. *Après* indignis *B et Bal. mettent :* Hic multum thesaurum Ecclesie congregavit. Hic nichil dare voluit alicui de suo genere vel consanguinitate. Iste vero neminem timebat, quin justitia fieret. Bonos dilexit, et malos odio habuit. Hic diversas extravagantes fecit.

Désignation des manuscrits employés :

A = Bibliothèque nationale de Paris, ms. latin *4931 C*, fol. 164 r° et v°.

B = Bibliothèque nationale de Paris, ms. latin *16553*, fol. 115 v°-116 v°.

C = Bibliothèque Ambrosienne, ms. *I 84*, sup., fol. 78 v°-79 v°.

D = Bibliothèque Vaticane, *Vaticanus 3765*, fol. 78 r°-79 r°.

Hic marescallum suum, propter traditionem quam ipse fecisse dicebatur tradendo quosdam Anglicos, Avinione tunc moram facientes, in manus [1] domini Philippi regis Francorum, inter quem et regem Anglie tunc guerra orta fuit (que multis annis duravit), suspendi fecit ante domum de qua Anglici proditi et educti fuerunt; fecitque illum in campo [2] sepeliri [1340]. Set dominus Clemens papa [3] VJ postmodum fecit illum extumulari et in cimiterio locari [4] in favorem regis Francie, ut [5] famabatur.

Hujus tempore inceperunt [6] cardinales ultra pontem edificia [7] facere, in quibus estivo tempore morabantur. Hic papa aliquando moram fecit in [8] Ponte Sorgie [9].

Iste sententias latas per dominum Johannem, predecessorem suum, contra Ludovicum, ducem Bavarie, qui se gessit pro imperatore [10], nunquam aggravavit; sed ei legatos suos misit, monens et hortans ut ad Ecclesie rediret unitatem.

Hujus anno [11] secundo [1336] (alii dicunt anno primo [12] [1335]), in festo sanctorum Symonis et Jude, die [xxviij] [13] mensis [octobris] [14], hora [15] vesperorum, ventus improvise surgens in diversis mundi partibus adeo fortiter aerem [16] commovit turbinosum, nec tamen diu durans, ut in multis [17] locis tecta ecclesiarum et domorum, etiam plumbea, ad magnam distantiam transportaret, magnaque et multa fieret domorum, et [18] ecclesiarum ac [19] monasteriorum ruina.

Hic anno Domini [MCCCXXXVJ] [20] et pontificatus sui anno secundo predicto et [21] iiij kalendas februarii [29 januarii 1336], decretalem, que incipit : *Benedictus Deus in donis* [22] *suis*, decisoriam questionis seu altercationis tempore domini Johannis inter theologos agitate de visione faciali [Dei [23]] ante diem judicii, quam idem dominus Johannes, morte preventus, non determinavit, sed indecisam reliquit [24], edidit, determinavit [25], videlicet quod anime sancte nichil habentes purgabile, statim ut decedunt, faciem Dei

1. manibus, *A*. — 2. campum, *B*, *C*, *D*. — 3. *omis par B*, *C*, *D*, *Bal.* — 4. collocari, *C*. — 5. sicut, *B*, *C*, *D*, *Bal.* — 6. ceperunt, *B*, *C*, *D*, *Bal.* — 7. *placé avant* ultra *par B*, *C*, *D*, *Bal.* — 8. *omis par B*, *C*, *D*. — 9. ubi palatium construxit, *ajoutés par A*. — 10. *au lieu de* qui se gessit pro imperatore *Bal. met* se pro imperatore gerentem. — 11. *omis par A*. — 12. *au lieu de* Hujus ... primo *Bal. met* Anno secundo sui pontificatus. — 13. *dans les mss. un espace blanc.* — 14. *dans A*, *C*, *D un espace blanc.* — 15. circa horam, *Bal.* — 16. *placé avant* adeo *par Bal.* — 17. multis in, *B*, *C*, *D*, *Bal.* — 18. *omis par B*, *C*, *D;* ac, *Bal.* — 19. et, *B*, *D*, *Bal.;* ac etiam, *C*. — 20. *omis par A*, *B*. — 21. *omis par D*. — 22. sanctis, *B*, *C*, *D*, *Bal.* — 23. sanctorum, *mss.* — 24. relinquit, *A*. — 25. *au lieu de* determinavit *B*, *C*, *D*, *Bal. mettent* et declaravit.

vident, et publicari fecit [1], mandans sub pena anathematis et incursionis heresis ne quis contra hujusmodi determinationem suam [2] dogmatizaret aut crederet.

Anno Domini MCCCXXXVIJ, tertia die junii, combustus fuit in Venetiis, anno pontificatus domini Benedicti tertio, frater Franciscus de Pistorio, ordinis Minorum, propter opinionem quam Ecclesia reprobabat de paupertate envangelica.

Iste, suo tempore [18 decembris 1338], creavit sex [3] cardinales.

Hujus tempore [4], Ewduardus, rex Anglie, jam factus inimicus regis Francie Philippi [5], venit in Frankenford [6], Maguntinensis [7] diocesis, ad Ludovicum Bavarie gerentem se pro imperatore, pro auxilio sibi ferendo. Qui Ludovicus eumdem fecit vicarium Imperii [5 septembris 1338]. Cujus vicariatus pretextu renitentem sibi populum Cameracensem et civitatem, que est camera Imperii in Francia, obsedit, sed non cepit [1339].

Idem etiam Ludovicus Raynaldum, comitem Gelrie, et Wilhermum, comitem Juliacensem, illum ducem, et istum marchionem creavit in Frankenfordia, cetu principum congregato anno Domini MCCC... [8].

Circa idem tempus surrexit quidam in partibus superioribus [9], qui, coadunata [10] multitudine minorum et rusticorum, Judeos [11] quoscumque reperire poterat, trucidabat. Sed demum per Ludovicum Bavarum predictum captus, occidi jussus est, et tota illa congregatio dispersa est.

Hujus pape temporibus [1340] dominus Alphonsus, rex Yspanie, contra regem Marrochie conserto prelio, triumphavit. Et in signum victorie idem rex vexillum suum domino pape misit, quod usque hodie in cappella pape Avinioni conservatur.

Idem dominus papa multas constitutiones et ordinationes fecit circa ordines monachorum nigrorum et Cisterciensium [1335-1336].

Obiit autem anno Domini MCCCXLIJ, pontificatus sui anno octavo et xxv die aprilis [12]. Et vacavit Sedes diebus XIIJ, etc [13].

1. et publicari fecit, *omis par Bal.* — 2. *omis par B, C, D, Bal.* — 3. *lege* septem. — 4. temporibus, *B, C, D, Bal.* — 5. *au lieu de* regis Francie Philippi *B, C, D, Bal. mettent* Philippi regis Francie. — 6. *lege* Coblentz. — 7. Maguntine, *D.* — 8. MCCC..., *A, B, D, Bal.; unem ain postérieure a rajouté* XXXVIIJ *(sic) dans C.* — 9. qui se regem Armileder nominabat, *ajoutés par B, C, D, Bal.* — 10. adunata, *B, C, D, Bal.* — 11. et, *ajouté par C.* — 12. *au lieu de* pontificatus... aprilis *B, D, Bal. mettent* xv die aprilis, pontificatus sui anno octavo; *et C:* die xv aprilis, pontificatus sui anno octavo. — 13. *omis par B, C, D, Bal.*

QUINTA VITA

BENEDICTI XII

Benedictus XIJ ex patre Guillelmo de castro Savarduni, Rivensis diocesis, fuit electus in papam, Avinione, in palatio apostolico, in conclavi [1], ubi cardinales habitaverant in communi, anno Domini MCCCXXXIIIJ, in vigilia sancti Thome apostoli [20 decembris]. Hic primitus Jacobus vocabatur; fuitque coronatus in ecclesia Predicatorum Avinionensium vj idus [8] januarii anno Domini MCCCXXXV, more pontificum romanorum. Vacaverat Sedes diebus XVIJ.

Hic autem, tempore pubertatis, monasterium Bolbone [2], Mirapiscensis [3] diocesis, ordinis Cisterciensis, ingressus, professionem fecit ibidem. Deinde ad monasterium Fontisfrigidi, ejusdem ordinis, Narbonensis diocesis, se transtulit; cujus monasterii erat abbas tunc recolende memorie dominus Arnaldus, avunculus ipsius, qui postea factus fuit sancte romane Ecclesie tituli Sancte Prisce presbiter cardinalis. Hic, existens Parisius sacre theologie bacallarius, electus fuit abbas monasterii Fontisfrigidi supradicti. Deinde factus Parisius sacre theologie magister, idem monasterium per sex annos religiose gubernavit. Qui postea factus episcopus Appamiarum, dictum episcopatum prudenter rexit annis novem, eumdemque hospitiis, jurisdictionibus, et nonnullis juribus ampliavit; hereticos, qui in partibus illis ob negligentiam presulum pul[l]ulaverant, extirpavit. Post hec creatus Mirapiscensis [4] episcopus, ipsi ecclesie prefuit mensibus XXIJ. Deinde per dominum Johan-

1. in conclavi, *omis par Bal.* — 2. Borbone, *ms.* — 3. Mirapicensis, *ms.* — 4. Mirapicencis, *ms.*

D'après la copie d'un manuscrit ayant appartenu à un sieur de La Brosse et prise par André Duchesne. Bibliothèque nationale de Paris *Baluze 56*, fol. 154 r°-155 v°.

nem papam XXIJ, predecessorem suum, factus sancte romane Ecclesie tituli Sancte Prisce presbiter cardinalis in jejuniis quatuor temporum mensis decembris [18 decembris 1327]. Octo annis in cardinalatu stetit. Deinde, eodem domino Johanne papa viam universe carnis ingresso, propter vitam laudabilem ipsius, scilicet Benedicti, creatus extitit papa tempore supradicto.

Hic, animadvertens cupiditatem et carnalitatem nimiam in Ecclesia Dei esse, ipsam nisus est penitus amovere. Querens in papatu que sunt Christi, non cupiditati neque carnalitati deserviens, largitus est elemosinas, fecitque multa opera pietatis. Episcopos, eorumque superiores, abbates, prioratus, dignitates, personatus et curata beneficia obtinentes, in curia commorantes et morandi ibidem causam justam et rationabilem non habentes [1], compulit de ipsa curia recedere, mandavitque eosdem etiam invitos in eorumdem ecclesiis et beneficiis residere. Insuper commendas per dominum Johannem, predecessorem suum prefatum, de cathedralibus, regularibus et collegiatis ecclesiis factas nonnullis prelatis et aliis clericis transgredientibus patrum terminos ab omnibus revocavit. Et quia ecclesie erant de multis expectantibus auctoritate dicti predecessoris sui quamplurimum onerate, omnes revocavit secundum juris formam *(Extravagante De concessione prebendarum, capite ultimo)*. Preces etiam importunas principum secularium et personarum ecclesiasticarum totaliter sprevit. Habentibusque beneficia congrua secundum decentiam eorumdem multiplicare seu conferre alia denegavit. Et quando habentibus beneficia alia majora contulit, eosdem compulit dimittere priora beneficia que habebant. Hic fugavit a romana curia simoniacam pravitatem. Fecit assistentes sibi, quod munera seu encenia [2] non reciperent, prestare corporaliter juramentum.

Rursus, cum tempore predecessoris sui prefati, multa erronea de faciali et beatifica Dei visione predicata fuissent, et exinde plurima scandala suscitata, questionem prefatam cum consilio fratrum suorum, dominorum cardinalium, multorumque magistrorum sacre theologie, cum laboribus multis, ad exaltationem fidei catholice, laudabiliter terminavit, prout in constitutione sua super hoc edita seriosius continetur.

Item, cum multi inhabiles et indigni ante ipsum beneficia a Sede apostolica impetrabant, ordinavit quod omnes, quibus de

1. et morandi... habentes, *passage omis par Bal.* — 2. exenia, *Bal.*

beneficiis ecclesiasticis gratiam faciebat, deberent secundum beneficiorum conditionem ipsorum [1] per unum de suis, ad hoc specialiter deputatum, de idoneitate et scientia examinari, et reperti inhabiles privabantur gratiis impetratis; quod ante ipsum non fuerat consuetum. Pueris quoque minoribus XIIIJ annis non contulit canonicatus in cathedralibus ecclesiis, nec cum minoribus in dignitatibus et prioratibus dispensavit.

Item, ordinem suum Cisterciensem bonis et justis ordinationibus reformavit. Sacram beati Benedicti regulam monachorum nigrorum, in multis quasi collapsam ab observantia regulari, reduxit ad observantiam debitam regularem, cum nonnullis justis ordinationibus et statutis.

Portitores novarum, mendacia confingentes, ab ipsorum vesania refrenavit.

Item monuit secundo prelatos et compulit sub excommunicationis pena ad suas redire ecclesias et in eisdem residentiam facere [2]. Libenter beneficia contulit viris litteratis, etiam absentibus a curia, interdum etiam ignorantibus, de quibus sibi laudabile testimonium perhibebatur.

Porro, quia temporibus retroactis, quando per papam gratie seu supplicationes gratiarum signabantur, ipse supplicationes presentabantur per camerarios domini pape aut per alios de ipsorum mandato, unde frequenter questus illicitos ab eis fieri contingebat, ordinavit idem dominus Benedictus quod petitiones hujusmodi, signate per eum, integraliter in palatio apostolico regestrarentur, per regestratorem ad hoc specialiter deputatum, et eisdem supplicationibus regestratis, bene ascultatis et correctis, supplicationes originales per clericum suum juratum, ad hoc specialiter deputatum, portarentur ad cancellariam in quodam sacculo sub sigillo suo secreto clauso et signato.

Hic volens providere statui personarum inferiorum nequeuntium ad ipsum habere aditum de facili pro justitia obtinenda, ordinavit quod unus de assistentibus sibi, ad hoc per ipsum specialiter deputatus, reciperet supplicationes justitie, et illas bene cerneret et examinaret; et reperte juste committebantur [3] cause sibi relatione facta. Per quem modum providebatur spoliatis et aliis oppressis, qui in suis partibus non poterant justitiam obtinere.

1. ipsorum conditionem, *Bal.*— 2. et in eisdem residentiam faciendam, *ms.;* et ad residentiam in eisdem faciendam, *Bal.* — 3. comitebantur, *ms.*

Item statuta ecclesiarum, fundationes cappellarum et ecclesiarum, renovationes privilegiorum confirmabantur [1] et fiebant, et multa alia utilia expediebantur, ad Dei servitium et honorem, in curia vel in partibus, prout justitia suadebat. De quibus quidem et aliis potest de eo dici veridice quod Ecclesia[m] Dei, que erat facta Agar, Sarram fecit, et de servitute ad libertatem perduxit.

Hic videns cathedrales ecclesias, maxime regulares, a clericali et regulari observantia deviare, direxit viros prudentes, providos et honestos, ad illas pro reformatione ipsarum.

Item in tantum creverat ambitio monachorum et canonicorum regularium quod de uno monasterio vel ecclesia ad aliud se transferri cum instantia postulabant, et beneficia impetrabant et dignitates in illis. Quos quidem idem dominus Benedictus in monasteriis, in quibus professi fuerant, voluit remanere, nec ipsos [2] monasteria vel habitum mutare permisit. Religiosos mendicantes qui in curia morabantur absque justa et rationabili causa compulit recedere de eadem. Item, ad ecclesias cathedrales regulares misit reformatores, que circa numerum canonicorum et multa alia honesta et utilia reformate fuerunt.

Item cum hospitalia et leprosarie detinerentur a multis indebite et injuste, nec in illis hospitalitatis seu pietatis opera servarentur, mandavit ab ipsis hospitalibus seu leprosariis amoveri hujusmodi detentores et in eisdem hospitalitatem servari, hospitalia quoque et leprosarias predictas personis idoneis conferri secundum formam concilii Viennensis *(Extravagante De religiosorum domibus, caput : Quia contingit)*.

Item, animadvertens quod pro multis necessitatibus interdum curia citra montes habet morari, hospitia nobilissima, nomine romane Ecclesie, Avinioni construxit. Item, Rome ecclesiam beati Petri et hospitia principalia fecit reparari, que erant in ruina, in Dei et beatorum Petri et Pauli servitio et honore.

Hic quoque advertens officiales predecessoris sui prefati multa per impressionem et alias indebite extorsisse, commisit persone idonee querelas quorumcumque contra ipsos extortores, qui tandem compulsi sunt restituere multa que indebite reperti sunt extorsisse.

Item, pro pace tractanda inter reges Robertum et Fridericum et ad provincias romane Ecclesie pacificandas, ad reges prefatos

1. firmabantur, *Bal.* — 2. ipsis, *Bal.*

et dictas provincias Ebredunensem archiepiscopum destinavit. Unde pax in Benevento et Campania facta fuit; Rome inter Ursinos et Columpnenses emulos et ad invicem inimicos treuge annorum plurium facte fuerunt. Item in Patrimonio beati Petri, ducatu Spoletano, Marchia Anconitana et Romandiola pax et concordia in multis facta fuit inter gentes partium predictarum. Hic fecit inquiri contra rectores et officiales ad prefatas provincias destinatos [1], et nonnulli ipsorum, qui indebite extorserant, restituere sunt coacti.

Misit etiam ad tractandam pacem inter reges Anglie et Scotie, et inter reges Castelle et Navarre, nuntios sollemnes, viros prudentes, providos et honestos. Unde inter dictos reges Castelle et Navarre fuit pax et concordia reformata.

Item, in domo seu hospitio suo XIJ capellanos absque rochetis habere voluit, qui decantabant cotidie horas diurnas pariter et nocturnas. Item, prioratus regulares vacantes in curia ad regulares suos reverti voluit et mandavit. Item, prelaturis vacantibus in curia providit de viris providis et litteratis, absque ipsorum scientia et procuratione.

1. diffamatos, *ms.*

SEXTA VITA

BENEDICTI XII

EX APPENDICE PTOLEMAEI LUCENSIS

Benedictus XIJ, de partibus Tholosanis, electus est anno Domini MCCCXXXIIIJ et ab Urbe condita 2089 [1], XIJ kalendas januarii [2] [21 decembris], anno expectationis.

Hic, anno quarto pontificatus sui in temporibus jejunii [18 decembris 1338], ordinavit sex presbiteros cardinales, videlicet Ebredunensem, Album nomine, Guillermum Montis Olivarum, dominum Gotium de Ariminis, dominum Rothomagensem, dominum de Rodes.

Hic confirmavit atque roboravit sententias contra Ludovicum de Bavaria, asserentem se Romanorum imperatorem.

Hic constituit dominum Luchinum de Vicecomitibus, tirampnum Mediolanensem et multarum aliarum civitatum et terrarum, Pedimontis [3] et Lombardie, in vicarium pro Ecclesia, tanquam Romano Imperio vacante [4] et ad Sedem apostolicam spectante [5]. Item simili modo dominum Mastinum de La Scala in Veronam et Vicentiam. Item dominos de Gonzaga in Mantuam et Reginam civitates. Item marchionem Ferrariensem in Mutinam, Comaclum [6] atque Argentinam.

Anno illo pontificatus sui [7] predicto guerre mortales et crudeles

1. et ab Urbe condita 2089, *omis par Bal.* — 2. *lege* XJ kalendas januarii. — 3. Pedimontium, *mss.* — 4. Romanum Imperium vacans, *mss.* — 5. spectans, *mss.* — 6. Constantiam, *Bal.* — 7. *lege* tertio [1337].

Désignation des manuscrits employés :

A = Bibliothèque nationale de Paris, ms. latin *5127*, fol. 360 r°.
B = Bibliothèque Laurentienne, ms. *XIV*, *19*, fol. 289 r°-290 r°.

incipiebant inter reges Philippum Francie et Eduardum Anglie; pro pace vel treuga inter ipsos ponenda duos nuntios cardinales dictus papa transmiserat, et [1] modicum relevavit. Item suo tempore rex Anglie cum sua armata debellavit armatam regis Francie, in die sancti Johannis Baptiste [24 junii 1340] supra Sclusam, portum [2] Flandrie; in quo bello mortui fuerunt [circiter] XXXIIJ milia Gallici et Normanni, et amiserunt VIII^{c} naves.

Item dominus papa fieri fecit totum magnum palatium ubi ipse residentiam faciebat Avinione, cum turribus circumcirca atque viridario bene fabricato cum veronibus circumcirca.

Hic fuit homo durus et constans, magnus magister in legibus et divinitate [3], ac adeo justus et durus ut beneficia dispositioni apostolice [4] reservata vix conferre vellet, timens ne conferret indignis. Hic multum thesaurum Ecclesie congregavit. Hic nichil dare voluit alicui de suo genere vel consanguinitate. Iste [5] vero non timebat quemquam quando jus et justitia non observaretur ubique per universum. Hic nimis [6] bonos dilexit et malos habuit odio.

Hic primus cepit construere palatium apostolicum Avinione, in loco ubi solebat esse palatium episcopale, in quo dominus Johannes residere consuevit.

Hujus tempore surrexit quidam in partibus superioribus qui se regem Arculeder nominabat, qui adunata multitudine minorum et rusticorum Judeos quoscumque reperire poterat trucidabat. Sed demum per dictum Ludovicum de Bavaria captus, occidi jussus fuit, et tota illa congregatio est dispersa.

Tandem anno Domini MCCCXLIJ, in die sancti Marci envangeliste [25 aprilis], Avinione, in palatio quod construi fecerat, ad Christum migravit. De cujus morte tota curia ac christianitas condoluit; sepultusque est in ecclesia cathedrali Avinionensi.

1. sed, *Bal.* — 2. portus *(sic)*, *A.* — 3. divinitatis, *mss.* — 4. apostolice Sedis, *B.* — 5. Ipse, *B.* — 6. minus, *B.*

SEPTIMA VITA

BENEDICTI XII

AUCTORE PETRO DE HERENTHALS

PRIORE FLOREFFIENSI

Benedictus XIJ, qui prius vocabatur Jacobus, Cisterciensis ordinis abbas, et postea cardinalis, fuit electus in papam anno Domini MCCCXXXIIIJ. Seditque annis VIIJ in civitate Avinionensi.

Multa in principio sui pontificatus ordinavit et statuit : inter que hoc unum fuit, quod capellani sui dicerent horas canonicas cum nota, et quod omnes dormirent in uno dormitorio, nec haberent alios redditus quam mense papalis victum et vestitum.

Item, anno Domini MCCCXXXV [1336, n. st.], dictus papa Benedictus decretalem edidit que incipit : *Benedictus Deus in donis* [1] *suis;* in qua [2] doctrinam supradictam in tytulo Johannis pape predicti hereticam ostendit et dampnavit sub tenore qui sequitur :

Auctoritate apostolica diffinimus quod, secundum communem Dei ordinationem, anime [3] *sanctorum hominum qui de hoc mundo ante passionem Domini nostri Jhesu Christi decesserunt, necnon sanctorum apostolorum* [4]*, confessorum, martirum, virginum et aliorum fidelium defunctorum post sacrum eorum baptisma Christi susceptum, in quibus nil purgabile fuit quando decesserunt, nec et quando decedant in futurum, vel si tunc fuit aut erit purgabile aliquid in eisdem, cum post mortem purgate fuerint* [5]*, aut quod anime puerorum Christi*

1. sanctis, *Bal.* — 2. quam, *B.* — 3. animas, *A.* — 4. apostolorum sanctorum, *A.* — 5. fuerunt, *Bal.*

Désignation des manuscrits employés :

A = Bibliothèque royale de Bruxelles, ms. *12000,* fol. 138 r°-139 r°.
B = Bibliothèque nationale de Paris, ms. latin *4931 A,* fol. 224 v°-225 r°.

baptismate renatorum et baptizandorum, cum fuerint baptizati, ante usum liberi arbitrii decedentium, mox post mortem suam et post purgationem prefatam in illis qui purgatione indigebant, etiam ante resumptionem suorum corporum et judicium generale post Ascensionem Salvatoris Domini nostri Jhesu Christi in celum fuerunt et erunt in celo celorum regno et paradyso cum Christo angelorum sociate consortio, ac post Domini nostri Jhesu Christi passionem et mortem viderunt, vident et videbunt divinam essentiam visione intuitiva et etiam faciali, nulla mediante creatura in ratione objecti se habente, sed essentia divina se nude et clare et aperte eis ostendente, quodque sic videntes eadem [1] *divina essentia perfruuntur, necnon quod ex tali visione et fruitione eorum anime qui jam decesserunt sunt vere beate et habent vitam* [2] *et* [3] *requiem eternam, et anime* [4] *illorum, qui postea decedent, eamdem videbunt divinam essentiam ipsaque perfruuntur* [5] *ante judicium generale, ac etiam quod hujusmodi divine essentie visio ejusque fruitio actus fidei et spei in eis evacuat, prout fides et spes proprie sunt theorice virtutes, quodque postquam inchoata fuit vel erit talis intuitiva et facialis visio et fruitio, in eisdem eadem* [6] *visio et fruitio sine aliqua intercisione seu evacuatione predicte visionis et fruitionis continuata* [7] *existit et continuabitur usque ad finale judicium et ex tunc et usque in sempiternum. Diffinimus insuper quod secundum Dei communem* [8] *ordinationem anime decedentium in actuali mortali peccato mox post mortem suam ad inferna descendunt, ubi penis infernalibus cruciantur, et quod nichilominus in die judicii omnes homines ante tribunal Christi cum suis corporibus comparebunt reddituri de factis propriis rationem, ut recipiat unusquisque, prout gessit in corpore suo, sive bonum fuerit, sive malum. Contrarium istorum et omnium singulorum scienter et pertinaciter tenens, asserens, vel defendens, sicut hereticus habetur.*

Anno Domini MCCCXLIJ, papa Benedictus moritur et in Avinione sepelitur. De quo tale metrum scribitur :

Iste fuit Nero, laycis mors, vipera clero,
Devius a vero, cuppa [9] *repleta mero.*

1. eandem, *B.* — 2. *omis par B, Bal.* — 3. *omis par Bal.* — 4. tunc, *B.* — 5. perfruentur, *Bal.* — 6. *omis par B, Bal.* — 7. contrariata, *Bal.* — 8. communem Dei, *A* . — 9. tuba, *mss.*

OCTAVA VITA

BENEDICTI XII

Benedictus XIJ de villa [1] [Savarduno], provincie Tholosane, oriundus ex humili genere, fuit electus in summum pontificem, inoppinate tamen, [2] anno Domini MCCCXXXIIIJ, die XXJ [3] mensis decembris. Hic primo in ordine Cisterciensi, magister in theologia, deinde episcopus Mirapiscensis, per dominum Johannem, ad cardinalatum [4], tandem ad papatum in Avinione fuit assumptus.

Anno primo [5] pontificatus ejusdem ad perpetuam rei memoriam declaravit quandam opinionem a fide catholica satis extraneam, super qua predecessor ipsius multum [6] fecerat disputari, utrum anime beatorum [7] videant Deum vel visure sint solum post judicium; et sub bulla apostolica publicavit quod affirmare pertinaciter quod anime beatorum Deum [8] non videant sit hereticum, cum hoc sacre Scripture et fidei catholice contradicat [9] [29 januarii 1336].

Eodem quoque anno [17 junii 1335] fecit unam constitutionem de apostatis [10], satis piam, que incipit *Pastor bonus*, in qua concessit quod omnes apostate qui transiverant [11] non licite vel [12] vagabant [13]

1. castro appellato Savarduno, *C*, *Bal.* — 2. in, *C*, *Bal.* — 3. *lege* XX. — 4. ad cardinalatum, *placé avant* per *par C*, *Bal.* — 5. *lege* secundo. — 6. *omis par C*, *Bal.* — 7. hominum, *Bal.* — 8. *placé après* videant *par C*, *Bal.* — 9. fides catholica contradicant, *C.* — 10. apostaticis, *B.* — 11. transiverunt, *C*, *Bal.* — 12. alias, *C*, *Bal.* — 13. vagabantur, *C*, *Bal.*

Désignation des manuscrits employés :

A = Bibliothèque de la ville de Tours, ms. *976*, fol. 130 v°-132 v°.

B = Bibliothèque nationale de Paris, ms. latin *5028*, fol. 183 v°-187 r°.

C = Bibliothèque nationale de Paris, ms. latin *4973*, fol. 135 v°-136 v°.

in seculo, deberent ad ordines redire a quibus apostataverant, et quod prelati deberent ipsos recipere et benigne [1] tractare, et super irregularitate, si quam contraxissent, dispensare [2] misericorditer cum eisdem.

Eodem [3] insuper anno [20 junii 1336], fecit multas reformationes circa statum monachorum nigrorum, de modo vivendi, et de regimine, et de multis aliis; ut patet intuenti reformationes illas, que communiter abbatum illius ordinis dominium ampliarunt [4], et subditos [5] coartarunt. Harum reformationum omnium [6] promotor et compilator fuit dominus Petrus, Carnotensis cardinalis, ordinis monachorum nigrorum, qui dictas reformationes inceperat tempore domini Johannis pape XXIJ.

Huic domino Benedicto maxime insitum cordi fuit clericos [7] et religiosorum ordinum professores et status reformare et, ut dicatur verius, infirmare. Paucos enim vel nullos bonos credebat, et omnes a via Domini mandatorum [8] et consiliorum semita declinasse dicebat. Nullos vel paucos dignos promotionibus vel gradibus ecclesiasticis extimabat [9].

Hic dominus Benedictus papa avarus, durus, et tenax, in conferendis gratiis remissus, tardus et negligens in providendo statui [10] ecclesiarum supra modum fuit; et in excusationem sue duritie [11] paucos ad hoc [12] dignos vel sufficientes dicebat communiter [13]. Omnes et[iam] [14] dominos cardinales fore deceptores sui credebat [15]. Raro supplicationes ipsorum recipere volebat, ipsosque non modicum suspectos habebat. Ordines mendicantium [16] per facti evidentiam exodiosos [17] habebat. Paucos vel nullos de ipsis ordinibus ad prelationes promovebat. Dissensiones eorum libenter audiebat, et subditis [18] contra prelatos favere mirabiliter [19] videbatur.

In propositionibus turpibus et inhonestis plusquam in virtuosis habere complacentiam ex risibus [20] et motibus aliis omnibus notum erat. Potator vini maximus ab omnibus curialibus dicebatur, adeo ut versum sit in proverbium consuetum dici : *Bibamus papaliter.*

1. legitime, *C*, *Bal.* — 2. dispensarent, *C*, *Bal.* — 3. *sic.* — 4. ampliaverunt, *B.* — 5. subdictos, *mss.* — 6. *omis par C*, *Bal.* — 7. clericorum *(sic)*, *A*, *B.* — 8. mandatorum Domini, *C*, *Bal.* — 9. extimabant *(sic)*, *A*, *B.* — 10. statum, *C*, *Bal.* — 11. exeusatione duritie sue, *C*, *Bal.* — 12. hec, *C*, *Bal.* — 13. *omis par Bal.* — 14. *omis par Bal.* — 15. credebant *(sic)*, *C.* — 16. supra modum, *ajoutés par C*, *Bal.* — 17. exosos, *C*, *Bal.* — 18. subdictis, *mss.* — 19. *placé après* videbatur *par C*, *Bal.* — 20. rasibus *(sic)*, *A*, *B.*

Anno secundo pontificatus ejusdem [1336], ad instantiam Philippi regis Francie, fecit predicari passagium Terre Sancte futurum ab inde ad triennium : quod tamen effectum non habuit, cum etiam propter delusiones preteritas minime fiendum communiter crederetur.

Anno tertio pontificatus ejusdem [2 januarii 1338] fecit processus contra Bononienses, et privavit civitatem studio et privilegiis apostolicis et imperialibus propter expulsionem domini Bertrandi cardinalis, olim in partibus illis legati. Et tandem, aliquibus pactis premissis, restituit dictam civitatem ad gratiam apostolice Sedis. Et constituit Thadeum de Pepolis [1] rectorem ibidem ad tres annos pro sancta Ecclesia romana [2] sub annuo censu, videlicet octo milium florenorum auri, non absque admiratione multorum [21 junii 1340].

Anno tertio pontificatus ejusdem [3] venerunt ambassiatores Ludovici de Baveria [4] qui se pro imperatore ingerebat [5], petentes reconciliationem dicti Ludovici cum Ecclesia; quam sibi promissam, ut dicebatur [6], agente Philippo rege Francorum [7] cum pluribus cardinalibus, non potuit obtinere [1337].

Anno quarto pontificatus ejusdem mota est guerra non modica inter regem Francie Philippum et regem Anglie Edwardum [8] super juribus regni Francie, dicto Edwardo [9] rege Anglie dicente jus regni Francie sibi competere. Propter quod dictus dominus Benedictus papa ad hoc sedandum misit illuc [1337] legatos Petrum, Yspanum, Sabinensem, et Bertrandum [10] de Montefaventio [11], tituli Sancte Marie in Acquiro [12] presbiterum [13] sancte romane Ecclesie cardinales; qui post multos tractatus habitos modicum profecerunt, dicto [14] rege Anglie multa dampna et obprobria per terram et mare corone Francie inferente, Flandrensibus [15] et nonnullis aliis amplis terris sibi ac regno Anglie pariter conjugatis [16].

Anno quarto [1338] pontificatus ejusdem [17], grandis dominus Tartarorum misit ambassiatores, litteras et encenia [18] ad dictum [19]

1. Pepulis, *Bal.;* constituit tandem de populis *(sic)*, *C.* — 2. romana Ecclesia, *C*, *Bal.* — 3. Eodem anno tertio ejusdem pontificatus, *Bal.;* Eodem anno tertio et ejusdem pontificatus, *C.* — 4. Bavaria, *C*, *Bal.* — 5. gerebat, *C*, *Bal.* — 6. dicebat, *A.* — 7. Francie predicto, *C*, *Bal.*— 8. Edouardum *C*, *Bal.* — 9. Edouardo, *C*, *Bal.*— 10. *omis par B.*— 11. Montefaveto, *C*, *Bal.*— 12. Aquiro, *C*, *Bal.* — 13. presbiteros *(sic)*, *A*, *B.* — 14. *omis par A*, *B.* — 15. et Scotis, *ajoutés par C*, *Bal.* — 16. conligatis, *Bal.* — 17. Anno eodem quarto ejusdem pontificatus, *C*, *Bal.* — 18. essennia, *Bal.* — 19. dominum, *ajouté par C*, *Bal.*

papam Benedictum: quos dictus papa habitis multis tractatibus cum cardinalibus honorifice pertractavit [1]; et dicto domino Tartarorum litteras continentes articulos [2] catholice fidei et exhortationes bonas et pulcra encenia [3] destinavit [4].

Anno [5] quarto [6] pontificatus ejusdem fecit unam ordinationem sex [7] cardinalium, quos assumpsit feria sexta quatuor temporum mensis decembris [18 decembris 1338]; quorum nomina sunt hec, scilicet dominus Gotius [8] de Areminio [9], patriarcha [Constantinopolitanus [10]], tituli Sancte Prisce presbiter cardinalis, dominus Petrus Rogerii, archiepiscopus Rothomagensis, tituli Sanctorum Nerei et Achillei presbiter cardinalis, [ordinis sancti Benedicti [11],] dominus Bertrandus, archiepiscopus Ebredunensis, tituli Sancti Marci presbiter cardinalis [12], dominus [Bernardus de Albia [13]], episcopus Ruthenensis, tituli Sancti Ciriaci in Thermis [14] presbiter cardinalis, dominus Guillelmus Curti, ordinis Cisterciensis, magister in theologia, episcopus Albiensis, tituli Quatuor Coronatorum presbiter cardinalis, dominus Guillelmus de Aura, abbas Montisolivi [15], tituli Sancti Stephani in Celiomonte presbiter cardinalis.

Anno quinto [1339] pontificatus ejusdem [16] Armeni [17] fuerunt delati a quibusdam fratribus qui in Ytalia vocantur fratres Armeni [18]. Qui dicti fratres Armeni [19] dicunt se esse conversos et recte sentire de catholica fide, quod dicti Armeni [20] errabant in CXXXIIJ articulis et pluribus. Propter quod rex Armenie misit solemnes nuncios ad curiam ad se et regnicolas excusandum, sed illa non fuit dicti domini Benedicti pape tempore terminata.

Anno sexto [21] pontificatus ejusdem cassavit et anullavit processus habitos et factos per predecessorem suum [22] et dominum B[ertrandum] de Poujeto, tunc in partibus illis legatum, contra Matheum de Vicecomitibus [23] de Mediolano et filios, concessitque Luchino de

1. et unum scutiferum Tartarorum ipsorum ambassiatorum servientem armorum suorum creavit, *passage ajouté par C, Bal.* — 2. contentias articulorum *(sic)*, *A*. — 3. essennia, *Bal.* — 4. Anno quarto pontificatus... encennia destinavit, *paragraphe omis par B.* — 5. eodem, *ajouté par C, Bal.* — 6. et, *ajouté par C.* — 7. *placé après* cardinalium *par C, Bal.* — 8. Gochius, *C, Bal.* — 9. Ariminis, *C, Bal.* — 10. *omis par A, B.* — 11. ordinis sancti Benedicti, *omis par A, B.* — 12. dominus Bertrandus... cardinalis, *passage placé avant* dominus Petrus Rogerii *par C, Bal.*— 13. Bertrandus de Deo *(sic)*, *mss.* — 14. Terminis *(sic)*, *A, B.* — 15. Montisolii, *B.* — 16. Anno vero pontificatus ejusdem domini Benedicti, *C, Bal.*— 17. Armerii *(sic)*, *A, B.* — 18. *C et Baluze se terminent ici;* Armerii *(sic)*, *A, B.* — 19. Armerii, *mss.* — 20. Armerii, *mss.* — 21. *lege* anno septimo [1341]. — 22. predecessorum suorum *(sic)*, *B.* — 23. Vieicomitibus, *mss.*

Vicecomitibus vicariatum in Mediola[no] vacante Imperio, et Placentia, et Crema, que sunt romane Ecclesie, sub annuo censu. Quod durum est visum multis et contra libertatem Ecclesie factum ut [illis] qui tot injurias Ecclesie contulerint [1] vicariatus vel honor ab Ecclesia committatur.

Eodem anno [2] Mastinus de La Scala, interfecto episcopo civitatis Veronensis, misit pro absolutione ad romanam curiam et obtinuit cum magna displicentia ob gravitatem sceleris plurimorum; deditque aliquas litteras suas et factus est censuarius Ecclesie ac vassallus. Fuitque Atzo [3] de Corrigia, ad predicta tractanda et promittenda, ipsius nuncius et sindicus specialis.

Anno Domini MCCCXLJ floruit Franciscus Petracha, Florentinus [4] poeta, ystoriographus precipuus. Fuitque per senatores [5] Urbis in Capitolio [6] laureatus : quod de alio factum non legitur ante per annos mille [7] ducentos; sicque antiqui ritus poetarum fuit memoria ex toto abolita, fuit renovata tanti viri virtutibus.

Eodem anno [1341] prefatus Mastinus vendidit [4 augusti] civitatem Lucanam Florentinis. Quod Pisani moleste ferentes dictam civitatem Lucanam obsederunt, ne Florentini ingredi possent eamdem. Et post aliquam obsidionem Florentini debellati fuerunt ibidem [2 octobris]. Sed Florentini, resumptis viribus [martii 1342], iterum voluerunt per potentiam et astuciam fulcire civitatem Lucanam obsessam in circuitum per Pisanos; quod facere nequiverunt. Quinymo Florentinis recedentibus et confusis, Pisani obtinuerunt dominium civitatis [julii 1342].

Eodem anno [1342] Florentinis, fractis et debilitatis ipsorum viribus et maxime propter intestina odia, tradiderunt dominium civitatis Florentie, Aretine et Pistoriensis duci Atheniarum. Qui dux, ipso anno, cum Pisanis, aliquibus pactis precedentibus, concordavit, non absque populi Florentini obprobrio et jactura.

Anno septimo pontificatus ejusdem, videlicet MCCCXLIJ, die xxv mensis aprilis, B[enedictus] papa prefatus in Avinione diem clausit extremum ac in ecclesia cathedrali Avinionensi extitit tumulatus absque multorum tristitia; quia, dum viveret, videbatur potius vacare Ecclesia quam per ipsum gubernari. Vacavitque Sedes post mortem ipsius diebus duodecim. Et dominus P[etrus]

1. contulerunt, *B.* — 2. *lege* anno quinto [1339]. — 3. Atro, *B.* — 4. floreum *mss.* — 5. generatores, *mss.* — 6. Capitoleo, *B.* — 7. millenos, *B.*

Rogerii, Lemovicus [1], olim archiepiscopus Rothomagensis, consequenter tituli Sanctorum Nerei et Achillei presbiter cardinalis, cum omni singulari letitia fuit electus in papam; elegitque Clemens sextus non solum vocaliter, sed realiter nominari.

1. *omis par A.*

PRIMA VITA

CLEMENTIS VI

Clemens papa VJ, natione Aquitanicus [1], de loco [2] de Malomonte, dyocesis Lemovicensis [3], post dictum Benedictum papam [4] XIJ immediate fuit electus in papam in [5] Avinione, die septima mensis maii [6], anno Domini MCCCXLIJ, et [7] die XIX ejusdem mensis fuit [8] coronatus.

Hic prius [9] vocatus est Petrus Rogerii. Fuitque monastico habitu indutus [10] in monasterio Case Dei in Arvernia, dyocesis Claromontensis, ordinis sancti Benedicti, in suc [11] flore juventutis, ubi primo [12] edoctus extitit in regularibus observantiis; demum ivit ad studia litterarum, in quibus adeo profecit [13] quod fuit effectus profundissimus et solempnis magister [14] in sacra [15] theologia. Post vero primo [16] ad monasterium Fiscannense in Normannia, et ab inde ad ecclesiam Attrebatensem fuit promotus; de qua demum successive translatus extitit primo ad Senonensem, secundo ad [17] Rothomagensem ecclesias, et postremo per [18] dictum Benedi-

1. Aquitanus, *Bal.;* Aquitanius, *B.* — 2. de loco, *omis par A, B.* — 3. Lemovicensis dyocesis, *A, B, Bal.* — 4. *omis par A, B.* — 5. *omis par A, B.* — 6. junii *(sic), B.* — 7. *omis par B.* — 8. ejusdem mensis fuit, *omis par E.* — 9. primus, *B.* — 10. inductus, *A, B.* — 11. suo, *A, B.* — 12. primum, *Bal.* — 13. proficit, *B.* — 14. doctor, *B.* — 15. *omis par B, Bal.* — 16. *omis par B.* — 17. *omis par E.* — 18. etiam post *au lieu de* et postremo per, *E.*

Désignation des manuscrits employés :

A = Bibliothèque nationale de Paris, ms. latin *14617*, fol. 239 v°-246 v°.

B = Bibliothèque nationale de Paris, ms. latin *15011*, fol. 499 r°-505 v°.

E = Bibliothèque de la ville de Toulouse, ms. *474*, fol. 6 v°-14 v°.

ctum assumptus in presbiterum cardinalem; habuitque titulum Sanctorum Nerei et Achillei [1]; et tandem, ut premittitur, electus fuit in papam. Seditque annis X, mensibus VIJ [2] et diebus V. Et vacavit Sedes diebus XIIJ.

Hic summus pontifex, satis [3] cito post creationem suam, optans quod guerra jam a diu exorta [4] inter reges Francie et Anglie sedaretur [5], misit [31 maii 1342] ad ipsos suos nuntios, legationis officio fungentes, dominos Petrum [6] de Pratis, Penestrinum, et Annibaldum, Tusculanum episcopos cardinales, causa reformande pacis inter eos. Qui diutius circa hoc [7] laboraverunt et institerunt [8]. Non tamen ad pacem pervenire potuerunt; sed tamen finaliter [9], Domino cooperante, eos [10] inclinaverunt ad treugas, quas pro tunc inierunt ad quatuor annos postea [11] secuturos.

Eodem tempore [1342], estate jam inchoata, fuit maxima inundatio aquarum [12], fere in toto climate nostro, a pluviis exorta, sic quod etiam in montium cacumine scaturire viderentur [13], et loca inconsueta [14] occuparent, pontesque [15] et [16] turres diruerent [17], et quod est mirum dictu [18], in civitate Coloniensi [19] navibus ad muros scanderetur, et intra civitatem Avinionensem [20] navigio transiretur.

Dictus papa, die xx mensis septembris, que fuit sexta feria quatuor temporum, anno predicto [MCCC]XLIJ, fecit creationem decem cardinalium, videlicet octo presbiterorum et duorum dyaconorum. Presbiteri autem fuerunt dominus frater Helyas de Nabinalis [21], ordinis Minorum, dyocesis Petragoricensis, tunc archiepiscopus Nicosiensis [22]; dominus Guido de Bolonia [23], frater comitis Boloniensis, tunc archiepiscopus Lugdunensis; dominus Aymericus de Castrolucii [24], dyocesis Lemovicensis, tunc episcopus Carnotensis; dominus Andreas de Florentia, Ytalicus, tunc episcopus Tornacensis; dominus Stephanus Alberti, dyocesis Lemovicensis, tunc [25] episcopus Claromontensis; dominus Hugo Rogerii, monachus ordinis sancti Benedicti, dyocesis Lemovi-

1. Neley et Achilei, *E.* — 2. VIIJ, *B.* — 3. *omis par B.* — 4. orta, *E.* — 5. cedaretur, *E.* — 6. *omis par B.* — 7. hanc, *Bal.* — 8. insudaverunt, *B.* — 9. finaliter tamen, *A*, *B.* — 10. *omis par B.* — 11. *omis par E.* — 12. aquarum inundatio, *A*, *B*, *Bal.*—13. videbantur, *A*, *B*, *E.*— 14. consueta, *E.*— 15. potentesque *(sic)*, *E.*— 16. *omis par E.*— 17. diruerunt, *B.*— 18. dictum, *E.*— 19. Lovicnsi, *B.* — 20. in civitate Avinionensi, *A*, *B*, *Bal.* — 21. Nabunalis, *A*, *B;* Nabinale, *E.* — 22. Nichociensis, *E.* — 23. Bolonio, *A*, *B.* — 24. Castrolucerii, *B;* Castroluci, *E.* — 25. episcopus Carnotensis; dominus Andreas... tunc, *passage omis par A*, *B.*

censis, tunc electus Tutellensis [1], frater ipsius pape; dominus Ademarus Roberti, dyocesis Lemovicensis, tunc Sedis apostolice notarius; et dominus frater Geraldus de Guardia [2], dyocesis [3] Lemovicensis, tunc generalis [4] magister ordinis Predicatorum, consanguineus ejusdem pape [5]. Dyaconi vero fuerunt dominus Bernardus de Turre in Arvernia [6], dyocesis Claromontensis, tunc subdiaconus pape, et dominus Guillermus Judicis, legum doctor, dyocesis Lemovicensis, nepos ipsius pape, ex sorore.

Item dictus [7] papa audiens guerras, dissensiones et turbationes que erant [8] et vigebant quasi communiter in partibus Ytalie, ex quarum occasione subversio earum [9] verisimiliter poterat evenire, et etiam ex aliis rationabilibus causis ad hoc animum suum moventibus, per idem tempus [1342] misit, legatum suum de latere, ad partes memoratas, dominum Guillermum Curti, tituli Sanctorum [10] Quatuor Coronatorum presbiterum cardinalem; qui aliquamdiu ibidem permansit et in multis complevit sibi commissum [11], et quoad dissensiones et guerras predictas, ipsas per bonas treugas sedavit.

Eodem tempore [20 januarii 1343], obiit Robertus, rex Sicilie [12], nullis liberis masculis relictis; sed regnum suum, jure hereditario, devenit ad Johannam [13], dicti Roberti neptem ex filio defuncto Johanne duce Calabrie [14], adhuc in etate pupillari constitutam, quam perprius nuptui tradiderat Andree, fratri [15] regis Ungarie. Et quia pro tunc regimen et administratio dicti regni [16] ad Ecclesiam romanam [17] pertinebat donec dicta Johanna ad etatem perfectam pervenisset, pro regimine et administratione hujusmodi, dictus papa misit [1344], legatum suum de latere, ad regnum predictum, dominum Aymericum de Castrolucii [18], tituli Sancti Martini in Montibus presbiterum cardinalem, qui ibi vel circumcirca permansit per [19] aliquod tempus; sed circa regimen et [20] administrationem regni memorati modicum facere potuit, per dictam Johannam, jam doli capacem, impeditus. Processu vero temporis, dum dictus Andreas se disponeret ad coronam regiam recipiendam,

1. Tutelensis, *E.* — 2. Girardus de Garria, *B;* Giraldus de Gardia, *A.* — 3. *omis par E.* — 4. generalis tunc, *B.* — 5. *omis par E.* — 6. Avernia, *B, E.* — 7. dominus, *B, Bal.* — 8. et urgebant, *ajoutés par E.* — 9. ipsarum partium, *A, B.* — 10. *omis par B.* — 11. commissa sibi, *B;* sibi commissa, *A, Bal.* — 12. Cicilie, *B, E.* — 13. Johannem *(sic), B.* — 14. defuncto Johanne duce Calabrie, *omis par E.* — 15. fratris *(sic), A.* — 16. et, *ajouté par B.* — 17. *omis par Bal.* — 18. Castroluci, *E.* — 19. circa, *B.* — 20. vel, *B.*

fuit nequiter et proditionaliter interfectus [18 septembris 1345], operantibus et consentientibus tam aliquibus cubiculariis [1] quam aliis [2] multis etiam domesticis suis [3] de quibus specialiter confidebat. Modus autem necis suæ fertur fuisse quod, dum quadam nocte in Aversana [4] civitate disponeret se ad eundum [5] ad lectum cum dicta conjuge sua, fuit fraudulenter, subito et proditionaliter per ipsos vocatus ad quoddam deambulatorium, et ibidem cum fune in collo suo ligato strangulatus, et deinde precipitatus ad viridarium quod erat subtus dictum [6] deambulatorium. Que res fuit magni scandali et iniquitatis [7] inaudite [8]. Fuitque in hoc verificatum illud vulgare dictum : *Nulla pejor pestis quam familiaris inimicus* [9], etc. Occasio autem hujus sceleris [10] specialiter fuisse dicitur quia [11] ipse, tanquam virtuosus et audax, verbo et facto monstrabat se velle punire multos [12] quos videbat criminosos et male se habentes quamprimum per coronationem plenum dominium dicti regni ad ipsum pervenisset. De quo male [13] sibi conscii et merito formidantes cogitaverunt adversus eum [14] modo premisso sibi ipsis precavere. In quo discant nova dominia assumentes [15] quod a principio non exasperent, molestent aut terreant subditos suos [16], etiam quantumcumque demeritos [17], neque [18] pandant interiora sui cordis [19], sed dissimulent et potius tales alliciant [20], eisque blandiantur, donec habeant dominii sui firmitatem, dederintque ordinem per quem adversus eos procedere valeant absque sui periculo et scandalo aliorum, quia ex opposito multi, modo simili aut crudeliori [21], periisse aut a dominiis suis dejecti [22] fuisse leguntur. Fuerunt autem, qui capi et comprehendi potuerunt, neci traditi interfectores dicti Andree eorumque complices et fautores. Contra alios vero postea [23] dictus papa fecit processus et fulminavit sententias quantum dictabat ratio [24] et justitia suadebat.

[25] Per idem etiam tempus [1343] suscitata fuit guerra inter [26] Petrum, Aragonum, et Jacobum, Majoricarum reges, occasione

1. suis, *mis ici par A, B, Bal.*— 2. *omis par Bal.*— 3. *omis ici par A, B.* — 4. Adversana, *E.* — 5. eumdem *(sic)*, *B.* — 6. *omis par A, B;* illud, *Bal.* — 7. inquietatis, *A.* — 8. *omis par A, B.* — 9. hostis, *E.*— 10. et, *ajouté par E.* — 11. quod, *A, B.* — 12. aliquos, *B, Bal.* — 13. mali, *B.* — 14. et, *ajouté par E.* — 15. aquirentes, *E.* — 16. *omis par Bal.* — 17. de meritis, *B.* — 18. nec, *B.* — 19. cordis sui, *A, B.* — 20. et tales alicient, *A, B.* — 21. multi aut modo crudeliori, *B.* — 22. ejectis, *A;* aut ad minus suis ejectis, *B.* — 23. *omis par A, B, Bal.* — 24. dictabat, *omis par B;* ditabat ratio, *A;* ratio dictabat, *Bal.*— 25. Et, *ajouté par B.* — 26. tempus jam guerra suscitata inter, *E.*

homagii regni Majoricarum [1] et aliarum terrarum suarum, quas dictus [2] rex Aragonum pretendebat ad se pertinere, alio hoc simpliciter [3] denegante. Sed [4] pro sedatione ejusdem [5] dictus papa misit nuntium suum [6], legationis officio fungentem, dominum Bernardum de Albia, tituli Sancti Cyriaci presbiterum cardinalem; qui quoad [7] pacem nichil profecit, sed ad certum tempus inter eos iniit [8] et firmavit treugam.

Item eodem tempore [1343], dictus papa, ad instantiam et supplicationem Romanorum, qui hac de causa ad eum suos nuncios miserant, mutavit annum jubileum de [9] quinquagesimo in quinquagesimum [10], qui [11] juxta ordinationem Bonifacii pape [12] VIIJ erat de centesimo in centesimum. Voluitque et ordinavit quod visitantes limina apostolorum Petri et Pauli illo anno quinquagesimo, quem de cetero voluit esse jubileum, habeant [13] plenariam indulgentiam suorum peccatorum cum modis et conditionibus que in dicta ordinatione Bonifacii continentur.

Item dictus papa renovavit [12 aprilis 1343] processus perprius inchoatos per Johannem papam XXIJ contra Ludovicum, ducem Bavarie, eosque [14] aggravavit, et finaliter ipsum ab Imperio reprobavit, mandavitque [15] electoribus Imperii ut ad electionem alterius [16] procederent; alioquin Sedes apostolica, a qua jus eligendi ad ipsos pervenerat, de alio imperatore [17] provideret. Deposuit etiam [18] Henricum, tunc archiepiscopum Maguntinensem, tanquam fautorem [19] et defensorem dicti Ludovici, et Gelracum fratrem comitis de Nassov [20], loco ejus, archiepiscopum ordinavit [1346]. Non tamen hoc suum potuit sortiri effectum. Nam ipse Henricus, pertinax et induratus [21], sententias parvipendens, quamdiu vixit, dictum archiepiscopatum tenuit occupatum [22].

Item, latis dictis [23] sententiis contra dictum [24] Bavarum per dictum [25] papam, ad mandatum ipsius, Wolmarus [26], Coloniensis, Valduinus [27], Treverensis [28], et dictus Gelracus, novus Maguntinus [29]

1. reges, occasione homagii regni Majoricarum, *omis par B, E.* — 2. quod dicitur, *E.* — 3. alio vero simpliciter hoc, *B.* — 4. *omis par E.* — 5. *omis par B.* — 6. *omis par A, B.* — 7. ad, *E.* — 8. univit *(sic)*, *E.* — 9. *omis par B.* — 10. annos, *ajouté par E.* — 11. *omis par E.* — 12. *omis par B, E.* — 13. habebant, *B.* — 14. eumque, *B, Bal.* — 15. insinuavitque, *B.* — 16. ulterius, *E.* — 17. imperio, *E.* — 18. tunc, *B.* — 19. detentorem et, *ajoutés par B.* — 20. Vassorum *au lieu de* de Nassov, *E.* — 21. duratus, *B.* — 22. tenuit et occupavit, *B, Bal.* — 23. *omis par B.* — 24. *omis par E.* — 25. predictum *au lieu de* per dictum, *E.* — 26. Vulmarus, *A, B.* — 27. Walduinnus, *B;* Valdwinus, *A.* — 28. Terrenensis, *E.* — 29. Vangantinus, *B.*

archiepiscopi [1], et dux Saxonie, et Johannes, rex Boemie, in villa dicta Rense, dyocesis Treverensis, congregati, Karolum, tunc comitem de Lucembork [2], dicti regis Boemie filium, in [3] imperatorem seu regem Romanorum elegerunt [11 julii 1346], aliis electoribus absentibus et forte non vocatis, tanquam adherentibus [4] Bavaro supradicto. Dictum autem Karolum, sic electum, archiepiscopus Coloniensis memoratus in op[p]ido suo Bunnensi [5] supra Renum [6] coronavit [26 novembris] corona ferrea, pro eo quia [7] locus de [8] Aquisgrani et villa de Frankfort [9], ubi consueverant [10] fieri tam electio quam coronatio regum Romanorum, tunc Bavaro [11] favebant et adherebant.

Per idem tempus, dominus frater Guillermus de Lauduno [12], dyocesis Uticensis, ordinis Predicatorum, archiepiscopus Tholosanus, jam cecus effectus, videns se non posse pontificalia officia exercere, renuntiavit ecclesie sue in manibus dicti pape [13], qui [14] ad ipsam promovit dominum Raymundum de Canilhaco [15], prepositum Magalonensem, ordinis sancti Augustini [28 martii 1345]. Pro sustentatione tamen dicti [16] Guillermi [17] sibi assignavit certam pensionem super proventibus dicte ecclesie per ipsum, quamdiu viveret, percipiendam. Qui etiam post vixit pluribus annis; fecitque multa opera bona ad Dei servitium, presertim ordini suo et loco unde originem traxit. Fecit enim claustrum mire pulcritudinis cum domibus pro recolligendis hospitibus in [18] conventu Avinionensi, et in dicto loco sue originis ecclesiam valde solempnem, etiam dato quod existeret cathedralis; in qua certas capellanias fundavit et dotavit, ad quarum servitium etiam presbiteros certos in perpetuum deputavit [19].

Anno Domini MCCCXLIIIJ, die XXVJ [20] mensis februarii, in [21] qua fuerunt quatuor tempora, dictus papa creavit duos novos cardinales, videlicet dominum Petrum Bertrandi juniorem de Columbariis, dyocesis Viennensis, tunc episcopum Attrebatensem; et hic fuit in presbiterum assumptus. Eratque nepos alterius

1. archiepiscopus, *E.* — 2. Lucemborch, *B*, *Bal.;* Lucembourk, *E.* — 3. *omis par B.* — 4. dicto, *ajouté par B.* — 5. Velunensi, *B;* Belunensi, *A.* — 6. regnum, *B.* — 7. quod, *B*, *Bal.* — 8. *omis par Bal.* — 9. Frankefort, *B*, *Bal.;* Frankaboruc, *E.* — 10. consueverat, *E*, *Bal.* — 11. Bavario, *B.* — 12. Laudino, *A*, *B.* — 13. dicti pape manibus, *B.* — 14. que *(sic)*, *E.* — 15. Renaldum de Conilhaco, *A;* Renaldum de Conlhaco, *B.*— 16. domini, *ajouté par A.*— 17. ceci, *ajouté par B*, *Bal.*— 18. et, *E.* — 19. deputavit in perpetuum, *A*, *B.* — 20. *lege forsan* XXVIJ; die XXVJ, *omis par A*, *B.*— 21. die, *ajouté par A*, *B.*

domini Petri [1] Bertrandi senioris, qui adhuc in collegio superextabat [2]. Secundum vero fecit dyaconum, videlicet dominum Nicholaum [3] de Bessia, tunc electum [4] Lemovicensem, de cujus [5] dyocesi oriundus erat, nepotem suum ex sorore.

Eodem anno *(sic)*, dictus [6] Edoardus, rex Anglie, mare transiens, applicuit in portu [7] Cluse, patrie Flandrie. Cui ibidem occurrit memoratus Philippus, rex Francie, cum magno exercitu bellatorum [8]; fuitque maximus conflictus inter eos et strages hominum [9] subsecuta est [10] [24 junii 1340] tanta quod aqua maris in dicto portu per plures dies sanguine intincta vel rubrata permansit. Victoriam tamen obtinuit rex Anglie supradictus. Qui ea potitus, velut turbo per Picardiam, more barbarico, omnia cede et incendio vastans, ad postremum Tornacum [11] obsedit [1340]; ubi cum nichil pro sua voluntate proficere posset, ab inde [12] recessit. Tandem venit ante Calesium [4 septembris 1346], portum maris, ubi obsidionem posuit, et tam diu tenuit quod finaliter ipsum obtinuit [4 augusti 1347]. Nec in hoc sibi resistere potuerunt [13] dicti regis Francie potentia nec illorum qui erant ab intra magnanimitas et constantia; que fuit non [14] mediocriter laude digna, cum, ut fertur, longo tempore steterint [15] equis, muribus [16] et aliis animalibus usui humano insolitis vescendo, in fame et siti et aliis penuriis maximis antequam voluerint se reddere, continue auxilium ab extra expectantes.

Circa o[b]viandum [17] autem malis que ex guerra regum predictorum assidue contingebant, dictus papa, quantum in ipso [18] erat, continue vacabat et insistebat, pacemque inter ipsos reformari procurabat. Et ideo, per idem tempus, ad dictos reges destinavit nuntios suos, legationis officio fungentes, dominos Hanibaldum [19] de Ceccano [20], episcopum Tusculanum, et Stephanum Alberti, tituli Sanctorum Johannis et Pauli presbiterum [21] cardinalem; qui diu circa hec [22] insiterunt, non tamen ad pacis federationem dictos reges inducere potuerunt, sed tamen [23] treugas ad certum tempus inter ipsos [24] inierunt [1347].

1. *omis par B, E.* — 2. superexaltabat, *B.* — 3. Jacobum, *A, B.* — 4. episcopum, *ajouté par B.* — 5. qua, *A, B, Bal.* — 6. dominus, *B, Bal.* — 7. in portu applicuit, *E.* — 8. bellatorum exercitu, *B.* — 9. hominum strages, *B.* — 10. et, *A, B; omis par Bal.* — 11. Tornacium, *E.* — 12. idem *(sic)*, *E.* — 13. potuit, *A, B;* poterunt, *E.* — 14. *omis par A, B.* — 15. steterunt, *E.* — 16. *omis par A, B.* — 17. Obmittando *au lieu de* Circa o[b]viandum, *A, B.* — 18. eo, *B.* — 19. Unibaldum, *E.* — 20. Coquino, *E;* Sequano, *A, B.* — 21. *omis par B.* — 22. hoc, *B, Bal.* — 23. tandem, *A, B.* — 24. eos, *Bal.*

Eodem fere tempore [1] [27 septembris 1345], Willelmus, comes Hollandie, magna suorum multitudine amissa, a Frisonibus, nullo herede sibi [2] superstite, interficitur. Propter quod Ludovicus, dux Bavarie, qui se, licet falso, gerebat pro imperatore [3], comitatum hujusmodi dedit filio suo Willelmo, quem usque ad tempora nostra possedit pacifice [4] posteritas sua.

Paulo post vero [5], dictus Ludovicus dux Bavarie, adhuc pertinax et in suis malitiis induratus, moritur [11 octobris 1347]. Quo mortuo et Karolo memorato jam [6] in discordia electo, Henricus depositus archiepiscopus Maguntinus, marchio Brandeburgensis et comes Palatinus, noviter convenientes [7], Gunterium comitem de Zvarzemburg [8] in [9] campis Frankfordie [10], ubi reges Alamannie antiquitus [11] eligi consueverant [12], in regem Alamannie et Romanorum elegerunt [30 januarii 1349] atque [13] armis, ne dictus [14] Karolus ipsum perturbaret, defenderunt [15]; quinymo ipsum Karolum, licet verum regem, vi armorum [16] repulerunt. Karolus autem sentiens se pro tunc armis [17] adversus eos prevalere non posse, dicitur procurasse quod dictus suus adversarius satis cito mortuus est [14 junii 1349]; an autem toxico, sive alio modo, varii varia sunt locuti [18]. Sed qualitercumque fuerit, non est [19] sibi ad culpam imputandum, juxta illud vulgare dictum [20] : *Non refert an armis habeatur palma dolisve* [21]. Mortuo autem dicto Gunterio [22], idem Karolus per dictum archiepiscopum Coloniensem fuit Aquisgrani iterum [23] coronatus [1349], ut alias erat fieri consuetum, et demum pacifice ac [24] cum honore, tanquam verus rex Romanorum et Alamannie, a civitatibus Imperii receptus; cujus electio fuit per dictum papam cum solempnitatibus debitis processu temporis approbata.

Per idem tempus Engelbertus [25] de Marcha, episcopus Leodiensis, habens in sui adjutorium dictum Karolum, regem Romanorum,

1. Eodem tempore fere, *E;* Eodemque fere tempore, *B.* — 2. sibi herede, *Bal.* — 3. pro imperatore gerebat, *E, Bal.* — 4. pacifice, *omis par E;* pacifice tenuit, *B, Bal.* — 5. *omis par E, Bal.* — 6. *omis par B;* tam, *E.* — 7. connivientes, *B.* — 8. dez Zvarzemburg, *E;* Zuarzembrich, *A.* — 9. Simiterium comitem de Zauzien Brethni *au lieu de* Gunterium comitem de Zvarzemburg in, *B.* — 10. Fraulyafordie, *E.* — 11. *omis par Bal.* — 12. consueverunt, *E, Bal.* — 13. ut, *B.* — 14. ne dictus, *omis par B.* — 15. *omis par B.* — 16. sex annorum, *au lieu de* vi armorum, *E.* — 17. aptius, *B.* — 18. fuerunt varia locuti, *B.* — 19. *omis par E.* — 20. dictum vulgare, *E, Bal.* — 21. dolisque, *A, B, E.* — 22. Simiterio, *B.* — 23. iterum Aquisgrani, *Bal.* — 24. et, *B, Bal.* — 25. Sugelbertus, *mss.*

et Johannem, regem Boemie, patrem suum, cum multis aliis principibus Alamannie, Leodiensibus guerram movit, et cum eis bello congressus [1] est. Sed tandem Leodienses victores fuerunt; dictusque Karolus, qui [2] primo [3] loco [4] ibidem aquilam in vexillo erexerat, cum ea per fugam salvatus est illa die. Sed [5] eodem anno dictus episcopus cum eisdem Leodiensibus iterato bellavit, et extitit victor, et demum fuit inter ipsos pax [6] reformata [1347].

Per [7] idem tempus [1344] dictus papa, ad instantiam dicti regis Boemie, ecclesiam Pragensem, suffraganeam ecclesie Maguntine [8], in archiepiscopalem erexit, et abbatiam Luthomuslensem, ordinis Premonstratensis, episcopalem ecclesiam constituit, quam una cum [9] Olomucensi [10] et Mussinensi ecclesiis, prius de Magdeburgensi provincia, pro suffraganeis [11] dicte nove metropolis [12] Pragensis ordinavit.

Erexit etiam, ad [13] instantiam regis Castelle, villam Algesire [14], noviter acquisitam et [15] de manibus infidelium ereptam [16], in episcopalem ecclesiam, dictam villam civitatem constituendo [1344].

Hoc eodem [17] durante tempore [1350], Johannes de Vicecomitibus [18] Mediolanensis [19], tunc archiepiscopus Mediolanensis [20], tiranice occupavit civitatem Bononiensem ad jus et [21] proprietatem romane Ecclesie pertinentem. Propter quod dictus papa contra eum fecit processus suos ac sententias fulminavit. Sed tandem [1352] ad cor rediens fuit Ecclesie et pape reconciliatus, fuitque sibi dimissa dicta [22] civitas sub annuo censu duodecim milium [23] florenorum et servitio quadringentorum hominum armatorum suis sumptibus, quotiens Ecclesia haberet agere citra vel ultra montes.

Item, per idem tempus [1347], Ludovicus, rex Ungarie, intravit regnum Apulie [24], occupavitque tam civitatem Neapolitanam quam alias dicti regni, nec fuit qui ausus fuerit sibi resistere. Fecitque magnas et asperas [25] punitiones de illis qui adhuc restabant culpabiles super nece Andree regis, fratris sui [26]; et fecisset

1. egressus, *B.* — 2. in, *ajouté par E.* — 3. prius, *B, Bal.* — 4. *omis par Bal.* — 5. scilicet, *E.* — 6. pax inter ipsos, *B.* — 7. item, *E.* — 8. Maguncie, *B.* — 9. cum, *omis par A, B.* — 10. Clemicensi, *B.* — 11. suffragans *au lieu de* pro suffraganeis, *B.* — 12. metropoli, *E;* metropolitane, *B.* — 13. *omis par B.* — 14. Algezire, *E.* — 15. *omis par A, B.* — 16. *omis par A, B.* — 17. *omis par Bal.;* etiam, *ajouté par E, Bal.* — 18. Vicecomitis *au lieu de* de Vicecomitibus, *E.* — 19. Mediolani, *E, Bal.* — 20. tunc archiepiscopus Mediolanensis, *omis par B.* — 21. *omis par E.*— 22. *omis par Bal.*— 23. *omis par B.*— 24. intravit regnum Apulie, *omis par E.*— 25. et asperas, *omis par A, B.*— 26. fratris sui, regis Sicilie, *B, Bal.*

majores [1], sed multi qui se culpabiles sentiebant, se absentantes ab illa patria, fugerunt a facie ejus. Ad mitigandum tamen eum et pacificandum, ac ut Johanna, dicti Andree relicta, ad quam dictum regnum jure hereditario pertinebat, ipso non privaretur, sed potius sibi restitueretur, dictus papa misit [2] ad dictum regem et regnum memoratum legatos suos de latere; primo dominum Bertrandum de Deucio, tituli Sancti Marchi, et demum successive [3] dominum Guidonem de Bolonia, tituli Sancte Cecilie presbiteros cardinales, qui post multos tractatus, Deo eis favente, sic operati sunt quod dictus Ludovicus, rex [4] Ungarie, retrocessit, et dictum regnum in pace remansit per dictam Johannam [5] in posterum possidendum [6], que venerat Avinionem [1348] ad dictum papam, dicti regis [7], tanquam hostis sui, fugiens furorem. Quam dictus papa grate et honorifice recepit, et demum secum dispensavit ut contraheret cum Ludovico, principe Tarenti [8], qui sibi secundo gradu consanguinitatis jungebatur. Filius enim erat Philippi, principis Tarentini [9], defuncti, fratris dicti Roberti regis, avi dicte Johanne [10]. Inter quos postquam matrimonium fuit contractum, dictus papa misit Neapolim dominum Guillermum de Guardia [11], archiepiscopum Bracharensem, consanguineum suum : qui, de ejus mandato, dictum Ludovicum, regem Sicilie et Apulie coronavit, et dicti [12] regni regimen et administrationem sibi commisit [1352].

Circa idem tempus [26 augusti 1346], Philippus, Francie, et Eduardus, Anglie reges, prope locum de Cressy [13] inter se bellum habuerunt. In quo victoria Anglicis cedente, Johannes rex Boemie [14], qui jam cecus effectus ibidem bellaturus advenerat, et plures alii notabiles et magni viri interempti sunt.

Anno Domini MCCCXLVIJ, die XXVJ [15] maii, dictus Clemens papa canonizavit et sanctorum confessorum cathalogo annotavit sanctum Yvonem Halory [16], presbiterum, de Britannia oriundum, dudum [17] advocatum pauperum, et [18] tam in vita quam in morte multis et magnis miraculis coruscantem.

Eodem tempore [1347], fuit in regno Francie, et presertim in

1. majora, *Bal.*— 2. misit, *placé après* memoratum *par B.*— 3. successu, *A*, *B.* — 4. rex Ludovicus, *E.* — 5. Johannem *(sic)*, *B.* — 6. possidendam *(sic)*, *E.* — 7. dicti regis, *omis par A*, *B.* — 8. Tarente, *E.* — 9. Tarenti, *B.* — 10. Filius enim erat... dicte Johanne, *phrase omise par E.* — 11. Gardia, *A*, *B.* — 12. dicto *(sic)*, *E.* — 13. Cressi, *E.* — 14. Johanne Boemie rege *(sic)*, *B.* — 15. XXVIJ, *B;* mensis, *ajouté par Bal.* — 16. Haellonem, *A;* Haclonem, *B.* — 17. *omis par A*, *B.* — 18. *omis par B.*

Lingua [1] Occitana, caristia validissima, et cum hoc fames [2] pestifera, adeo quod quandoque (quod est horrendum auditu), pre nimia fame repertum est [3] quod matres suos natos morsibus [4] lacerabant et comedebant, ut de herbis crudis et immundis [5] animalibus et aliis [6] comedi insolitis taceamus, cum talium usus eo tunc eis pro gratia speciali haberetur [7]. Et hoc fuit initium [8] mortalitatis maxime que satis [9] cito [10] est subsecuta.

Anno Domini [MCCC]XLVIIJ, incepit tanta mortalitas fere generaliter in universo orbe quod vix est alias similis audita. Vivi enim ad mortuos sepeliendos vix sufficere poterant, aut ad [11] hoc intendere abhorrebant. Tantus enim timor fere omnes invaserat quod statim, dum ulcus [12] seu bossa, quod [13] vel que ut in pluribus in inguine [14] aut sub axella [15] apparebat cuicumque [16], dimittebatur ab assistentibus, etiam [17] quamtumcumque propinquis. Pater enim filium et filius patrem in grabato relinquebat. Nec mirum [18], nam cum [19] in domo aliqua persona tali infirmitate detinebatur et demum moriebatur, sepissime repertum est quod alii omnes inficiebantur et pari modo subito moriebantur, ymo, (quod est terribile audire [20]), etiam [21] canes, cati, galli et galline, cum ceteris animalibus ibidem morantibus quibuscumque. Propter quod [22] qui [23] sani erant, timore perterriti fugiebant. Et [24] sic multi propter incuriam [25] moriebantur, qui alias forsitan [26] evasissent. Multi etiam qui arrepti hac [27] infirmitate indubie credebantur statim morituri, non habita discretione ad foveam pro sepultura portabantur. Et sic quamplures sepeliebantur vivi. Et huic malo superadditum est aliud. Nam insurrexit quedam vox quod erant [28] aliqui malefici [29], et specialiter Judei, qui in aquis et fontibus potiones [30] immittebant, cujus occasione pestis predicta sic incrassabatur. Propter quod multi tam christiani quam Judei

1. linga, *A*. — 2. validissima, et cum hoc fames, *mots omis par E*. — 3. *omis par E*. — 4. morsibus natos, *A;* mortibus natos, *E*. — 5. ac, *ajouté par E*. — 6. et aliis, *omis par E*. — 7. cum talium... haberetur, *passage omis par B*. — 8. indicium, *A;* judicium, *E*. — 9. que satis, *omis par E*. — 10. *omis par B*. — 11. ab *(sic)*, *B*. — 12. vultus *(sic)*, *E*. — 13. qui, *E*. — 14. ut in pluribus in inguine, *mots omis par E*. — 15. assellam, *B;* assella, *A*. — 16. cujusque, *E;* cuique, *Bal*. — 17. et, *E*. — 18. Nec immerito, *A*, *B*. — 19. *omis par E*. — 20. audite *(sic)*, *E*. — 21. *omis par A*, *B*. — 22. *omis par A;* hoc, *B*. — 23. sui *(sic)*, *E*. — 24. Etiam, *E*. — 25. injuriam *(sic)*, *E*. — 26. forsitan alias, *Bal*. — 27. *omis par A*, *B*. — 28. que erat *(sic)*, *E*. — 29. maleficii, *E*. — 30. potionem, *B*.

innocentes et inculpabiles fuerunt cremati, [1] trucidati et alias in personis [2] male tractati, cum revera [3] hoc non esset [4] nisi ratione constellationis aut divine ultionis. Et duravit hec pestis ultra annum predictum, ymo et per duos subsequentes in diversis partibus ubi non fuerat se [5] dilatando. Et hac durante tempestate, dictus papa in Avinione rem fecit maxime caritatis. Nam pro pauperibus visitandis et alendis certos ordinavit medicos et alios qui eis in suis necessitatibus subvenirent in vita, et cum decedebant, etiam necessaria [6] ad sepulturam ministrabant. Et quia pro [7] tunc cimiteria ordinaria non sufficiebant ad mortuorum corpora capienda, emit unum magnum campum, in quo cimiterium fecit consecrari, ubi generaliter omnes possent sepeliri, in quo infinite persone eo [8] tunc sepulte fuerunt; fuitque ei nomen [9] impositum, quod usque in diem hodiernum durat, *Campus floritus* [10].

Anno predicto [MCCC]XLVIII, die [11] maii extra quatuor [12] tempora [28 vel 29 maii], dictus papa assumpsit in dyaconum cardinalem dominum Petrum Rogerii, nepotem suum ex fratre, tunc Sedis apostolice [13] notarium, qui tunc erat valde juvenis et tenere etatis, cum judicio communi nondum annum decimum octavum complevisset. Erat tamen totus humilis et benignus boneque indolis, aptus, ingeniosus et subtilis, ac ad studium litterarum multum intentus, et jam in jure civili secundum tempus, quo circa ipsum versatus fuerat, bene sapiebat.

Eodem fere tempore durante [1347], populares Romani quemdam Nicholaum Laurentii [14], notarium Urbis, elegerunt et assumpserunt in tribunum, spreto regimine nobilium et aliorum quorum consilio et auctoritate perprius regebantur [15]. Hic autem Nicholaus, assumpto hujusmodi officio, coadunatis sibi aliis quamplurimis, hostiliter persecutus est nobiles Urbis, et presertim Columpnenses, de quibus una die multos interfecit. Quo facto, die sancto Penthecostes [16], in concha Constantiniana lotus [17] et miles factus, talem sibi titulum assumpsit seu usurpavit : *Candidatus aqua Spiritus Sancti, Nicholaus, miles severus* [18] *et clemens, liberator*

1. et, *ajouté par A, B, Bal.* — 2. primis, *E.* — 3. reverentia *(sic)*, *E.* — 4. est, *B.* — 5. *omis par B.* — 6. et necessaria etiam, *E.* — 7. *omis par B.* — 8. ex, *Bal.* — 9. nomen ei, *B.* — 10. floridus, *E, Bal.* — 11. mense, *A, B.* — 12. *omis par E.* — 13. Sedis apostolice tunc, *E.* — 14. Laurenti, *E.* — 15. regebatur *(sic)*, *A, B.* — 16. *lege* 1 augusti 1347. — 17. *au lieu de* in concha Constantiniana lotus *A met* scautimaria lotous; *B*, stati maria locius; *E*, cum inconchatus statim maria locus. — 18. verus, *E.*

Urbis, zelator Ytalie [1], *amator orbis* [2], *et tribunus augustus.* Hic Karolum, regem Romanorum, et suos electores coram se citari fecit. Tandem post multa fatua que gessit, alienum habitum induens, dicti regis curiam adiit [1350], ipsius statum et animum scrutaturus. Sed cognitus captus est, atque eidem regi presentatus; qui demum ad Avinionem eum pape [3] transmisit [4] [1352], ubi diutius incarceratus permansit. Sed tandem comperto quod contra Ecclesiam nichil specialiter attemptasset, relaxatus extitit, vel secundum aliquos [5] carceres fregit; et Romam rediens, paulo post a populo tumultuose occisus fuit [8 octobris 1354].

Per idem tempus [12 decembris 1349] obiit Johanna, regina Francie, dicti [6] Philippi conjux, que ducis Burgundie fuerat filia. Post cujus [7] obitum et non multo tempore lapso dictus Philippus recepit in uxorem [11 januarii 1350] Blancham, filiam Philippi [8] regis Navarre, cum qua [9] modico tempore mansit. Nam infra annum a tempore contractus, videlicet anno [10] MCCCL, mortuus est [11], dicta Blancha gravida remanente [12]. Cui successit in regno Johannes, dux Normannie, suus filius primogenitus; qui demum, prout moris est, confestim fuit Remis coronatus et unctus [26 septembris 1350], et [13] in sui regiminis principio fecit capite truncari [18 novembris 1350] Radulfum de Fulcardimonte, comitem Augi [14], conestabularium [15] regni sui, pro [16] eo, ut dicitur [17], quia [18] de proditione fuerat culpabilis et reus inventus.

Eodem [19] anno [1350], qui jam erat per dictum papam jubileus ordinatus, fuit maximus concursus populorum peregre Romam proficiscentium causa lucrandi [20] plenariam indulgentiam, propter quam [21] erat peregrinatio hujusmodi generaliter constituta. Fuerunt tamen quamplurimi per [22] predones, latrones et piratas [23] in itinere tam terre quam maris bonis suis spoliati et alias multimode [24] dampnificati. Propter quod multi ab hiis precavere volentes in habitu dissimulato dictam peregrinationem arripuerunt et [25] per Dei

1. fidei Ytalie, *A;* fidei Ytalice, *B.* — 2. Urbis, *E, B, Bal.* — 3. eum pape ad Avinionem, *A, B.* — 4. transsivit, *B.* — 5. alios, *E.*— 6. predicti, *B.* — 7. ejus, *B.* — 8. *omis par E.* — 9. quo, *B.* — 10. Domini, *ajouté par B, Bal.* — 11. *omis par B.* — 12. remanens gravida, *B.* — 13. *omis par B.* — 14. caput truncari comitem Anglie *(sic), E.* — 15. conestabilem, *B.* — 16. prout, *A.* — 17. ut dicitur, *omis par E.* — 18. quod, *E.* — 19. *omis par B.* — 20. lucrendi causa, *B.* — 21. pro qua, *E.* — 22. *omis par B.* — 23. pirate, *B.* — 24. multis modis, *Bal.* — 25. etiam, *E.*

gratiam prospere compleverunt, practicantes illud metrificum [1] :

Tutius ut peterem [2] *layci sub imagine Romam,*
Fas fuit ut sinerem [3] *luxuriare* [4] *comam.*

Eodem anno [5] [1350], obiit dominus Anibaldus [6] de Ceccano [7], episcopus Tusculanus, cardinalis, qui Romam perprius missus fuerat per dictum papam legatus et vicarius, ut ibi [8] loco et vice suis pro illo tempore presideret, ac si et [9] ubi expediret, peregrini ad ipsum pro suis necessitatibus [10] recursum haberent. Dicitur autem quod toxico interemptus est. Ipse autem [11] diu ante edificaverat locum de Gentiliaco juxta pontem [12] Sorgie [13] prope Avinionem, in quo constituerat et fundaverat cenobium fratrum Celestinorum, pro quorum sustentatione condecenti [14] tam in vineis, pratis, molendinis, domibus et censibus circumquaque et etiam Avinioni existentibus multa acquisiverat [15] et ipsorum usui [16] perpetuo [17] deputaverat de bonis a Deo datis sibi [18] pro suorum remissione peccatorum.

Eodem etiam anno [19], memoratus Jacobus [20], rex Majoricarum [21], per Petrum, regem Aragonum prenominatum [22], tam a regno suo, quam [23] comitatu Rossilionis prius totaliter expulsus, Avinioni existens, et per dictum papam aliquamdiu sola humanitate sustentatus, vendidit [18 aprilis 1349] locum et baroniam Montispessullani regi Francie, a quo etiam per ipsum in feudum [24] tenebantur [25], et de pretio inde habito ag[g]regavit [26] gentes armigeras in numero satis magno, cum quibus intravit terras a quibus fuerat expulsus, eas vi recuperare intendens. Cui occurrit dictus Aragonum rex [27], belloque secum congressus est, in quo dictus Jacobus victus extitit et interemptus [25 octobris 1349], suusque filius captus et demum diu [28] in carceribus detentus. Et sic qui injuriam, quam sibi pretendebat illatam [29], vindicare temptavit, eam supra [30] et contra se duplicavit, dum, post terras et bona, perdidit et personam.

Hoc etiam [31] durante [32] tempore [1345], Turci cum magno exer-

1. metrificium, *E.*—2. peterent, *E.*—3. venerem, *E.*—4. luxuriam, *E.*—5. tempore, *A*, *B.*— 6. Hannibalus, *B;* Hanibaldus, *A.*— 7. Secano, *E;* Sequano, *A*, *B.*— 8. ubi, *E.* — 9. et si ac, *E.* — 10. opportunitatibus, *A*, *B.* — 11. *omis par E.* — 12. portam, *B.* — 13. et, *ajouté par E.* — 14. condescenti, *E;* concedenti, *B.* — 15. acquisierat, *Bal.* — 16. usu, *B.* — 17. *omis par B.* — 18. sibi datis, *Bal.* — 19. *sic, lege* 1349. — 20. *omis par B.* — 21. *omis par B.* — 22. nominatum, *E;* prenominatum, *omis par Bal.*— 23. a, *ajouté par B, Bal.*— 24. in feudum per ipsum, *B.* — 25. tenebatur, *Bal.* — 26. aggrevavit, *Bal.* — 27. rex Aragonum, *Bal.* — 28. die eadem *au lieu de* diu, *E.* — 29. illam tam *au lieu de* illatam, *E.* — 30. pretendebat... eam supra, *passage omis par B.*— 31. insuper, *A*, *B.*— 32. duravit, *B.*

citu appropinquabant partes Romanie et circumvicinas, in tantum quod verisimiliter timebatur quod ulterius [1] progrederentur et ibi transirent et demum tam illas quam partes Neapolitanas invaderent et vastarent. Et quia pro eis obviando fuerat prius per dictum papam missus cum magno exercitu patriarcha Constantinopolitanus, sed, Domino sic disponente, negotio imperfecto mortuus erat [1345], idem papa deliberavit fore expediens, ymo et necessarium, ut alius cum magna potentia illuc eadem [2] causa mitteretur. Fuitque ad hoc per eum deputatus [3] et ordinatus [1345] Imbertus, delphinus Viennensis, hoc jam a diu cum instantia postulans et requirens, qui negotium hujusmodi cum magno apparatu navigiorum et armatorum exercitu aggressus est [4], direxitque vires suas contra Turcos memoratos. Sed, Deo sic [5] permittente, nichil proficere potuit [6]; sed vacuus rediens deliberavit mundum relinquere [7] et statum mutare [8], elegitque in habitu regulari Domino deservire. Prius tamen [9] disposuit et ordinavit [1349] de suo Delphinatu modo subsequenti, videlicet quod, eo ipsum relinquente, sibi in eo succederet rex Francie et sui perpetuo in regno successores, hac adjecta [10] etiam conditione, quod semper remaneret [11] in manibus et regimine regis vel filii sui primogeniti qui erit vel sperabitur esse [12] in regno successurus [13]. Facta autem hujusmodi ordinatione, religiosus effectus est et [14] habitum Predicatorum assumpsit [15]. Dictus vero papa [16] ipsum demum [17], instante et procurante Johanne [18] rege Francie memorato, jam suo successore effecto, fecit patriarcham Alexandrinum [1351], et ecclesiam Remensem [1352] sibi perpetuo commendavit. Et causa ipsum magis honorandi, ne forte a premissis in posterum [19] posset resilire [20], in propria [21] nocte Natalis Domini [25 decembris 1350] ipsum ad omnes sacros ordines uno contextu ordinavit.

Dicto etiam [22] anno, scilicet [MCCC]L [23], prefatus papa fecit creationem duodecim cardinalium, videlicet decem presbiterorum

1. alterius, *B.* — 2. de, *ajouté par B, Bal.* — 3. deputatus per eum, *A, B.* — 4. *omis par E.* — 5. sic Deo, *B.* — 6. potuit proficere, *Bal.* — 7. relinquere mundum, *Bal.*— 8. permutare, *B.*— 9. enim, *B;* Primo *au lieu de* Prius tamen, *E.* — 10. edita, *E.*— 11. remaneat, *A, B.*— 12. *omis par A, B.*— 13. successor, *E.* — 14. in, *E.* — 15. assumptus, *E.* — 16. papam, *Bal.* — 17. *omis par E.* — 18. *omis par A, B.* — 19. vel forte ne in posterum a premissis, *B;* ne forte in posterum a premissis, *A.* — 20. possit resilere, *E.* — 21. ipsa, *B;* in, *ajouté par E.* — 22. *omi par E;* autem, *B.* — 23. scilicet [MCCC]L, *omis par Bal., B.*

et duorum dyaconorum, et hoc [1] die XVIJ mensis decembris, que fuit feria sexta quatuor temporum. Presbiteri autem fuerunt isti : dominus Egidius Alvari [2], Yspanus, tunc archiepiscopus Tholetanus; dominus frater Pastor de [3] Saresenderio [4], dyocesis Vivariensis, ordinis Minorum, tunc archiepiscopus Ebredunensis; dominus Raymundus [5] de Canilhaco, dyocesis Mimatensis, canonicus regularis ordinis sancti Augustini, tunc archiepiscopus Tholosanus; dominus Pictavinus[6] de Montesquivo[7], Vasco, tunc episcopus Albiensis; dominus Nicholaus de Capocia [8], Romanus, tunc episcopus Urgellensis; dominus Petrus de Croso [9], dyocesis Lemovicensis, tunc episcopus Antissiodorensis; dominus Pontius de Villamuro, Vasco, canonicus ordinis sancti Augustini, tunc episcopus Ap[p]amiarum; dominus Guillermus de Agrifolio, monachus ordinis sancti Benedicti, tunc electus Cesaraugustanus, consanguineus et cubicularius ipsius pape; dominus Egidius Rigaudi, tunc abbas Sancti Dyonisii [10] prope Parisius, ordinis sancti Benedicti [11], et dominus frater Johannes de Molendino, dyocesis Lemovicensis, tunc generalis magister ordinis Predicatorum. Dyaconi vero fuerunt dominus Raynaldus de Ursinis, Romanus, tunc Sedis apostolice notarius, et dominus Johannes, filius vicecomitis de Caramanno[12], pronepos[13] Johannis pape XXIJ, tunc Sedis apostolice notarius.

[14] Isto durante tempore, insurrexit quedam secta pessima cruce[15] flagellatorum, qui sub specie penitentie et boni multa mala occulte perpetrabant[16]; quam dictus papa interdixit, et contra ipsam sequentes excommunicationis tulit sententiam[17] et alias penas promulgavit [1348]. Et sic satis cito secta hujusmodi, totaliter[18] extincta, evanuit.

Fuit insuper eodem tempore durante [1349-1350], quidam rusticus baratator in marchia Brandeburgensi[19], qui aliquamdiu se asseruit et simulavit Waldemarum, marchionem dicte marchie[20], qui diu ante mortuus fuerat, dicens quod non fuerat mortuus[21], sed in remotis tanto tempore extiterat causa penitentie peragende.

1. et hoc, *omis par A, B.* — 2. Alvarii, *B.* — 3. *omis par B.* — 4. Sarestudio, *A, B, E.* — 5. Renaldus, *A;* Renardus, *B.* — 6. Portavinus, *B.* — 7. Montesquino, *Bal.;* Montesvivio, *B.* — 8. Capossia, *A, B.* — 9. Crosso, *Bal., E.* — 10. in Francia, *ajoutés par B, Bal.* — 11. sancti Benedicti ordinis, *B.* — 12. Caramano, *B;* Carmanno, *E.* — 13. nepos, *E.* — 14. Et, *ajouté par A, B, Bal.* — 15. crucis, *mss.* — 16. perpetrabant occulte, *Bal.* — 17. ipsam sequellam sententiam tulit excommunicationis, *B.* — 18. *omis par B.* — 19. Buggensis braude *(sic)*, *B.* — 20. marchionie, *E.* — 21. mortuus fuerat *au lieu de* non fuerat mortuus, *B.*

Et quia fortassis aliquibus videbatur quod dicto Waldemaro [1] effigie aut statura vel [2] aliis assimilabatur, Otto archiepiscopus Magdeburgensis et multi nobiles sibi adherere [3] ceperunt. Sed tandem publice comperto quod erat falsum et confictum, ipsum turpiter et ignominiose [4] repulerunt.

Dicto etiam tempore currente, frater Hugo Fabri, origine Tutellensis [5], abbas tunc Cluniacensis, libere suo monasterio renuntiavit, et ad serviendum Deo liberius ordinem Cartusiensem [6] est ingressus; in quo post conversationem laudabilem processu temporis vitam finivit. Et dominus frater Androinus, frater comitis de Rocha, comitatus Burgundie, per dictum papam fuit [7] sibi in dicto monasterio immediate surrogatus [8] [1351].

Prefatus insuper papa laxavit seu verius mutavit constitutionem Gregorii pape X *Ubi majus* (De electione, libro VI) editam [9] super illis que cardinales habent observare, quando sunt inclusi in conclavi [10] pro electione romani pontificis celebranda. Voluit enim, constituit et ordinavit quod dicti cardinales possint a cetero, in dicto conclavi existentes, habere cortinas, cum quibus claudantur eorum logie [11] quando dormient seu quiescent. Item quod habeant duos servitores clericos vel laycos, prout ipsis [12] magis placebit. Item quod [13], elapsis tribus diebus post suum introitum, habeant [14], ultra panem et vinum, fructus, [15] caseum, [16] electuaria, [17] unum ferculum carnium vel piscium dumtaxat in prandio, et aliud in cena. Super quibus edidit constitutionem [6 decembris 1351] perpetuo duraturam, que incipit *Licet;* cujus contrarium, quoad predicta, continebat caput predictum *Ubi majus*, quod quoad [18] alia omnia in sua remanere voluit firmitate [19].

Ipse etiam palatium Avinionis ampliavit [20] recte de media parte, cum perprius per Benedictum papam XIJ, predecessorem suum, licet solempne factum fuisset de duobus angulis, ipse tamen ipsum [21] perficiendo fecit quadrangulare [22], totam plateam muris altis et

1. in, *ajouté par E, Bal.* — 2. vel statura aut, *B.* — 3. adherere sibi, *B.* — 4. imminiose, *E.* — 5. tunc len *(sic) au lieu de* Tutellensis, *E.* — 6. Catursiensem, *A.* — 7. *mis après* monasterio *par A, B.* — 8. subrogatus, *A, B, Bal.* — 9. edictam, *A, B.* — 10. conclave, *A, B.* — 11. lotgie, *E.* — 12. eis, *Bal.* — 13. *omis par A, B.* — 14. haberent, *A, B, Bal.* — 15. et, *ajouté par B.* — 16. et, *ajouté par B, Bal.* — 17. et, *ajouté par B, Bal.* — 18. quam ad *au lieu de* quoad, *E.* — 19. voluit in sua remanere firmitate, *Bal.* — 20. amplificavit, *Bal.* — 21. ipsum tamen, *au lieu de* ipse tamen ipsum, *B, Bal.* — 22. quadrangulari, *B;* quadrangula, *A.*

turribus aliis primis equalibus claudendo et circueundo [1]. In hac autem parte, licet omnia edificata seu constructa sint [2] admodum solempnia et aspectu [3] valde decora, tria sunt tamen que reliqua specialiter excedunt, videlicet capella major, audientia et terracie [4] superiores, cum, quoad id pro quo constitute et ordinate sunt, forte non est in mundo palatium in quo, non dicam [5] solempniores, ymo nec pares existant, attenta presertim [6] earum [7] contiguitate, cum de una ad aliam sine medio ascensus vel transitus facilis existat. Consistorium insuper in alia parte per dictum predecessorem suum multum solempniter edificatum, quia remanserat tanquam tabula rasa in qua nichil depictum erat, miris picturis decoravit, et scripturis mirabilioribus adornavit. In quo considerationem habendo quod locus ille solum ad justitiam poscendam et reddendam deditus et ordinatus extitit, in pingendo per pictorem hunc ordinem voluit et in propria descripsit observari, videlicet quod divina majestate in supremo [8] t[h]rono depicta, circumquaque lateraliter [9] effigies sanctorum et sanctarum ac aliorum qui in Veteri vel Novo Testamento aliqua notabiliter [10] in judicio, jure, justitia, [11] equitate aut veritate scripsisse vel dixisse leguntur pingerentur [12], et sub cujuslibet effigie seu figura, aut in rotulis quos suis gestare videntur [13] in manibus, sua dicta seu scripta super premissis aut altero eorumdem litteris grossis et legibilibus scriberentur, libros et capitula in quibus continentur rubeis litteris designando. Que omnia videntibus et legentibus non modicum proficere eosque al[l]icere debent ut ab ipsis non devient, sed potius ad eorum observationem intendant.

Ipse preterea monasterium Case Dei, in quo a principio professus [14] extiterat, multis et magnis [15] dotavit honoribus, et privilegiis [16] decoravit ac proventibus ampliavit, ejusque ecclesiam quasi vetustate consumptam ac satis ruine proximam a solo edificavit, tamen in multo solempniori statu quam prius.

Civitatem etiam Avinionensem cum suo territorio a Johanna, regina Sicilie [17], ad quam perprius [18] spectabat, tenebaturque in

1. circumeundo, *Bal.;* cernendo, *B;* et circueundo, *omis par E.* — 2. sint seu constituta, *E.* — 3. aspectui, *A;* aspectum, *E.* — 4. trancie, *E.* — 5. dicta, *B.* — 6. tamen, *E.* — 7. eorum, *E, Bal.* — 8. superno, *A, B.* — 9. litteraliter, *Bal.* — 10. notabilia, *Bal.* — 11. et, *ajouté par Bal.* — 12. *omis par B.* — 13. viderentur, *B.* — 14. processus *(sic), B.* — 15. multisque magnis, *B.* — 16. privilegiisque, *A, B.* — 17. Cecilie, *B, E.* — 18. prius, *B.*

feudum ab Imperio, pro romana Ecclesia [1] dato magno pretio emit [9 junii 1348], consensu tamen et voluntate memorati Karoli, regis Romanorum, in [2] imperatorem electi. Qui etiam auctorisando, approbando et confirmando emptionem hujusmodi, voluit et concessit quod in perpetuum pertinerent [3] ad jus et proprietatem dicte Ecclesie, [4] prefati pape suorumque successorum canonice intrantium, quodque per eos libere teneantur et possideantur in franco [5] allodio, nec pro ipsis homagium seu fidelitatem, servitium seu recognitionem cuiquam in posterum facere [6] teneantur. Et in signum adepte possessionis et translationis dominii eorumdem [7], de domo communi [8] sita juxta ecclesiam Sancti Petri Avinionensis arma dicte regine, in ea affixa, amota fuerunt, et in ipsorum loco arma ipsius pape apposita et affixa. Quod quantum eidem romane Ecclesie utile et fructuosum extiterit inextimabile est, cum hodie non habeat locum alium in toto orbe [9] in quo liberius et securius commoretur [10], ut de ipsius solempnitate ac situs commoditate taceatur.

Hic summus pontifex, toto tempore suo, valde fuit intentus ad procurandum statum pacificum et transquillum [11] suorum omnium subditorum, et presertim regum et principum ac aliorum potentum, ex quorum discordiis [12] inferiores habent commoveri [13] et turbari. Quod satis demonstravit [14] in quasi assidua missione legatorum et nunciorum suorum [15], de qua supra sepe fecimus mentionem. Nec curavit se cum eis aut [16] aliis in guerris involvere aut aliter dissensionibus [17] intricare, nisi in quantum conservatio juris [18] et honoris Ecclesie sibi commisse ipsum precise artarunt quandoque ad [19] oppositum; et adhuc tunc per viam justitie processit, factum possetenus [20] evitando. Propter quod satis quiete et pacifice [21] vixit cum omnibus, considerata temporis tunc [22] vigentis [23] qualitate, et ob hoc liberius vacavit et perfectius [24] intendit ad actus papales exercendos. In hiis enim multum solempniter se habuit, utpote consistoria et consilia debitis temporibus indefectibiliter tenendo, divina officia celebrando, sermones et

1. romane Ecclesie *au lieu de* pro romana Ecclesia, *E.* — 2. et *(sic)*, *B.* — 3. pertineret, *E.* — 4. et, *ajouté par A, B, Bal.* — 5. firmo, *B.* — 6. cuiquam facere in posterum, *E.* — 7. ejusdem, *A, B.* — 8. quasi, *A, B.* — 9. urbe *(sic)*, *B.* — 10. dominetur, *E.* — 11. *lege* tranquillum. — 12. eis, *ajouté par E.* — 13. promoveri, *A, B.* — 14. demonstrant, *A.* — 15. *omis par A, B.* — 16. eis aut, *omis par E.* — 17. dissentientibus, *Bal.* — 18. jurium, *Bal.* — 19. *omis par B.* — 20. posterius, *B.* — 21. pacifice et quiete, *Bal.* — 22. *omis par E.* — 23. urgente, *E.* — 24. *omis par A, B.*

collationes excellentissime etiam [1] sepe faciendo; in quibus etsi retroactis temporibus forte quandoque habuerit [2] sibi pares excedentes tamen [3] raro, prout talium tenor [4] adhuc [5] penes plures [6] permanens indicat manifeste.

Fuit insuper sicut nomine, ita et re clemens, misericors et benignus. Non enim invenitur contra aliquem pro interesse proprio, quantumcumque sibi inimicus aut contrarius extiterit, aliquam ultionem exercuisse aut expetiisse [7] vindictam. In cujus rei exemplum est hic notabiliter inserendum quod unus qui perprius, eo in minoribus existente, sibi aliquas injurias irrogaverat etiam personales [8]; qui extimans ipsum aliis variis et [9] magnis occupatum de ipso aut de ipsis [10] injuriis non recordari, sibi quadam die supplicationem unam porrexit, in qua petiit aliqua pro se ipso. Qui licet supplicationem hujusmodi benigne receperit [11], tamen in suo secreto existens, dum eam perlegisset, super vindicta de ipso assumenda per petitionis [12] denegationem aut alias quodam modo temptatus, ipsam projecit ad terram pedibusque conculcavit; quam demum reassumpsit, et secundo simile prius fecit [13], et ea postremo reassumpta, sibi ipse [14] loquendo, audientibus tamen aliquibus suis cubiculariis ibidem a[d]stantibus, dixit [15] : *Vade, dyabole, quia hodie facere non poteris quod me* [16] *vindicem de quocumque.* Et hoc dicto, supplicationem predictam illico, ut petebat [17], signavit; nec alias molestiam umquam [18] intulit ipsam offerenti.

Habuit preterea hanc humanitatem, pietatem [19], seu benignitatem [20], ac liberalitatem [21] generaliter ad [22] omnes ad ipsum recurrentes seu suum presidium aut [23] juvamen implorantes quod nunquam vel [24] raro aliquem a se emiserit sine consolatione reali aut verbali, sepius tamen ad rem quam ad verba intendens [25]. Pauperum etiam [26] et egenorum, presertim illorum qui alias habundaverant [27] et mendicare erubescant, necessitatibus largiflue [28] subvenit, con-

1. et, *A*, *B*, *Bal.* — 2. habuit, *A*, *B.* — 3. excederet vero, *E.* — 4. tener *(sic)*, *B.* — 5. *omis par Bal.* — 6. pluries, *E.* — 7. expetisse, *E.* — 8. plures, *E.* — 9. *omis par E.*— 10. dictis, *au lieu de* de ipsis, *E.* — 11. recepit, *B;* in propria recepit, *E.* — 12. petitiones, *B.* — 13. demum jam sumpsit, et secundo primo simile fecit, *E.* — 14. ipse sibi, *B*, *Bal.;* sibi ipsi, *A*, *E.* — 15. dicit, *A.* — 16. *omis par B.* — 17. petebatur, *E.* — 18. nec aliquam unquam molestiam, *E.* — 19. *omis par E.* — 20. virginitatem, *B.* — 21. libertatem, *E.* — 22. *omis par B.* — 23. seu, *E.* — 24. *omis par E.* — 25. contendens, *B.* — 26. *omis par E.* — 27. habundaverunt, *B;* abundabant, *Bal.* — 28. largissime, *Bal.*

siderans in hiis omnibus quod beati mites et [1] beati misericordes, quoniam ipsi misericordiam consequentur [2].

Quam pie igitur [3] sperandum est [4] ipsum jam misericordiam consecutum vel consecuturum in futurum, si humana fragilitate ipsum ad hoc [5] impellente, in eo aliquid [6] culpabile extiterit, ratione eorum que sequuntur. Suos enim fratres, nepotes, consanguineos, propinquos, compatriotas et servitores valde dilexit. Plurimos namque ex eis qui tempore sue promotionis erant in statu ecclesiastico, aut demum esse voluerunt, in altis et magnis prelaturis et dignitatibus sublimavit, multos vero [7] inferioribus beneficiis fere ubique terrarum existentibus collocavit. Et quanquam inter eos fuerint [8] multi ydonei et sufficientes, quia tamen quandoque ipsos pretulit ceteris magis aut eque sufficientibus, alios vero sic [9] passim et indistincte et quasi ubique collocavit, fortassis aliquid [10] ultra debitum caro et sanguis sibi revelasse [11] censentur [12]. De laycis et presertim de domo sua paterna prodeuntibus, quid dicendum? Suo enim tempore suoque favore ac propter eum multas divitias, magnos redditus, plurima dominia, honores et status sublimes [13] sunt [14] multimode [15] consecuti; fueruntque per affinitate [16] confederati cum multis et magnis. Sicque generaliter actum est quod in utroque statu post eum altero ex modis predictis ipsum contingentium remanserunt paucissimi qui suam magnificentiam non senserint [17] sibi et suis et [18] in posteris etiam [19] fuisse et esse utilem et fructuosam.

Ipse tamen finaliter [20] infirmitate [21] gravatus, humiliter [22] penitens de commissis, devoteque receptis ecclesiasticis sacramentis, in veritate et sinceritate fidei ac unitate sancte matris [23] Ecclesie spiritum Domino commendavit anno Domini MCCCLIJ, die sexta mensis decembris, pontificatus sui anno undecimo. Fuitque sepultus in ecclesia majori Avinionensi, demum transferendus ad dictum monasterium Case Dei, in quo vivens suam perpetuam elegerat sepulturam. Vacavitque Sedes diebus duodecim.

1. *omis par A, B.* — 2. consequuntur, *E, Bal.* — 3. *omis par E.* — 4. *omis par Bal.* — 5. adhuc, *E.* — 6. aliquod, *B.* — 7. *omis par E;* in, *ajouté par A.* — 8. fuerint inter eos, *B;* fuerunt, *E.*— 9. sicut, *E.* — 10. aliquem, *B.* — 11. *omis par B.*— 12. censetur, *B, E.*— 13. sublimis, *E.*— 14. et, *B.*— 15. multis modis, *E.* — 16. affinitates, *Bal.* — 17. munificentiam non concesserint, *E.* — 18. *omis par B.* — 19. *omis par B.* — 20. post, *ajouté par A, B.* — 21. infirmitatem, *B.* — 22. humilis, *Bal.* — 23. matris sancte, *B.*

SECUNDA VITA

CLEMENTIS VI

Clemens sextus ex patre ac matre natus est Lemovicensis ex castro Malimontis et in parrochiali ecclesia Sancte Crucis, videlicet de Roseriis, [baptizatus]. Hic vocabatur Petrus, et a suis teneris annis monasterium Case Dei in Claromontensi dyocesi situatum ingreditur, et in illo beati Benedicti regulam est professus. Quem vite venerabilis Aniciensis episcopus et abbas ejusdem monasterii Case Dei apprehensive mirabilis, discreti judicii, necnon memorie mirabilioris esse videntes, ipsum ad studendum Parisius destinarunt; ibique dictus abbas paternis subventionibus eum nutrivit. Ubi puer ipse benedictionis et gratie tantum in artibus et philosophia et demum in theologia studendo, repetendo, atque libros omnes solitos ordinate legendo profecisse comperitur quod in tricesimo primo anno etatis sue, non per precum instantiam, aut per bulle papalis tempus anticipantis gratiam, sed solum virtutis merito in sacra pagina magistratur.

Hic expresso mandato reverendi patris bone memorie domini Petri de Mortuomari, tunc tituli Sancti Stephani in Celiomonte presbiteri cardinalis, qui eum ut filium diligebat, ad curiam romanam venit; et primum Sancti Baudilii Nemausensis, ordinis sancti Benedicti, a domino Johanne XXIJ papa obtinet prioratum [24 aprilis 1324], deinde vero per ejusdem cardinalis et aliorum quamplurium cardinalium auxilium ab eodem papa in abbatem Fiscannensem [1] [23 junii 1326], et subsequenter in Atrebatensem episcopum [3 decembris 1328] ordinatur. Propter quod, cum illa

1. Cusciencem, *ms.*

D'après le ms. latin *4980* de la Bibliothèque nationale de Paris, p. 265-272.

sedes inter pares Francie signa regia deferendo computetur, in regis Francie consilium et parlamentum inducitur, ac demum in Senonensem [24 novembris 1329] et paulo post in Rothomagensem [14 decembris 1330] archiepiscopum promovetur. Et quia nullam habebat amaritudinem conversatio ejus, sed letitiam et gaudium, cum eodem rege Philippo tam ferventis amoris vinculo jungitur quod eum ab oblato sibi per dictum dominum Johannem papam cardinalatu compescuit, nolens ejus carere consilio et conversatione dulci. Sed eodem papa universe [viam [1]] carnis ingresso, et eidem prefato domino Benedicto XIJ succedente, per eumdem dominum papam Benedictum ad apicem cardinalatus assumitur, et demum post obitum domini Benedicti XIJ memorati (qui obiit xxv die mensis aprilis de anno nativitatis Domini MCCCXLIJ) in conclavi palatii Avinionensis, quod die dominica quinta [2] mensis maii sine medio subsequentis, eo computato, et [3] XXIIJ [4] domini cardinales intraverunt, solo dumtaxat domino Bertrando de Montefaventio, Sancte Marie in Aquiro dyacono cardinali, extra conclave predictum propter morbum podagre [5] remanente, die martis septima ejusdem mensis maii confestim ante vigiliam Ascensionis Domini, hora tertie, in summum romanum pontificem concordia mirabili sublimatur. Vacavit Sedes diebus XIJ. Nam in festo Pentecostes, quod tunc celebrandum fuit xix die maii [1342], apud ecclesiam fratrum Predicatorum de Avinione cum maxima sollennitate extitit coronatus, astantibus et servientibus ei dominis Johanne, primogenito regis Francie, tunc duce Normannie, qui postea patri suo successit in regno, Jacobo duce Borbonii, Philippo duce Burgundie, Imberto tunc dalphino Viennensi, et multis aliis; et in crastinum [20 maii], de mane, omnibus adextrantibus, honorifice fuit reductus, ita quod sicut in apostolos singulos in illa die [Spiritus Sanctus] prout lingua ignis apparuit, sic hunc summum pontificem per carbunculum lapidem pretiosum lucentem ignis ad i[n]star in thyare seu dyadematis culmine positum descendisse seu apparuisse monstratur.

Hic, anno primo pontificatus sui, a nativitate Domini anno MCCCXLIJ, ad reges Francie et Anglie misit nuntios pro triennali treugua tractanda, videlicet patres reverendos [6] et dominos

1. *ajouté par une main postérieure.* — 2. *lege* Veneris tertia. — 3. *omis par Bal.* — 4. *(sic); Bal.*, XVIJ. — 5. prodiagre, *ms.*— 6. reverendos patres, *Bal.*

Petrum, Penestrinum, et Anibaldum, Tusculanum episcopos cardinales : qui tanquam industres et providi concordarunt.

Hic idem reverendum patrem Guillermum, tituli Sanctorum Quatuor Coronatorum presbiterum cardinalem, legatum de latere in Ytaliam et Lombardiam precipue destinavit [1342].

Idem reverendum patrem dominum Andream, tituli Sancte Susanne presbiterum cardinalem, [misit] [1342] pro reformanda pace inter dominos Aragonie et Majoricarum reges ut legatum, qui in Perpiniano diem suum clausit extremum [2 junii 1343]. Et anno secundo pontificatus sui dominum Bertrandum, tituli Sancti Marci presbiterum cardinalem, ad dictos reges pro eorum facienda concordia legatum similiter destinavit; qui velut in patria notorum, et ei[s]dem forte regibus magis gratus, de treuguis biennalibus eos concordans, statim in romanam curiam remeavit.

Idem pontifex contra Ludovicum de Bavaria, Dei et Ecclesie inimicum, ad Ecclesie gremium redire nolentem, sententias ag[g]ravavit et processus [12 aprilis 1343].

Hoc eodem pontificatus ejus anno secundo, dominum Henricum, patriarcham Constantinopolitanum, legatum, mittit [1] in partibus Romanie, et fideles hujus atque devoti in illis partibus negotia fidei prosperantur. Per christianos enim in illis partibus militantes [pro] nomine Jhesu Christi civitas Smirnensis acquiritur [28 octobris 1344]. Qui [2] cum sollempniter celebraret [3] in campestri quadam ecclesia pro reddendis gratiis de dicta victoria Smirnarum, qui constantiore animo factus, infidelium armis corpore ceso, intrepidum [4] spiritum Domino et se ipsum humiliter obtulit in holocaustum [17 januarii 1345].

Hoc eodem anno [1344], pontificatus ejus tertio, in regnum Sicilie [5] legatum ex latere destinavit, scilicet reverendum dominum Aymericum [6], tituli Sancti Martini in Montibus presbiterum cardinalem, non ex eo quod ve cujus regno rex puer est, vel ve [7] vacillanti sepius sexui muliebri regnum subiceret, verum et ex hoc maxime ne sacrosancta romana Ecclesia ejusdem regni gubernationis de jure pertinentis ad eam in eo casu titulum perderet. Et dum dictus legatus inibi diu stetisset et prudenter ac provide se gessisset, tandem in romana[m] curia[m] anno quarto pontificatus ejusdem [1345] est reversus infra annum legationis sue,

1. mittitur *(sic)*, *ms.* — 2. quod, *ms.* — 3. celebrantem, *ms.* — 4. in tepidum, *ms.* — 5. Scicilie, *ms.* — 6. Aemericum, *ms.* — 7. *omis par Bal.*

et [1] per Urbem almam [2] transiens, ibidem et ubique per singulos honoratus. Et quia com[m]issionem exequi non poterat, quia jam de regno discesserat [3], domino Guillermo Amici, [episcopo] Carnotensi, com[m]isit [30 januarii 1345] quod dominus Andreas in regem et uxor sua in reginam coronentur. Sed cum dictus rex, pro dolor, bullam sue coronationis [ex]spectat, bellum sue destructionis ingreditur quod incautus ignorat. Nam ex nonnullorum nequissimis machinationibus previis in camera sua, dum cum regina predicta in civitate Adverse castro regio moraretur, noctis tempore [18 septembris 1345] capitur, et foras cameram detestabiliter trahitur et manutergiis [4] ad collum ligatis non sine effusione sanguinis per nares et oculos fortiter stringendo suffocatur; et sic per suspendendos et dilaniandos [5] juridice rex juvenis et innocens [6] morti hor[r]endi suspendii subicitur atque datur. Post hec dictus episcopus, regnum illud in maxima dilaceratione [7] dimittens, in romanam curiam remeavit, et dicto domino pape informationem de omnibus plene dedit. Qua quidem informatione concepta et consilio maturo digesta, dictus pontifex anno Domini MCCCXLV, pontificatus sui anno quarto, contra tanti sceleris patratores, conscios et fautores, et eorum quomodolibet valitores, processus rigorosissimos publicat, terribilesque profert sententias, et tam in illis quam in sermone quem super hoc luculentissime fecit, cujus thema fuit : *Vox sanguinis fratris tui clamat ad me de terra*, debitam compassionem et justam mentis turbationem ostendit.

Eodem anno pontificatus ipsius [1345], egregius princeps dominus Imbertus, dalphinus Viennensis, efficitur vexillifer et capitaneus contra fidei hostes in partibus Romanie, et crucis etiam predicatione suffultus et armigerorum copiis ad partes illas accessit. Nec primis ejus ultima responderunt. Qui [8] post paucum temporis rediens, seque jam ad procreandam sobolem impotentem inspiciens, et militiam secularem abiciens, clericalem amplexus est et per eumdem papam Antiochensis [9] patriarcha efficitur [3 januarii 1351], et sibi Remensis ecclesia commendatur [30 aprilis 1352]. Qui suorum, ut dicitur, allectorum peccunia seductione devictus, primogenitum serenissimi principis domini Johannis, Francorum regis illustris, Karolum nomine, vivens adhuc et, ut

1. et, *omis par Bal.* — 2. exiens, *ajouté par le ms.* — 3. dissecerat, *ms.* — 4. martergiis, *Bal.* — 5. dilaniendos, *ms.* — 6. innoscens, *ms.* — 7. dilasseratione, *ms.* — 8. quoniam, *Bal.* — 9. *lege* Alexandrinus.

solebat, incolumis de toto Dalphinatu sibi fecit heredem; quod an ad virtutem ei vel utilitatem ascribam nescio, Deus scit.

Eodem anno pontificatus ipsius [1347], dictus dominus rex Ungarie, frater domini Andree regis mortui supradicti, armata manu, dictum regnum ingreditur et occupando devastat, et quasi totum sue subicit ditioni. Tandem dominum Karolum, ducem Duracii, qui mortis domini Andree regis predicti culpabilis dicebatur, in dicto castro regis civitatis Adverse, ac in eodem loco ubi suspensus extiterat frater suus, coram se captum et genuflexum decapitari mandavit, et statim fuit jussus regius executioni mandatus. Fratres autem ducis ejusdem, videlicet dominos Ludovicum atque Robertum, necnon et dominos Karolum et Philippum, germanos filios olim domini Philippi imperatoris Constantinopolitani ac principis Tarentini fratris germani dicti domini regis Roberti, regnum ipsum, quia non propter illud, sed ad fraternam vindictam, propter sanguinem venerat, dissipatum quasi dimittens, secum in Ungaria captos ducit. Reginam autem et dominum Ludovicum, filium predicti principis Tarentini, qui se, simulatum nutriens in pectore zelum, cum eadem regina in regio castro novo Neapolitano reduxit, eam in uxorem satagens desponsare, captos habere non potuit, et sic de regno predicto cum honore discessit [1]. Demum non post multos eos dies auctoritate propria inter se dicti dominus Ludovicus et regina, matrimonio contracto [22 augusti 1347] et effectualiter consum[m]ato, venerunt ambo simul in curiam [1348], et cum eis dictus pontifex Clemens, volens clementer animabus eorum et dicti regni tribulationibus providere, misericorditer dispensavit, quoniam in secundo consanguinitatis gradu se invicem ex duabus stirpibus contingebant. Post hanc autem non parve misericordie gratiam ab eo qui cunctos vult fieri salvos obtentam, iidem dominus Ludovicus atque regina de redeundo in regnum sedula [2] semper inter se ac suos consultatione revolvunt; sed sine qua mundana queque deficiunt, eis deficiente pecunia, cogitabant consilia que stabilire non poterant. Nam propter hujusmodi regni guerras et intestinas discordias, quibus res etiam maxime dilabuntur, gravi nimis inopia gravabantur. Et quoniam caritas ubique frigescit [3], nullum in curia poterant reperire subsidium. Quod dictus pontifex circumspectus et providus, velut Argus, advertens, tamquam ille quem zelus domus Domini comedebat,

1. dissessit, *ms.* — 2. cedula, *ms.* — 3. frigessit, *ms.*

opportunis exquisitis tractatibus et cautis intermediis viis, civitatem Avinionensem, qua[m] preter Urbem ad romanam curiam opulenter alendam et decenter pensatis omnibus sustinendam nullam protinus aptiorem agnovi[t], omni modo jure et meliori quo potuit, emit [8 junii 1348] a regina predicta pro pretio invicem concordato, et civitatis ejusdem romanus antistes temporaliter et spiritualiter dominatur. Quod quidem bonum opus atque laudabile merito laudabitur in eternum. Et dicti dominus Ludovicus atque regina per venditionem hujusmodi peccunia redundantes, simul in regnum postea rediverunt.

Hoc eodem anno [12 decembris 1345], quarto pontificatus ejusdem, dictus pontifex, fide ac spiritu plenus, concedit decimas triennales ad exaltationem fidei christiane pro subsidio Terre Sancte.

Anno vero quinto pontificatus ipsius, anno nativitatis Domini MCCCXLVJ, reverendus pater dominus Bertrandus, tituli Sancti Marci presbiter cardinalis, de mandato summi pontificis totiusque collegii, pro Urbis et Patrimonii beati Petri gubernatione in Tus[c]ia necnon et regni Sicilie [1] citra Farum, ut de latere legatus, accedit, et papa inter regnum et insulam Trinacrie [2] treuguas indicit.

Summus hic pontifex eisdem annis, pontificatus videlicet sui sexto et nativitatis Domini MCCCXLVIJ, canonisavit beatum Yvonem, provincie Britannie oriundum, innumeris miraculis coruscantem; ejusque festum velut confessoris instituit celebrandum XIX die mensis maii, que, prout supra scriptum est, dies extitit coronationis ejusdem.

Iisdem temporibus et anno predicto [*sic*, 1346], dominus Eduardus, rex Anglie, regnum Francorum [invadit] hostiliter, et per provinciam Picardie venit usque Parisius, rege tunc Francorum absente. Quo subito redeunte, dictus rex Anglie retrocessit, et multa villis et hominibus inferens dampna in castro Calesii se reduxit [3].

Eodem quoque tempore [1345-1346], dominus Henricus, dux Lencastrie [4], filius regis Anglie supradicti, Burdegale tunc existens, ducatum Acquitanie vastat [5], et provinciam Tholosanam ferventer impugnat [1349-1350].

Hoc eodem tempore, pontificatus videlicet ejusdem anno sexto, nativitatis vero dominice MCCCXLVIJ, in multis mundi provinciis

1. Scicilie, *ms.* — 2. Trinaclie, *ms.* — 3. et castro Calesii inferens dampna se reduxit, *ms.* — 4. Leocastrie, *ms.* — 5. vastavit, *ms.*

successive ac in romana curia tam civium quam curialium omnis gradus ab oriente progrediens tanta supervenit mortalitas quod, ut in libro Sapientie legitur, *ad sepeliendos mortuos vix vivi sufficerent*, nec ecclesiarum cimiteria satis erant. Propter quod papa predictus emit extra civitatem Avinionensem agrum qui usque hodie dicitur ager sacer; ubi foveis profundissimis et longissimis [1] fossis operiebat ut pecora gregatim terra defunctos. Et ibidem fundari fecit unam capellam in honorem beate Marie, quam dotavit decenter, et de Campo Sancto vulgariter cognomen accepit. Et duravit hec epithimia usque ad annum septimum pontificatus sui, nativitatis vero dominice MCCCXLVIIJ inclusive, sed totaliter non completum. Fecit autem pontifex iste pius multa pietatis opera illis annis. Nam ut eorum, quos illis temporibus mortis morsus tam rapidus [2] rapiebat, citius [3] possent corpora sepeliri, ne plus aer inficeretur quam esset infectus, duos grossos argenteos portantibus corpora pro quolibet corpore deputavit, et omnibus et singulis morientibus, qui tali subsidio indigerent, mandavit et fecit sudaria ministrari.

In Cathalonia dominus Petrus, rex Aragonum, dominum Jacobum, regem Majoricarum, cognatum suum cum filiis et uxore, sorore sua, de regno Majoricarum violenter expellit [1344]. Quo pro restitutionis fiende sibi remedio ad romanam curiam veniente, papam predictum satis favorabilem reperit. Sed quoniam induratum est cor dicti regis Aragonum, nichil omnino profecit [4]. Demum regina consors dicti regis Majoricarum in hoc exilio moritur [1346]. Et rex ipse, tunc uxore [5] indigens, dominam Violentam [6], consanguineam suam, a se primo cognitam, prout fertur, recepit [7] in uxorem [1347], et cum eis per papam eumdem nolentem addere turbationem afflictis et [pro] macula tollenda misericorditer [8] fuit dispensatum [9]. Deinde vero rex ipse classem modicam preparat, et versus Majoricas, per cives clam vocatus, accedit. Sed rex Aragonum, ista presentiens [10], civitatem illam muniit, et navigio venienti regi restitit, et descendentem illum cum primogenito suo et suis gentibus quas habebat in conflictu posuit et occidit [25 octobris 1349]; et primogenitum ejus, nepotem suum, virtuose nimis indolis juvenem, percussum in facie captum et in

1. *mieux*, largissimis, *Bal.* — 2. rapidius, *ms.* — 3. scicius, *ms.* — 4. proficit, *ms.* — 5. non, *ajouté par le ms.* — 6. Violantem, *Bal.* — 7. recipit, *ms.* — 8. *omis par Bal.* — 9. dispensatis, *ms.* — 10. precensciens, *ms.*

Aragoniam ductum, adhuc hodie nutrit ut filium, sed eum de restituendo sibi dominio regni paterni obaudit.

Anno nativitatis dominice MCCCXLVIIJ, pontificatus ejus septimo, Clemens hic pontifex, in vigilia Ascensionis Domini [28 maii], assumpsit dominum Petrum, nepotem suum ex fratre suo germano, domino Guillermo Rogerii, comite Bellifortis, notarium tunc apostolice Sedis, in Sancte Marie Nove dyaconum cardinalem, qui nondum vigesimum annum etatis attigerat [1]. Sed qui motiva pape nosse [2] desiderat, sermonem videat quem de illo fecit in publico, cujus thema fuit verbum quod in Actibus scribitur, scilicet : *Videntibus illis elevatus est;* quod, licet de Christo tunc ad Patrem ascendentem [3] sit dictum, convenienter tamen [4] de dicto domino Petro cardinali tunc dictum est, quia, sicut alibi legitur, tunc ascendit [5] Petrus in superiora domus, et etiam quia dici poterat quod ad patrem, quoniam ad patruum suum, patrem sanctum et summum pontificem, ascendebat [6]. Et utinam etatis ejus ultima primis respondeant. Virtus enim in illo, faciente Domino, supplet etatem; et ut spes michi firma suadet, filius hic sapiens gloria patris sui erit.

Anno nativitatis Domini MCCCXLIX, pontificatus autem ejus octavo, dominus Guido, Portuensis episcopus, qui cardinalis Boloniensis vulgariter dicitur, per eumdem pontificem legatus de latere in Ungariam mittitur, habens etiam, quia erat inde in anno [MCCC]L transiturus autem in Urbe, per quam anno predicto [MCCC]L propter indulgentias transiens [7] in curiam rediit, ubique multipliciter honoratus.

Eodem anno et pontificatus supradictis [1349], nona videlicet die septembris, circa horam primam, terre motus maximi fuerunt in regno Sicilie [8], in Urbe ac partibus convicinis usque ad civitatem Pisanam exclusive, ac multa et magna edificia palatiorum, ecclesiarum et turrium corruerunt, et multi fontes exsiccati [9] sunt, et in multis locis, ubi non erat aqua, fontes affluentes adhuc usque hodie scaturizant.

Hic summus pontifex decretalem illam que disting[u]it vitam dominorum cardinalium in conclavi tenendam, cum pro futura summi pontificis electione clauduntur, de singulorum et omnium

1. attingerat, *ms.* — 2. nosce, *ms.* — 3. assendentem, *ms.* — 4. causam, *ms.* — 5. assendit, *ms.* — 6. assendebat, *ms.* — 7. transciens, *ms.* — 8. Scicilie, *ms.* — 9. exicati, *ms.*

dominorum cardinalium digesto consilio et expresso consensu [1], quin[ymo] ad eorum instantiam, districte modificat et modeste reformat, prout in constitutione sua, quam ad perpetuam rei memoriam et sub bulla super hoc noviter edidit, clare liquet [6 decembris 1351].

Anno dominice incarnationis MCCCL, pontificatus autem ejusdem pontificis anno nono, serenissimus princeps dominus Philippus, rex Francie illustris, qui fuerat primo comes Valesii [2], et primus ad quem extra lineam beati Ludovici, condam regis Francie, [regnum Francie est] devolutum, sicut Domino placuit, die XXV [3] mensis augusti, legem qua statutum est homini mori semel adimplens, regnum hoc temporale relinquens et eternum accipere sibi regnum accelerans, viam est universe carnis ingressus. Et ejus primogenitus ante regnum, videlicet dominus Johannes, ei statim in regno successit, et die XXVJ mensis septembris ejusdem anni coronatus est Remis.

Huic summo pontifici tantum propitiatus est Dominus quod preter dictorum regum concordiam cuncta sibi quasi prospere successerunt, et juxta sue largiflue liberalitatis clementiam multa sue collationi subjecit. Nam propter mortalitatis epithimiam supradictam quasi cunctas orbis ecclesias prelatis atque rectoribus renovavit, sed et collegium dominorum cardinalium, quod ex mortalitate predicta, que multos ex eis, viros conscientia quidem et [4] scientia reverendos, absorbuit, admodum remanserat diminutum, laudabiliter [instauravit]. Nam et eodem anno nativitatis predicte et pontificatus ejus nono, in temporibus jejuniorum beate Lucie, de mense decembris [17 decembris 1350], sicut scriptum est, assumpsit sibi XIJ, quos vocavit apostolos : reverendos videlicet patres dominos Egidium, juris canonici doctorem, et omnes alios, quorum nomina ignoro. Et sic in vita sua XXV cardinales fecisse comperitur; pluresque fecisset, ut verisimiliter [5] conjectura tenetur, nisi mors celerius eum quam crederet prevenisset.

De anno nativitatis dominice MCCCLJ (qui fuit decimus annus pontificatus ipsius) ego, Rome tunc residens, gesta non scribo, quia nec ab aliis digna memoratu percepi, nec ipse memini.

Anno vero MCCCLIJ, pontificatus ejus undecimo, summus hic pontifex clementia totus et liberalitate respersus, ut Romanus

1. concensu, *ms.* — 2. Valessii, *ms.* — 3. *lege* XXIJ. — 4. in, *ms.* — 5. verissimiliter, *ms.*

populus devotissimi et peculiares ejus et sacrosancte romane Ecclesie filii quedam eis incumbentia possent non minus facilius quam celerius expedire, predicto populo de quatuordecim milium florenorum auri quantitate subvenit.

Eodem anno [1352], sui pontificatus undecimo, venerabilis pater dominus Guillermus de Guardia, Bracharensis archiepiscopus, in regnum Sicilie [1] citra Farum cum pleno legationis titulo per eumdem pontificem destinatur, et de commissione specifica sibi facta predictus dominus Ludovicus in regem et dicta domina Johanna, dicti quondam domini [2] Roberti neptis, uxor ipsius, in reginam dictorum regnorum Jherusalem et Sicilie per eumdem archiepiscopum, auctoritate apostolica, in ecclesia majori Neapolitana, sollempniter, juxta ritum sacrosancte romane matris Ecclesie, coronantur [27 maii 1352].

Adhuc pontifex iste casus mundi considerans [3], ante predictum Benedictinum palatium, aliud valde [4] misteriosum et pulcrum et capellam amplissimam nimiumque decoram, sub qua modo causarum et contradictoriarum audientie tenentur, a fundamentis grossissimis fecit edificare. Pontem insuper lapidum et lignorum, per quem de civitate Avinionensi in regnum Francie pertransitur [5], de quatuor arcubus qui deficiebant in illo plus quam pulcher[r]ime compleri mandavit, et factum est. Sacrosanctam insuper Lateranensem ecclesiam, que mater et capud est ecclesiarum Urbis et orbis sedesque propria romani pontificis atque prima, tecto, quod deficiebat in illa, honorabiliter et pulcher[r]ime restauravit. Videns autem et audiens hec et omnia supradicta manuum suarum opera perfecte completa, benedicens Dominum in vita sua, in dicta nova sua magna capella semel dumtaxat, in Omnium Sanctorum festo videlicet, sollempniter celebravit et facundissime predicavit, ac de votis ejus utcumque completis dignas Deo laudes exsolvit.

Sed quia necessarium est, cum venitur ad summum, ex illo descendere, quoniam ulterius ascendi [6] non potest, et natus [7] homo de muliere nunquam in eodem statu permanet, cumque nil sit in hac vita perpetuum, dictum summum pontificem diebus ultimis mensis novembris de dicto dominice nativitatis anno MCCCLIJ, sed [8] pontificatus XJ, circa medium ejus anni, visitans eum [9] manus

1. Scicilie, *ms.* — 2. Johannis *(sic)*, *ajouté par le ms.* — 3. desideraus, *ms.* — 4. ad *(sic)* alium vuade, *ms.* — 5. pertranscitur, *ms.* — 6. assendi, *ms.* — 7. est, *ajouté par le ms.* — 8. sui, *Bal.* — 9. *placé après* tetigit *par Bal.*

Domini tetigit, visitatio cujus ejus spiritum custodivit. Illum enim quedam tunc invasit infirmitas, propter quam sexto die mensis decembris tunc inmediate sequentis, in videlicet beatissimi Nycholay festo [1], spiritum Domino reddidit, et memoria ejus in benedictione semper erit. Exequie vero dicti summi pontificis in cathedrali ecclesia Beate Marie Avinionensis fuerunt in c[r]astinum [7 decembris] sollempniter celebrate. Et demum exinde corpus ejus juxta dispositionem ipsius ad predictum Case Dei monasterium, quod ipse pontifex in ecclesia et domibus mirabiliter ampliavit et possessionibus augmentavit, fuit [2] portatum per dominos fratrem et nepotes ipsius cardinales et comitem Bellifortis aliosque nepotes et consanguineos ejus, simul et dolentissime nec minus cerimonialiter quam honorabiliter sociatum, sed virtus [3] ejus honoris [4] obsequium non attingit, et in sepulcro novissimo, quod ipsemet vigens et vivens in Villanova, Avinionensis dyocesis, sibi fecerat fabricari, quodque pretiosissimi [5] et politissimi operis est, illuc delato et in capella quam preter illas [6] supradictas construi fecerat sepultus est clementissimus ille Clemens anno Domini MCCCLIJ, pontificatus sui undecimo, die sexto [7] mensis decembris; anima cujus in pace requiescat. Amen.

1. *placé après* in *par Bal.* — 2. que, *ajouté par le ms.* — 3. virtutis, *Bal.* — 4. honorum, *Bal.* — 5. preconcissimi, *ms.* — 6. illa, *ms.* — 7. sexta, *Bal.*

TERTIA VITA

CLEMENTIS VI

Clemens VJ, in patria Lemovicensi et castro Malimontis, ex patre et matre Guillelma natus est, et [in] parrochiali ecclesia dicti loci, Sancte Crucis, videlicet de Roseriis, baptizatus. Nec sine felici forsitan eventus presagio ab ipso fonte baptismatis vocatus est Petrus, ut clarus omnibus intellectus existeret quod in ea petra Deus homo, Christus Jhesus, sanctam foret Ecclesiam, sue cuncta cernentis immense benignitatis [1] clementi[a], fundaturus, et quod in re, prout in nomine, ejusdem Christi vicariatus officio successurus esset merito Petro Petrus. Et digne nimis in Sancte Crucis ecclesia baptisma recepit, qui crucem erat coram se tribus vicibus, ascendendo continue, pro tribus prelationum fastigiis in individue Trinitatis honorem super alios portaturus. Recteque rosas in clipeo sue generationis, ut rosa flos florum, floridus iste suorum in suavitatis odorem et signum protectionis assumpsit, qui de dictis Roseriis fidei scutum salvationis accepit. Sed vere nil aliud rosarum numerus voluit indicare senarius nisi quod sicut per arithmeticos [2] ipse perfectior numerus [3] reputatur, sic ob suarum dona virtutum super ceteros homines iste perfectior haberetur, et quod sextum erat summi pontificis fastigium inter Clementes pontifices obtenturus.

Hic a suis teneris [4] annis monasterium Case Dei, in Aniciensi diocesi situatum, ingreditur, et in illo beati Benedicti regulam est professus, ibique religiosis et scolasticis disciplinis imbuitur;

1. begninitatis, *ms.* — 2. arismetticotos, *ms.* — 3. *omis par Bal.* — 4. tenuis *(sic)*, *ms.; une main très postérieure a corrigé en* teneris.

D'après le ms. latin *5034*, fol. 179 v° - 190 r°, de la Bibliothèque nationale de Paris.

adeo quod sicut puer iste crescebat in annis, sic multiplicabatur in virtute. Quem vite venerabilis Aniciensis episcopus et abbas ejusdem monasterii Case De[i] apprehensive [1] mirabilis, districti judicii, necnon memorie mirabilioris esse videntes, ipsum ad studendum Parisius destinarunt; ibique dictus abbas paternis subventionibus eum nutrivit ubi puer ipse benedictionis et gratie tantum in artibus et philosophia et demum in theologia studendo, repetendo, atque libros solitos ordinate legendo profecisse comperitur quod in tricesimo anno etatis sue, non per pretii seu precum instantiam, aut per bulle papalis tempus anticipantis gratiam, sed solo virtutis merito in sacra pagina magistratur, et tam velox apud cunctos ac in tantum profundissime sue scientie fama percrevit [2] quod in omnem terram exivit sonus ipsius, et quia temporibus suis nunquam homo ita facunde locutus est, in fines orbis terre verba illius.

Hic reverendi patris bone memorie domini Petri de Mortuomari, tunc tituli Sancti Stephani in Celiomonte presbiteri cardinalis, qui eum ut filium diligebat, expresso mandato romanam venit ad curiam. Et primum Sancti Baudilii [3] Nemausensis, ordinis sancti Benedicti, a dicto domino Johanne papa XXIJ obtinet prioratum [24 aprilis 1324]. Deinde vero, per ejusdem cardinalis et aliorum quamplurimorum cardinalium auxilium, ab eodem papa in abbatem Fiscanensem [23 junii 1326], et subsequenter in Attrebatensem episcopum [3 decembris 1328], signa quoque regia deferens, computatur [4] in regis Francie consilium et parlamentum inducitur, ac demum in Senonensem [24 novembris 1329], et paulo post in Rothomagensem archiepiscopum [14 decembris 1330] promovetur. Et quia nullam amaritudinem, sed licentiam [5] et gaudium conversatio ejus habebat, cum eodem rege tam fervoris [6] amoris vinculo jungitur quod eum ab oblato [7] sibi per eumdem dominum Johannem papam XXIJ cardinalatu compescuit, nolens ejus consilio seu conversatione carere. Sed eodem papa viam universe carnis ingresso, et eidem prefato domino Benedicto XIJ succedente, per eumdem dominum Benedictum papam ad apicem cardinalatus assumitur [18 decembris 1338], et de Parisius ad romanam curiam, tunc Avinione manentem, capellum nigrum in rubeum commutaturus accedit; ubi simul cum domino Goso [8], qui, velud

1. apprehenvise *(sic)*, *ms.* — 2. percrebuit, *Bal.* — 3. Basilii, *ms.* — 4. cooptatur, *Bal.* — 5. letitiam, *Bal.* — 6. ferventis, *Bal.* — 7. ablato *(sic)*, *ms.* — 8. *lege* Gotio.

apostolicus nuntius, factus cardinalis, de Ytalia redibat, cum debita solita sollennitate per papam et cardinales excipitur, et juxta Sedis apostolice morem [1], post sumptum cum omnibus cardinalibus prandium, capelli rubei flamine decoratur, sub quo per annos quasi tres in tanta consiliorum, predicationum, gratarum conversationum, ac exemplarium operationum fama resplenduit quod, virtutibus hujusmodi previis et clementia sibi divina favente, post obitum domini Benedicti XIJ memorati (qui obiit die xxv mensis aprilis anno Domini MCCCXLIJ) in conclavi palatii Avinionensis, quod die dominica quinta [2] mensis maii sine medio subsequentis, eo computato, XXXIIJ [3] domini cardinales intraverunt, solo domino B[ertrando] de Montefaventio, Sancte Marie in Aquiro diacono cardinali, extra conclave predictum propter morbum podagricum remanente, die martis ejusdem mensis maii VIJ statim ante vigiliam Ascensionis Domini, hora tertie, in summum romanum pontificem sublimatur, et t[h]ronus ejus eo ipso clementia roboratur. Nam petitus, ut moris est, quo nomine vocari placeret, clementissimus ille, disponens in omnes exercere clementiam, nomen sibi Clementis assumpsit; quod magis ac magis in dies per effectum operis demonstravit. Nam recte, sicut scriptum est, *lex clementie in lingua ipsius;* que sibi tantum naturaliter inerat quod Cesarianum illud memorabile verbum coram semper habebat, *quempiam non decere, vid[elic]et de presentia principis non contentum abire.* Habebat insuper doctrinam illam, quam et alios docuerat, menti semper impressam, quod vid[elic]et *dum tempus habemus, ad omnes et maxime domesticos fidei bonum operari tenemur.* Horum igitur semper, nec unquam [4] nisi cogente justitia, quam equitatis et misericordie perfusus [5] in pluribus mitigabat, usus est negativa.

Vacavit igitur, ut apparet, Ecclesia diebus XIJ; et ministeriose [6] nimis tunc in papam assumitur. Nam cum dominus noster Jhesus Christus ad patrem esset ascensurus ad biduum quo sine sponsi vicario sponsam suam vel absque dispensatore domum aut sine remige navem dimitteret, ne gubernatoris terrestris auxilio carens, maris hujusmodi magni collideretur ad scopulos [7] non decebat, sed ut coronationem ejus Spiritus Sanctus in sua celeberrima die, quo promissus in filios adoptionis effusus est, non sine ministerio [8]

1. moram *(sic)*, *ms.* — 2. *lege* Veneris tertia.— 3. *lege* XVIJ. — 4. me nunquam, *ms.* — 5. ut, *ajouté par le ms.* — 6. *lege* misteriose. — 7. scapulos, *ms.* — 8. *lege* misterio.

forsitan sollenniter consummando [1] perfecit. Nam in festo Pentecostes, quod tunc celebratum fuit XIX die mensis maij [1342], apud ecclesiam fratrum Predicatorum de Avinione, cum maxima sollennitate celebritatis, et astantibus [2] ac servientibus eidem domino Johanne, primogenito regis Francie supradicti, duce autem Normannie, qui postea patri suo successit in regno, Jacobo duce Bolbonensi [3], Philippo duce Burgundie, Humberto tunc delfino Viennensi, et multis aliis tam Francie quam Vasconie ac partium aliarum comitibus, innumerisque baronibus, extitit coronatus, et in convivio ibi facto permaximo multipliciter honoratus, et ad palatium apostolicum eisdem omnibus adestrantibus eum, sequenti die lune [20 maii], honorifice, et [4] nimium et quiete reductus; ita quod sicut in apostolos singulos illa die [Spiritus Sanctus] prout lingua ignis apparuit, sic in hunc summum pontificem per carbunculum lapidem pretiosum lucentem ignis, ad instar in thiare seu diadematis culmine positum, descendisse seu apparuisse monstratur.

Hic primo anno pontificatus ipsius nativitatis Domini MCCCXLIJ juxta quod bene noverat verbum Dei, quo discipulos docuit pacem primum optare, dominorum Philippi, Francie, et Edouardi, Anglie tunc regum illustrium, discordiam egre ferens; sollennes duos nuntios ad predictos reges quam primo potuit eadem estate destinavit, videlicet patres reverendos dominos Petrum, Penestrinum, et Aniballum [5], Tusculanum episcopos cardinales; qui tanquam industres et providi, prudenter [6] atque viriliter laborantes, eosdem reges, non de pace, cum nondum essent maturata negotia, sed de triennalibus treugis, que non plene servate sunt, postea concordarunt.

Hic idem summus pontifex, rectissime Clemens [vocatus], volens pauperibus clericis universis, de eo quod gratis acceperat gratis dare, bullam gratie sue clementer aperuit ut infra duorum mensium spatium, anno et estate predictis [1342], de sue clementie plenitudine gratiam pro gratia cuncti reciperent, et de non avaro dispensatore, sed largo quidem [7] atque munifico cunctis dato largifluum Deum, qui dat omnibus affluenter et non improperat, devotas illi gratias agentes humiliter col[l]audarent.

Eadem estate [1342], pontificatus sui prima, cunctis ecclesiis cathedralibus, collegiatis, et aliis, quas predecessor ejus immediatus,

1. consumendo, *ms.* — 2. abstantibus, *ms.* — 3. *lege* Borbonensi. — 4. *omis par Bal.* — 5. Annibaldum, *Bal.* — 6. prudentes, *Bal.* — 7. quidam, *ms.*

zelo forsan [1] justitie, rectoribus viduatas [2] dimiserat, quarum numerum brevis hec scriptura non clauderet, episcopos et rectores restituit, singulis singulas conferendo, ne per prelatorum aut rectorum carentiam cultus divinus deficeret in eisdem, sed per celestis influentiam gratie continue refloreret, et fructum salubrem afferens, gratum Domino redderet suavitatis odorem, quamvis lucide no[s]ceret quod proventus non modicos apostolice camere defalcabat. Benedicta sit igitur, si qua fuerit in Benedicto papa XIJ [3] prefato, justitia, que habenti contulit et abstulit non habenti, quo[d]que tam largo, tam libero donatori tantam donandorum copiam conservavit. Et cum scriptum sit, *Misericordiam volo et non sacrificium*, et quod *melior est misericordia super vitas*, *labia mea laudabunt te*, in Clemente sexto clementiam, que per ejus predecessorem rigorose retenta, misericordie liquore condita [4], dispergens omni petenti se tribuit gratiosum, et pauperes Domini panibus saturavit. Nec dampnanda est ejus circumspecta prudentia; que volens quod prudentie sue semper de gratiis conferendis clementie de qua posset materia non deesset, dignitates omnes et illas etiam ad quas per electionem ascenditur reservavit, cum voluntas et impotentia magnanime soleant g[e]nerare.

Eodem anno [1 junii 1342] pontifex idem constitutionis per dictum dominum Benedictum papam XIJ, predecessorem suum, edite super reformatione monachorum nigrorum rigorem attendens, illam oleo sue clementie misericordis aspergens modificavit in multis, et eam discretionis lima reformans, ad jugi dominici suavitatem et levitatem omnes cum equitate reduxit.

Hic idem pontifex universi gregis dominici se pastorem universalem advertens, ad instar illius veri pastoris cujus vicariatum exercet, fratres et discipulos suos ad diversa mundi climata misit ad pacem inter discordes quoslibet reformandam. Nam in Ytaliam et potissime Lombardiam, anno sui pontificatus primo et estate predictis [1342], reverendum patrem dominum Guillelmum, tituli Sanctorum Quatuor Coronatorum presbiterum cardinalem, destinavit; qui velud homo Dei justitieque zelator, bonum ad omnes operatus est.

Iste papa volens donum Dei pluribus cardinalibus roborare, ut multas que in illa sunt mansiones tutius et accuratius custodiret, eodem sui pontificatus anno primo in occurrentibus tunc primo

1. forsitan, *Bal.* — 2. viduatis, *ms.* — 3. XX *(sic)*, *ms.* — 4. condicta, *ms.*

jejuniorum temporibus, de mense septembris, post festum Sancte Crucis [20 septembris 1342], decem in domo Domini supradicta statuit cardinales orbis terre. Nam reverendos patres dominos fratrem Heliam de ordine fratrum Minorum, tunc archiepiscopum Nicosiensem, magistrum in theologia, in tituli Sancti Vitalis, Guidonem de Bolonia, archiepiscopum Lugdunensem, in tituli Sancte Cecilie, qui postea fuit episcopus Portuensis, Aymericum episcopum Carnotensem, profundissimum juris utriusque doctorem, in tituli Sancti Martini in Montibus, Andream de Florentia, episcopum Tornacensem, juris utriusque doctorem, in tituli Sancte Susanne, Stephanum episcopum Claromontensem, juris civilis doctorem, in tituli Sanctorum Johannis et Pauli, qui postea fuit episcopus Ostiensis [1] et deinde papa, Hugonem tunc electum Tutelensem [2], ejusdem domini pape germanum, monachum ordinis sancti Benedicti, in tituli Sancti [Laurentii] in Damaso [3], Ademarum, tunc Sedis apostolice notarium, juris utriusque doctorem, in tituli Sancte Anastasie, et fratrem Geraldum, generalem magistrum ordinis fratrum [4] Predicatorum et sacre pagine professorem, in tituli Sancte Sabine presbiteros, et Bernardum de Turre, in Sancti Eustac[h]ii, ac Guillelmum Judicis, ejusdem pontificis ex una sorore nepotem, doctorem in jure civili, in Sancte Marie in Cosmedin diaconos cardinales assumpsit.

Ad gratum hunc [5] Domino et omnibus pontificem summum cuncti reges terre [6], civitates et populi mittunt sollennes nuntios. Sed Romanus populus eos sollempniores destinavit [1342], videlicet XVIIJ cives eorum, sex videlicet de quolibet statu Urbis, majori, medio et minori, per quos, licet illis plura commiserint, de tribus tamen principaliter supplicarunt. Primo videlicet quod senatum, capitanatum [7] ceteraque Urbis officia, que sibi tunc, ad ejus dumtaxat vitam, tanquam domino Petro Rogerii, non ut Clementi VI summo pontifici, per eorum procuratores et syndicum presentabant, acceptare benigniter [8] dignaretur. Secundo autem quod sibi placeret civitatem Romanam et sacrosanctam Lateranensem ecclesiam, que mater ecclesiarum omnium Urbis et orbis existit ac prima et propria sedes ejus, tam longe, pro pudor, sessore privata [9], seu que tam diu sponsi sui visione carucrat, visitare. Tertio

1. Claromontensis *(sic)*, *ms.* — 2. Tutelensis *(sic)*, *ms.* — 3. Damasco, *ms.* — 4. *omis par Bal.* — 5. hinc, *ms.* — 6. et *au lieu de* terre, *Bal.* — 7. *lege* capitaneatum. — 8. begnin[i]ter, *ms.* — 9. privatam, *Bal.*

vero, cum propter statum fragilem humane creature raro quis valeat ad annum sue vite pervenire centesimum, annum quem dominus Bonifacius VIIJ papa visitantibus peregre predictam civitatem et beatorum Petri et Pauli apostolorum ecclesias per certum dierum numerum peccatorum omnium statuit remissionem [1] commutare sive ad annum quinquagesimum misericorditer [reducere] dignaretur. Ad quas quidem petitiones per tres dictorum ambassiatorum, scilicet per magnificum virum Stephanum de Columpna, senatorem dicte Urbis illustrem, ac venerabilem virum Franciscum de Urcinis [2], et nobilem virum Lellum Petri Stephani de Thosetis [3], syndicum dicte Urbis ac magistrum hostiari[or]um [4] dicti pape, procuratorem ad hec per dictum populum specialiter constitutum, plusquam eleganter expositas idem papa ad duos menses postea multum grate respondit, preterquam ad visitationem Urbis, quam multis et coloratis rationibus prolongavit [5] vel verius denegavit. Urbis enim officia, quod non prejudicaret Ecclesie [6], conditionaliter acceptavit. Accessum ejus ad Urbem non posse tunc, licet velle, se [7] asserens, ad tempus possibile reservavit. Quinquagesimum vero tunc et in posterum per decretalem illam quam papa tunc noviter edidit et dictavit, que incipit *Unigenitus Dei filius*, firmiter in perpetuum ordinavit; prout in suo sermone, cujus t[h]ema fuit illud quod scribitur ad Romanos, *Primo videlicet desidero vos*, etc. usque *fidem vestram atque meam* inclusive, per quem [8] et in quo per facundam eloquentiam et profundam scientiam ac habundantiam seu clementiam vicit et transcendit clarissime semetipsum, poterit scire hoc desiderans intueri. Post paucum vero temporis, adeo quod hoc etiam decretalis illa [9] complectitur, Lateranensem ecclesiam sedem suam in eadem indulgentia predictis apostolorum ecclesiis, ag[g]regavit, et omnium eam peccatorum remissionis plenissime privilegio in quinquagesimo visitantibus [10] decoravit, et ipsos ambassiatores multipliciter munificus dominus honoravit.

Hoc anno primo dictus pontifex predictum [reverendum] patrem dominum Andream, tituli Sancte Susanne presbiterum cardinalem, pro reformanda pace inter dominos Aragonensem et Majoricarum

1. remissum, *ms.* — 2. Vico *(sic)*, *Bal.* — 3. Chosecis *(sic)*, *Bal.* — 4. ostiariorum, *Bal.* — 5. prolongabit, *ms.* — 6. eidem, *Bal.* — 7. sed, *ms.* — 8. *sous-entendu* sermonem *et non* modum, *comme met Baluze.* — 9. illam, *ms.* — 10. visitabitur *(sic)*, *ms.*

reges, destinat [1342] ut legatum : qui bonum faciens legationis principium, tandem vocatus a Domino, in Perpiniano, regni Majoricarum castro, viam est universe carnis ingressus [2 junii 1343].

Anno secundo [1] pontificatus ejusdem, dictus pontifex, ad pacem semper intentus, dominum Bertrandum, tituli Sancti Marci presbiterum cardinalem, ad dictos reges pro eorum facienda concordia legatum similiter destinavit; qui, licet satis vellet et multa sciret, reges ipsos de pace vel treugis concordare nequivit. Quo postea curiam repetente romanam, idem papa non quietus in mente dominum Bernardum [2], tituli Sancti Ciriaci in T[h]ermis presbiterum cardinalem, ad eosdem reges destinavit. Et tandem eos de treugis biennalibus concordans, statim in romanam curiam [3] remeavit.

Idem pontifex contra Ludovicum de Bavaria, Dei et Ecclesie inimicum, ad Ecclesie gremium redire nolentem, sententias aggravat et processus [12 aprilis 1343].

Hoc eodem anno Domini MCCCXLIIJ, pontificatus ejusdem pontificis anno secundo [4], moritur [20 januarii] vir inclite conversationis dominus Robertus, Sicilie rex. Cui successit in regno domina Johanna, neptis ejusdem regis ex primogenito filio suo, quondam duce Calabrie, quam idem rex domino Andree, quondam regis Ungarie filio, dederat in uxorem. Quod matrimonium per ipsum regem ad statum tam regni quam hominum ordinatum ad instar virge Moysi, que in colubrem [5] est conversa, dissensionis et turbationis extitit et destructionis per consequens causativum; quod nisi prolixitatis frenum stilus [6] ab[b]reviet, forsan [7] infra patebit.

Hoc eodem pontificatus ejus anno secundo, nativitatis vero dominice MCCCXLIIJ, pontifex idem in jejuniorum quadragesimalium tempore [27 februarii 1344, n. st.], ultra Rodanum, in domibus quondam domini Neapoleonis cardinalis existens, duas in domo Domini pro firmiori substentatione fidei columpnas erexit, seu juxta t[h]ema propositum per eumdem, pro dirigendo securius grege sibi commisso duas sibi virgas assumpsit, quia reverendos

1. ipso, *Bal.* — 2. Bertrandum *(sic)*, *Bal.* — 3. romana curia, *ms.* — 4. Hoc eodem pontificatus ejus anno secundo, anno Domini MCCCXLIIJ, *Bal.;* Hoc eodem pontificatus ejus anno secundo, anno Domini MCCCXLIIJ, pontificatus ejusdem pontificis anno secundo, *ms.* — 5. colubrum *(sic)*, *Bal.* — 6. stilum, *ms.* — 7. forsam *(sic)*, *ms.*

patres dominos, videlicet Petrum Bertrandi, de Columberio, Viennensis provincie, tunc Atrébatensem episcopum, licentiatum in jure canonico et civili, sani consilii virum, tituli Sancte Susanne presbiterum cardinalem, et Nicholaum, ejusdem pontificis nepotem, tunc electum Lemovicensem, in Sancte Marie in via lata diaconum cardinalem elegit, et eos in medio fratrum in honore locavit. Qui quidem dominus Petrus de Columberio [1] factus est postmodum Ostiensis et Velletrensis episcopus juxta cursum collegii [2] fuitque tante virtutis, tantumque zeli fervorem habuit ad ecclesias suas, quod pro jurisdictionibus et honoribus Ostiensis ecclesie conservandis labores mentis et cor[po]ris expensasque non metuit, sed hec omnia constans et intrepidus animo cum liberalitate subivit. Et de Avinionensi civitate, ubi tunc romana curia residebat, usque Romam pro benedictionis, inunctionis et coronationis imperatoris et imperatricis Romanorum sollem[n]iis, que ad Ostiensem, Portuensem et Albanensem episcopos cardinales, distinctis singulariter actibus inter eos, prout est in libro qui pontificalis dicitur, et in Ostiensis sum[m]a describitur, pertinent, celebrandis, aliis remanentibus, ipse solus accessit [1355]; et ubique vadens et rediens [3] honoratus, usus insuper pal[l]io, prerogativa ejusdem ecclesie Ostiensis fungens, omnium ibi predictarum sollemnitatum mi[nis]teria laudabiliter et sollenniter adimplevit. Propter quod exemplariter nomen suum ejus fratribus est narrandum, et ipse in seculum in medio Ecclesie collaudandus [4].

Clemens hic pontifex, in anno Domini MCCCXLIIIJ, pontificatus ejus vero tertio, generosum virum dominum Ludovicum de Hyspania insularum fo[r]tunatarum de novo principem statuit.

Hoc eodem anno [1344], pontificatus ejus tertio, in dictum regnum Sicilie [5], non ex eo quod ve terre cui rex puer est, et ne vacillanti sepius muliebri regimini subjaceret, verum ex hoc maxime ne sacrosancta romana Ecclesia ejusdem regni gubernationis, de jure pertinentis ad eam, in eo casu titulum perderet, per eumdem pontificem legatus unus de latere destinatur, scilicet A[ymericus], tituli Sancti Martini in Montibus presbiter cardinalis; qui infra annum legationis sue, anno scilicet IIIJ pontificatus pontificis

1. Columbero, *ms.* — 2. *au bas du folio 184 v° le scribe a ajouté ces mots :* Fundavit Parisius venerabile collegium scolarium, quod vocatur scolarium cardinalis Eduensis. — 3. videns et reddiens, *ms.* — 4. collaudendus, *ms.* — 5. Cicilie, *ms.*

predicti [1345], per Urbem ad romanam curiam est reversus. Et utinam ibidem diutius stetisset, quia forte ea que postmodum facta fuerunt, facta non fuissent. Et sibi dominus Guillelmus Amici, Carnotensis episcopus, sicut in episcopatu predicto, sic in hujusmodi commissione successit. Cujus tempore papa decrevit, et eidem cardinali legato gubernatori primo, quod quidem exequi non potuit, quia jam de regno discesserat, ac demum secundo eidem episcopo Carnotensi commisit [30 januarii 1345] quod predictus dominus Andreas in regem et uxor sua in reginam coronentur. Sed cum dictus rex, pro dolor, bullam sue coronationis expectat, bellum sue destructionis ingreditur quod incautus ignorat. Nam ex nonnullorum nequissimis machinationibus previis in camera sua, dum cum regina predicta in civitatis Adverse castro regio moratur, noctis tempore capitur, et foras cameram detestabiliter trahitur, et injuriis martiriisque diversis afflictus [1], per suspendendos juridice rex juvenis [et] innocens suspendii morti datur, et sic cecidit corona de capite ejus [18 septembris 1345]. Ve autem illis qui peccaverunt. Post hec dictus episcopus Carnotensis ad curiam romanam rediens, [2] dedit plenam informationem super premissis romano pontifici. Tandem romanus pontifex habito consilio cum fratribus suis in patratores et fautores sceleris antedicti processus rigorosissimos publicavit et sententias fulminavit [1346].

Anno IIIJ pontificis ejusdem, scilicet MCCCXLV, egregius princeps dominus Hu[m]bertus, dalfinus Viennensis, efficitur vexillifer et capitaneus contra fidei hostes in partibus Romanie, et crucis etiam predicatione suffultus et armigerorum copiis ad partes illas accessit. Nec primis ejus ultima responderunt; quoniam post paucum rediens temporis [3], seque jam ad procreandam sobolem impotentem [4] sentiens, militiam secularem abiciens, clericalem amplexus est, et per eumdem papam in Alexandr[in]um patriarcham preficitur [3 januarii 1351], et sibi Remensis ecclesia commendatur [30 aprilis 1352]. Qui suorum, ut dicitur, allectorum pecunia seductione devictus, primogenitum Johannis regis Francie, Karolum nomine, vivens adhuc et, ut solebat, incolumis de toto Dalfinatu sibi fecit heredem; quod an ad virtutem ei vel utilitatem [ascribam nescio], Deus scit.

1. afflictibus, *ms.* — 2. et, *ajouté par le ms.* — 3. temporis rediens, *Bal.* — 4. se, *répété par le ms.*

Eodem anno [1] [1347] rex Ungarie, frater Andree regis mortui, armata manu, dictum regnum ingreditur et occupando devastat, et quasi totum sue subicit ditioni. Tandem Karolum, ducem Duracii, qui mortis Andree predicti culpabilis dicebatur, in dicto castro regio predicte civitatis Adverse, ac in eodem loco ubi suspensus fuerat frater suus, coram se captum decapitari mandavit, et factum est. Rex vero predictus regnum dimittens dissipatum, in Ungariam rediens, multos secum nobiles duxit. Regina [2] autem cum filio principis Tarantini matrimonium propria auctoritate contraxit [22 augusti 1347], qui se secundo gradu consanguinitatis attingebant. Tandem ad romanam curiam venientes [1348] pro dispensatione obtinenda, [3] obtinuerunt. Ipsi vero multum gravati super expensis, non inveniebant consilium de quo possent ad locum proprium [redire]. Quod dictus pontifex circumspectus et providus velud Argus advertens, tamquam ille quem zelus domus Domini comedebat, oportunis exquisitis tractatibus et cautis intermediis viis, civitatem Avinionensem, quam preter Urbem ad romanam curiam opulenter [4] alendam nullam protinus aptiorem agnovi[t], omni modo juris meliori etiam [5] quo potuit, emit a regina predicta pro pretio invicem concordato [8 junii 1348]. Et sic regina et ejus socius, per venditionem hujusmodi pecunia redundantes, simul in regnum redierunt.

Eodem anno [6] [1346] obstinatam jam diu pravitatem Bavaricam [7] satagens extirpare, jussit electoribus romani imperatoris ut ydoneum eligerent ad Imperium obtinendum. Erat enim inter ipsos electores pecus unum infectum, quod primo ex illa congregatione removit, videlicet Henricus Maguntinus archiepiscopus, qui infectus heresi reputabatur; qui tandem ab omni pontificali honore depositus, et ab ecclesia Maguntina absolutus, omni beneficio officioque ecclesiastico privatus [est].

Anno Domini MCCCXLVIJ [8], dominus Karolus, primogenitus domini Johannis regis Boemie illustris, adhuc suo patre vivente, cum ejusdem pontificis [voluntate] et tractatu conscio omnium cardinalium prehabito per omnes electores Imperii concorditer in Romanorum regem et futurum imperatorem eligitur [11 julii 1346], et in eodem anno per eumdem pontificem, coram multitu-

1. *sic.* — 2. Reginam, *ms.* — 3. et, *ajouté par le ms.* — 4. compulenter, *ms.* — 5. *omis par Bal.* — 6. *sic.* — 7. obtinate jam diu pravitatis Bavarice, *ms.* — 8. *lege* 1346.

dine fidelium copiosa publice predicantem, sollenniter[1] confirmatur.

Summus hic pontifex, eisdem annis pontificatus sui sexto et nativitatis dominice MCCCXLVIJ, canonizavit beatum Yvonem provincie Britanie oriundum, innumeris miraculis coruscantem; ejusque festum velud confessoris constituit XVIIIJ die maii, que, prout supra scriptum est, dies extitit coronationis ejusdem.

Post hec autem, post aliquod temporis intervallum, Ludovicus de Bavaria, qui se pro imperatore gerebat, dum per saltum apros eques non currens tamen[2] insequitur, insidens[3] equo subito moritur [11 octobris 1347]. Sic igitur contradictore cessante, predictus dominus Karolus peramplius prosperatur.

Iisdem temporibus [1346], Edoardus, rex Anglie, regnum Francorum invadit hostiliter, et per provinciam Picardie venit usque Parisius, rege Francorum tunc absente. Quo subito redeunte, rex Anglie retrocessit, et multa villis et hominibus dampna inferens, in castro Calesii, unde venerat, se reduxit.

Hoc tempore, anno Domini MCCCXLVIIJ, in multis mundi provinciis ac in romana curia [tam civium quam curialium omnis gradus ab oriente progrediens] tanta supervenit mortalitas quod, ut in libro Sapientie legitur, ad sepeliendum mortuos vix vivi sufficerent, nec ecclesiarum cimiteria satis erant. Propter quod papa emit extra civitatem Avinionensem agrum qui usque hodie dicitur ager sacer, ubi foveis profundissimis et longissimis[4] fossis operiebat ut pecora gregatim terra defunctos. Et ibidem fundari fecit unam ecclesiam in honore beate Marie, quam dotavit decenter, et de Campo Sancto vulgariter cognomen accepit. Et duravit hec epithimia usque ad annum Domini MCCCXLVIIJ inclusive, sed totaliter non completum. Fecit autem papa multa pietatis opera illis annis. Nam ut eorum, quos illis temporibus mortis morsus tam trepidus[5] rapiebat, citius possent corpora sepeliri, ne plus aer inficeretur quam esset infectus, duos grossos argenteos portantibus corpora pro quolibet corpore deputavit, et omnibus et singulis morientibus qui tali subsidio indigerent fecit sundazia[6] ministrari. Sed adhuc majorem Clemens iste misericors clementiam et misericordiam omnibus est largitus. Universis enim et singulis metropolitanis, orbe terrarum toto diffusis, per se ipsos et eorum

1. *omis par Bal.* — 2. *omis par Bal.* — 3. insedens, *ms.* — 4. largissimis, *Bal.* — 5. rapidus, *Bal.* — 6. sudaria, *Bal.*

suffraganeos et rectores ecclesiarum impendendi beneficium absolutionis omnibus et singulis in parrochiis eorum ex epidimia tunc morientibus et supplicantibus de eodem plenam concessit et liberam in forma Ecclesie per ejus litteras potestatem.

Anno Domini MCCCXLVIIJ, Clemens papa, in vigilia Ascensionis dominice [28 maii], assumpsit dominum Petrum, nepotem suum ex fratre suo germano domino Guillelmo Rogerii, comite Bellifortis, tunc notarium apostolice Sedis, in Sancte Marie Nove diaconum cardinalem, qui nondum vicesimum annum etatis [attigerat]. Et utinam etatis ejus ultima primis respondeant. Virtus enim [in] illo, faciente Domino, supplet etatem; [et] ut spes michi firma suadet, filius hic sapiens erit gloria patris sui.

Anno Domini MCCCXLIX, nona die septembris, circa horam primam, terre motus maximi fuerunt [1] in regno Sicilie [2] et in Urbe ac partibus maritimis usque ad civitatem Pisanam exclusive, ac multa edificia palatiorum, ecclesiarum et turrium corruerunt, et multi fontes exsiccati [3] sunt, et in multis locis ubi non erat aqua fontes affluentes usque hodie scaturizant [4].

Anno eodem [12 decembris 1349] [obiit] domina Johanna, regina Francie, uxor quondam serenissimi principis domini Philippi de Valesio, regis Francie.

Hic summus pontifex decretalem illam que disting[u]it vitam cardinalium in conclavi tenendam cum pro futuri pape electione clauduntur, de singulorum et omnium cardinalium digesto consilio et expresso consensu, quinymo ad eorum instantiam, discrete modificat et modeste reformat, prout in constitutione sua, quam ad perpetuam rei memoriam et sub bulla super [5] hoc noviter edidit, clare liquet [6 decembris 1351].

Anno Domini MCCCL serenissimus princeps Philippus de Valesio, rex Francie, moritur [22 augusti]. Et successit ei in regno Johannes, ejus primogenitus, dux Normannie.

Dominus Clemens papa omnes ecclesias, que propter epithimiam suis pastoribus fuerant destitute, de personis ydoneis restauravit, atque [6] pastoribus novis renovavit. Sed et collegium cardinalium, quod ex mortalitate predicta, que multos ex eis viros conscientia quidem et scientia reverendos absorbuit, admodum remanserat diminutum, laudabiliter instauravit. Nam et

1. fuerint, *ms.* — 2. Cicilie, *ms.* — 3. excicati, *ms.* — 4. scaturicant, *ms.* — 5. sub, *ms.* — 6. de, *ajouté par Bal.*

eodem anno in temporibus jejuniorum sancte Lucie [17 decembris 1350], sicut scriptum est, assumpsit sibi XIJ quos vocavit apostolos : videlicet Egidium, juris canonici doctorem, tunc archiepiscopum Toletanum, in tituli Sancti Clementis; fratrem Pastorem, ordinis fratrum Minorum, magistrum in theologia, tunc archiepiscopum Ebredunensem, in tituli Sanctorum Marcellini et Petri; Raymundum, tunc archiepiscopum Tholosanum, in tituli Sancte Crucis in Jerusalem; Pictavinum, juris civilis doctorem, tunc episcopum Albiensem, in tituli Sanctorum XIJ Apostolorum; Petrum, sacre theologie magistrum, tunc episcopum Altisiodorensem, qui primo fuerat Silvanectensis, in tituli Sancti Martini in Montibus; Arnaldum, juris canonici professorem, tunc Appamiarum episcopum, in tituli Sancti Sixti; Nicolaum, civem romanum, juris utriusque peritum, tunc episcopum Urgellensem [1], in Sancti Vitali[s] tituli [2]; Guillelmum, monachum ordinis sancti Benedicti, tunc Cesaraugustanum electum, quem dominus papa a sua juventute nutriverat, in tituli Sancte Marie in Transtiberim; Egidium monachum ejusdem ordinis, magistrum in theologia, tunc abbatem monasterii Sancti Dyonisii prope Parisius, in tituli Sancte Praxedis; et fratrem Johannem, tunc generalem magistrum ordinis fratrum Predicatorum, sacre theologie professorem, in tituli Sancte Sabine presbiteros; necnon et Raynaldum de Ursinis, civem romanum, tunc notarium apostolice Sedis, in Sancti Adriani; et Johannem, pronepotem felicis recordationis quondam domini Johannis pape XXIJ, tunc similiter notarium apostolice Sedis, in Sancti Georgii ad Velum aureum diaconos cardinales. Et sic in vita sua XXV cardinales fecisse comperitur.

Anno MCCCLIJ, pontificatus ejus XJ, hic papa clementia totus a[e] liberalitate respersus, ut Romanus populus devotissimi ac peculiares ejus et sacrosancte romane Ecclesie filii quedam eis incumbentia possent non minus facilius quam celerius expedire, predicto populo de XIIIJ milibus florenorum auri quantitate subvenit.

Eodem anno pontificatus XJ [3] dominus [4] de Gardia, Bracharensis archiepiscopus, in regnum Sicilie [5] citra Farum, cum pleno legationis titulo per eumdem pontificem destinatur, et de commissione specifica sibi facta predictus Ludovicus, in regem, et domina

1. Ulgellensem, *ms.* — 2. tituli Sancti Vitalis, *Bal.* — 3. XIJ, *ms.*— 4. Guillelmus, *ajouté par Bal.* — 5. Cicilie, *ms.*

Johanna, quondam domini regis Roberti neptis, [uxor] ipsius, in reginam predictorum regnorum Jerusalem et Sicilie per eumdem [archi]episcopum, auctoritate apostolica, in ecclesia majori Neapolitana, sollempniter juxta ritum romane Ecclesie coronantur [27 maii 1352].

Sunt et alia quedam, que si certo describi possent inchoationis ingressu, longum atque continuum [1] executionis habuere progressum. Illa igitur quorum maxime recolo sine cujusquam temporis expressione describam. Ac in primis occurrit capella que magne [2] turri, de qua cameram faciebat, annexa est, quam a fundamentis usque ad primum girum turris ejusdem in honorem sancti Michaelis erexit, illamque fecit picturis pulc[h]errimis exornari. Deinde magni consistorii locus et parve capelle papalis palatii, quod predecessor ejus fundaverat. Nam illum et illas nimium scientifice fecit et ministeriose [3] depingi. Nec abscedunt ab oculis opera multa que in Atrebatensi, Senonensi et Rothomagensi ecclesiis Clemens iste, clementie puteus et fons irriguus pietatis, exercuit; quia bene redituatas capellanias in earum qualibet ordinavit, multasque secretas ibidem et alibi nec tenues elemosinas est largitus, et maxime in papatu, in quo per alium modum etiam pontifex iste, misericordie pater, domum sibi preparavit in celis. Nam pro derelictis orphanis maritandis et pauperibus viduis sustentandis, necnon et indigentibus nobilibus adjuvandis, et oppressis debitorum oneribus [4] relevandis, per mundissimas manus reverendi patris domini Guillelmi, tunc archiepiscopi, nunc tituli Sancte Marie in Transtiberim presbiteri cardinalis, quem de tenendo secreto sacramento pariter et mandato perstrinxit, ultra centum milia florenorum misericorditer erogavit.

Adhuc pontifex iste, casus mundi considerans, ante predictum Benedictinum palatium valde ministeriosum [5] et pulcrum et capellam amplissimam nimiumque decoram, sub qua modo causarum et contradictarum audientie tenentur, a fundamentis grossissimis fecit edificari. Pontem insuper lapidum et lignorum, per quem de civitate Avinionensi in regnum Francie pertransitur, de IIIJ arcubus qui deficiebant in illo compleri mandavit, et factum est. Sacrosanctam insuper Lateranensem ecclesiam, que mater est ecclesiarum Urbis et orbis sedesque propria romani pontificis

1. arduum, *Bal.* — 2. magni, *ms.* — 3. *lege* misteriose. — 4. debitoribus omnibus, *Bal.* — 5. *lege* misteriosum.

atque prima, tecto, quod deficiebat in illa, honorabiliter restauravit. Videns autem et audiens hec et omnia supradicta manuum suarum opera perfecte completa, benedicens Dominum in vita sua, in dicta nova sua magna capella semel dumtaxat in Omnium Sanctorum festo sollenniter celebravit et facundissime predicavit, ac de votis ejus utcumque completis dignas Deo laudes exsolvit.

Sed quia necessarium est, cum venitur ad summum, ex illo descendere, quoniam ulterius ascendi non potest, et natus homo de muliere nunquam in eodem statu permanet, cumque nil sit in hac vita perpetuum, dictum summum pontificem, diebus ultimis mensis novembris de dicto dominice nativitatis anno MCCCLIJ, sui pontificatus XJ circa medium ejus anni, visitans manus Domini tetigit eum, visitatio cujus spiritum custodivit. Illum enim quedam invasit infirmitas, propter quam sexto die mensis decembris, tunc immediate sequentis, in festo beati Nicholai spiritum Domino reddidit, et memoria ejus in benedictionibus erit semper. Exequie ejus in ecclesia beate Marie Avinionensis fuerunt in crastinum sollenniter celebrate. Et demum exinde corpus ejus, juxta dispositionem ipsius, apud predictum Case Dei monasterium, quod ipse pontifex in ecclesia et domibus ampliavit, et capellaniis bene dotavit, et possessionibus augmentavit quampluribus, decoravit honorifice, portatum [1] fuit per dominos [fratrem] et nepotes ipsius cardinales superius nominatos, necnon per alterum fratrem ejus, dominum comitem Bellifortis, aliosque nepotes et consanguineos ejus, quos in papatu bene noverat, nullo spreto, devotissime simul et dolentissime nec minus cerimonialiter quam honorabiliter sociatum, sed virtutes ejus honorum obsequium non attingit, et in sepulcro novissimo, quod ipse in Villanova, Avinionensis diocesis, fieri sibi fecerat fabricari, quodque politissimi et pretiosissimi operis est, illuc [2] delato, et in capella quam preter alias [3] supra\'ictas pinguissime reddituatam ad hoc a fundamentis ibi construi fecerat situato sepultus est clementissimus ille Çlemens, clementie speculum, caritatis hospes, misericordie pater, pietatis allumpnus, liberalitatis minister, justitie pugil, equitatis athleta, concordie sator, et pacis amator, modestie norma, religionis exemplar, amicitie fomes, anchora spei, fidei basis, complacentie mos, eloquentie flos, honor generis et patrie decus; anima cujus requiescat in pace. Amen. Sedit annis XJ, mensibus VJ et diebus XVJ.

1. portatumque, *ms.* — 2. illud, *ms.* — 3. illas, *Bal.*

QUARTA VITA

CLEMENTIS VI

EX APPENDICE

PTOLEMAEI LUCENSIS

Anno Domini MCCCXLIJ et ab Urbe condita MMLXXXXVIIJ[1] nona[2] die maii, Avinione, ad locum Predicatorum, Clemens VJ, natione Lemovicensis, de quodam loco dicto Mestrio, Lemovicensis dyocesis, fuit in romanum pontificem electus[3], et coronatus XIIIJ kalendas[4] junii [19 maii].

Hic primo vocatus Petrus Rogerii, postmodum monachus et abbas cujusdam monasterii nuncupati *la Casa de Dio*, postmodum abbas Fiscanus in Normandia, deinde archiepiscopus Rothomagensis, deinde in cardinalem, et ultimo[5] in papam vocatus, sedit annis decem, mensibus sex[6], diebus XXVIIJ ab electione. Hic fuit vir magne divinitatis scientie atque fons sermocinorum. Hic largissimus fuit, atque in omnibus placidus et affabilis necnon conversabilis.

Hic anno primo pontificatus sui, temporibus jejunii septembris [20 septembris 1342], ordinavit presbiteros cardinales octo et dyaconos cardinales duos : [videlicet] dominum Tutellensem, suum fratrem germanum, primo monachum Tutellensem; dominum Guillermum, suum nepotem ex parte sororis germane; dominum de Guardia[7], suum consanguineum; dominum de Turre, de Auver-

1. et ab Urbe condita MMLXXXXVIIJ, *omis par Bal.* — 2. *lege* septima. — 3. assumptus, *B.* — 4. *omis par B.* — 5. cardinalatum, et ultimate, *A*, *Bal.* — 6. quinque, *B.* — 7. Gardia, *A*.

Désignation des manuscrits employés :

A = Bibliothèque nationale de Paris, ms. latin *5127*, fol. 360 r°-363 r°.
B = Bibliothèque Laurentienne, ms. latin *XIV, 19*, fol. 290 r°-293 v°.

gnia; dominum de Nicosia [1] archiepiscopum [2]; dominum Tornacensem, de Florentia; dominum Boloniensem [3]; dominum de Ciartis, de Lemovicinio [4]; dominum Claromontensem, de Lemovicinio [5], qui postea Innocentius VJ papa; dominum Ademarum Roberti, Lemovicensem; anno sequenti [27 februarii 1344] unum presbiterum et unum dyaconum cardinales : videlicet dominum Lemovicensem, suum nepotem ex parte sue sororis germane, dyaconum cardinalem, et dominum quondam nepotem Autisiodorensem cardinalem presbiterum, Attrebatensem [6].

Hic concessit Romanis rogantibus ut, sicut eis Bonifacius VIIJ concesserat quolibet anno Domini centesimo plenam indulgentiam et remissionem peccatorum visitantibus limina apostolorum Petri et Pauli, tantum obtinerent in quolibet quinquagesimo, quotiens eveniret [27 januarii 1343].

Hic instituit episcopum Pragensem in archiepiscopum metropolitanum Boemie [1344].

Postquam reconciliaverat Ecclesie predecessor suus domum de Vicecomitibus Mediolanensibus, ex quibus unum fecerat archiepiscopum Mediolanensem, et alterum in temporalibus vicarium Ecclesie, licet esset tyrampnus, et in pluribus urbibus Lombardie, hic etiam acceptavit eosdem.

Hic etiam dominum Aloisum [7] fecerat atque coronaverat de regno insularum deperditarum [1344], sed possessionem nunquam habuit.

Hujus tempore fere omnes civitates, terre et castra Patrimonii sancti Petri, Marchie Anconitane et Romandiole se rebellaverunt Sedi apostolice et ipsius in illis partibus rectoribus et officialibus, et omnes devenerunt in manibus tyrampnorum, videlicet Patrimonium in manibus [8] [Johannis de Vico, prefecti Urbis, Marchia in manibus [9]] dominorum de Malatesta et Galeoti de Arimino, Nolfii [10] et Galassii et ejus fratrum, nepotum comitis Guidi de Montefeltro, domini Alogiti de Fabriano, nepotis Burgarutii de Mathelica, Simidarii de Sancto Severino, nepotis domini Gentilis de

1. Necosia, *A;* Chosia, *B.* — 2. archipresbiterum *(sic)*, *B.* — 3. Bononiensem *(sic)*, *B.* — 4. Lemovicino, *B*, *Bal.* — 5. Lemovicino, *B*, *Bal.* — 6. *au lieu de* quondam nepotem... Attrebatensem *(sic) Baluze a mis* Atrebatensem, nepotem alterius domini Petri Bertrandi quondam episcopi Autissiodorensis *(lege* Eduensis), cardinalem presbiterum. — 7. Eloisum, *A*, *Bal.* — 8. manus, *A.* — 9. Johannis de Vico, prefecti Urbis, Marchia in manibus, *passage omis par les mss.* — 10. Nelfii, *A*, *Bal.*

Varano, nepotis Maholis[1] de Montemilano[2], nepotis domini[3] Pagionis[4] de Cingulo, Nicolai de Boscareto, filiorum domini Raymundi de Esio, et quamplurium aliorum tyrampnorum. Romandiola vero in manibus predictorum de Malatestis, Francisci Sinibaldi capitanei Forolivii, domini Johannis de Manfredis de Faventia, [et] Bernardini[5] de Polenta. Quas provincias predicti tyrampni cum eorum sequacibus[6] occupatas tenuerunt per tempora, ipso papa vivente.

Anno pontificatus sui quarto [1345-1346], comes de Arbi, Anglicus, cum ejus alligatis Vasconibus guerram mortalem et durissimam illo tunc manu potenti per Vasconiam, Petragoricensem et Pictavensem provincias fecerat, ferro [et] igne pene[7] illas partes devastando. Necnon simili modo comes de Norotono, Anglicus, cum suis alligatis Britonibus in dicto ducatu Britanie[8] faciebat[9].

Hujus tempore et sub anno MCCCXLVJ, de mense augusti[10], rex Eduardus Anglie cum octingentis navibus bene munitis ad guerram in Normandia[11] illo tunc applicuit, et viribus armorum villam Ca[do]mi [20 julii] et innumerabiles villas, castra et loca in dicto ducatu occupavit, ferro et igne pene devastans usque ad Sanctum Cloum prope Parisius; in quo loco dictus rex Anglie cum suo exercitu per diem totam et noctem sequentem castrametatus[12] est. Per paucos vero dies[13] sequentes, videlicet die sabbati XXVJ mensis augusti antedicti, rex Francie una cum rege Boemie, rege Navarre et rege Majoricarum, cum innumerabilibus ducibus, comitibus, baronibus ac nobilibus, necnon com[mun]itatibus armorum prelium cum dicto rege Anglie et suis gentibus habuerunt. Denique dictus rex Anglie et sue gentes bellum predictum obtinuerunt, et dictus rex Francie cum paucis apud Ambianenses[14] est receptus. Dictus autem rex Anglie per duos dies postea subtus temptoria[15] die noctuque in loco qui dicitur Cresci, in quo fuit bellum, castrametatus[16] est cum suo exercitu. In quo bello mortuus est rex Boemie, dux Lothoringie, comes de Lansano, frater dicti regis Francie germanus, comes Flandrie, et alii multi[17] comites et barones atque milites[18] Francigene; necnon, ut dicitur,

1. Michaelis, *B.* — 2. Montemulano, *Bal.* — 3. *omis par B.* — 4. Pagani, *Bal.* — 5. Bernardi, *Bal.;* Bernardum, *B.* — 6. sequentibus, *A*, *Bal.* — 7. *omis par B*, *Bal.*— 8. britabat, *A.*— 9. faciendum, *mss.*— 10. *lege* julii.— 11. Normanniam, *B.* — 12. castramentatus, *A.* — 13. dies vero, *A.* — 14. Ambianum, *Bal.* — 15. *lege* tentoria, *Bal.* — 16. castramentatus, *A.* — 17. multos *(sic)*, *B.* — 18. nobiles, *B.*

plus quam duodecim milia hominum Gallicorum in dicto bello ceciderunt mortui. De Anglicis vero pauci mortui fuerunt. Obtento bello, predictus rex Anglie cum suo exercitu versus villam Calesii iter assumpsit, et dictam villam obsedit, et ibi personaliter ipse rex cum regina et filiis atque suo posse in dicta obsidione stetit per XJ menses et XXVJ dies, donec ex vi et ex compulsione famis dictam villam liberam ad suam voluntatem et mandatum habuit illo tunc, invito rege Philippo Francie et suis gentibus [4 augusti 1347].

Item, durante dicta obsidione, gentes regis Anglie debellaverunt regem Scotie et suam gentem in territorio Eboracensi; in quo bello plus quam decem milia Scotorum mortui ceciderunt, et dictus rex Scotie vulneratus et captivatus est [1] atque conductus et positus in turri [2] Londoniarum. Et hoc fuit de mense octobris [17] anno Domini MCCCXLVJ.

Item, durante dicta obsidione, gentes dicti regis Anglie, que erant in ducatu Britanie, habuerunt prelium [20 junii 1347] cum duce Britanie et suis gentibus. Ultimate predictum bellum Anglici obtinuerunt, et trecenti milites de gentibus dicti ducis in dicto bello mortui ceciderunt, et dictus dux vulneratus atque conductus in Anglia [3] e[s]t positus in turri [4] Londoniarum.

Item, in MCCCXLVJ [5], comes de Arbi, qui erat locumtenens dicti regis Anglie in Vasconia, cum suis Vasconibus, Anglicis et aliis quos de Anglia conduxit, habuit bellum in mense octobris [21] cum comitibus et baronibus et [6] nobilibus et [7] communitatibus pene totius illarum partium lingue Auxitanensis in loco dicto de Albaroca [8]. Ultimate dictus comes de Arbi et sue gentes dictum bellum obtinuerunt. In quo bello mortui fuerunt comes Aymoneus de Pictavo, comes et capitaneus Francorum, cum multis aliis nobilibus; et circa tria milia inter mortuos et captivatos de Francigenis in dicto bello [perierunt]. Capti etiam fuerunt comes de Insula, Riconetus filius comitis Pictavi, et quamplures alii comites et nobiles. Ceperunt dicti Anglici vi armorum, post hujusmodi bellum, civitatem Pictavensem, villam Sancti Johannis de [9] Angelis, Tutelam, Bregeryacum [10], et multas alias villas ac loca, die noctuque huc et [11] illuc per illas [12] provincias discurrentes,

1. *omis par B.* — 2. turrim, *A*, *Bal.* — 3. Angliam, *B.* — 4. turrim, *A*, *Bal.* — 5. *lege* 1345.— 6. *omis par B.*— 7. atque, *Bal.*— 8. Albarona, *A;* Albarano, *B.* — 9. in, *A.* — 10. Bisgeyacam, *B.* — 11. *omis par Bal.* — 12. dictas, *Bal.*

ferro ac[1] igne pene omnia consumentes, cum infinitis captivis et spoliis in civitatem Burdegalensem se cum honore postmodum recipientes.

Hic papa miserat delphinum Viennensem cum crucesignatis ad partes ultramarinas; sed modicum relevavit christianos [1345-1347].

Item, misit dominum Anibaldum, Neapolitanum, et Claromontensem cardinales ad tractandum pacem vel aliquam treugam cum regibus Francie et Anglie ipsorumque regnis[2]. Qui cardinales in tantum studuerunt[3] quod eorum[4] opera treuga triennalis inter dictos reges ordinata extitit [28 septembris 1347], sed parum observata, specialiter in Vasconia et Britania.

Hujus tempore [1347-1348] fames valide fuerunt pene per [totum] universum.

Item, anno quinto sui pontificatus, etiam per universum orbem terribilis mortalitas incepit, adeo ut in illius fine de centum utriusque sexus personis juvenibus et [senibus[5]] in aliqua vix decem, in aliqua vero orbis parte vix quinque superviverent.

Hujus tempore inceptum fuit palatium novum cum audientia magna et capella atque turribus et quasi completum, necnon magna turris, que postmodum cremata extitit.

Hic etiam anno sexto sui pontificatus, XVJ kalendas junii, canonizavit sanctum Yvonem presbiterum et confessorem Britannicum.

Item anno septimo sui pontificatus [28-29 maii 1348] ordinavit dominum Bellifortem[6], suum nepotem germanum, in dyaconum cardinalem.

Hic approbavit processum et sententias latas contra Bavarum[7], et illo vivente ordinavit cum suis fratribus cardinalibus de novi imperatoris creatione. Quod et factum est, privato archiepiscopo Maguntinensi, qui dicto Bavaro[8] heretico adheserat. Electores quoque, ad quos electio romanorum imperatorum[9] pertinebat, de consensu et voluntate Sedis apostolice elegerunt et nominarunt in regem Romanorum et Alamanie ac imperatorem dominum Carolum, tertium filium regis Boemie; quam electionem dictus papa ratificavit et approbavit [1346].

1. et, *B.* — 2. regna *(sic)*, *mss.* — 3. operaverunt, *Bal.; omis par A.* — 4. quorum *au lieu de* quod eorum, *A.* — 5. fabris, *A;* fratribus, *B.* — 6. Bellifortis, *Bal.* — 7. Bavarium, *mss.* — 8. Bavario, *B.* — 9. romani imperatoris, *A*, *Bal.*

Hic etiam domino[1] regi Francie et Johanni duci Normandie de thesauro Ecclesie in eorum guerris, ut dicitur, mutuavit. Aliqui dicunt quod donavit circa octingenta milia florenorum auri.

Hic ditavit omnes fratres suos, cujuscumque conditionis vel status essent, tam de beneficiis ecclesiasticis quam de thesauris et honoribus atque officiis et divitiis mundanis.

Hujus tempore [27 septembris 1345] comes Aynonie pene cum omnibus suis nobilibus, in bello habito cum Frisonibus, mortui ceciderunt in ipso territorio.

Item, Leodienses bellum habuerunt[2] cum Brabantinis, in quo circa decem milia Leodiensium perierunt [21 julii 1347].

Hujus tempore [1344] rex Yspanie vi armorum regem Bellemarinum Sarracenum debellavit, cepitque per obsidionem villam Ceccelie[3], supra quam fuerat subtus tentoria rex Yspanie cum suo exercitu per duos annos vel circa.

Hujus tempore etiam dominus Luchinus de Vicecomitibus, tyrampnus Mediolanensis, quasi omnes civitates et terras Pedimontis occupavit, et paulo post moritur [24 januarii 1349]. Dominus vero Johannes, suus germanus, archiepiscopus Mediolanensis, efficitur dominus Mediolanensis et omnium terrarum occupatarum per suos tyrampnides. Hic papa dictum archiepiscopum et ejus nepotes excommunicavit propter occupationem factam per ipsos de civitate et comitatu Bononiensi et Pedimontis; ipsosque postea pro pecuniis absolvit, ac eis dominium et regimen dicte civitatis Bononiensis pro duodecim futuris annis nomine Ecclesie concessit, solvendo duodecim milia florenorum anno quolibet Ecclesie romane [1352]. Item, simili modo, concessit civitatem et districtum Ferrariensem marchionibus Estensibus, solvendo dicte camere anno quolibet decem milia florenorum auri.

Hujus tempore [18 septembris 1345] Andreas, rex Sicilie et[4] frater regis Ungarie, occiditur a suis domesticis de dicto regno, consentientibus, ut dicitur publice, aliquibus regalibus dicti regni et regina, sua uxore, Johanna. Propter quam mortem pene dictum regnum totum[5] fuit desolatum et destructum. Paulo post [1347] rex Ungarie cum infinitis gentibus armorum, de consensu omnium Italicorum et communitatum atque aliquorum nobilium de dicto regno, predictum regnum manu potenti intravit, et pene totum ad

1. Philippo, *ajouté par Bal.* — 2. habuerunt bellum, *Bal.* — 3. Cocdelie, *B;* Sevelie, *Bal.* — 4. Apulie, *ajouté par Bal.* — 5. pene totum regnum, *Bal.*

suas manus pervenit, capiendo ducem Durachii et ipsum decol-[l]ari faciendo, dictamque reginam cum domino Loysio de Taranto, quem asserebat suum virum esse, in Provinciam ex [timore [1]] dicti regis fugando [1348]. Quod regnum [2] Apulie predictus rex obtinuit, et paulo post in Ungariam recessit, dimittendo in predicto regno aliquos capitaneos suos cum gentibus armorum.

Item, prefato tempore, dictus papa duos legatos ex latere, unum in Ytaliam, et alium in Ungariam, cardinales pro pace inter dictos regem Ungarie et reginam ac Ludovicum facienda transmisit, Boloniensem [3] videlicet et Neapolitanum. Qui cardinales pacem inter ipsos posuerunt [1352], [et] dictum regnum Sicilie et Apulie in manibus dictorum [4] regine et domini Ludovici nomine Ecclesie romane possidendum, et [in possessionem] posuerunt dictum dominum Ludovicum in regem per archiepiscopum Bracharensem, apostolice Sedis commissarium in hac parte, de dicto regno coronatum [1352].

Hujus tempore archiepiscopus Mediolanensis et tyrampnus transmisit [5] circa tria milia barbutas et totidem pedites cum consensu [6] et adjutorio nobilium Gebelinorum de Tuscia [7] ad occupandum civitates et loca Tuscie [8] que erant in communi. Sed ultimate modicum eis profecit. Nam predicte civitates pacem cum predicto archiepiscopo habuerunt [31 martii 1353].

Hic pontifex, anno nono sui pontificatus, tempore jejunii de mense decembris [17 decembris 1350], ordinationem fecit de infrascriptis cardinalibus, videlicet Egidio Hispalensi archiepiscopo, [9] Guillermo Cesaraugustano, Raymundo Tholosano, Pastore Ebredunensi archiepiscopis, et de domino episcopo Albiensi, et Nicolao Capoci, [10] Romano, Urgellensi episcopo, domino Appamiarum et Raynaldo de Ursinis, etiam Romano, prothonotario pape, Johanne de Caramagnia prothonotario, abbate Sancti Dyonisii, et domino de Morino [11] generali Predicatorum, ac de Petro episcopo Autisiodorensi.

Hujus tempore [22 augusti 1350] Philippus rex Francie moritur et coronatur primogenitus suus, Johannes dux Normandie, de eodem regno.

1. exteriorem *(sic)*, *mss.* — 2. Sicilie et, *ajoutés par Bal.* — 3. Bononiensem, *mss.* — 4. dicte, *Bal.* — 5. et, *ajouté par A.* — 6. consilio, *B.* — 7. Tussia, *A.* — — 8. Tussie, *A.* — 9. et, *ajouté par B.* — 10. etiam, *ajouté par B.* — 11. Molino, *Bal.; lege* Molendino.

Hujus tempore dominus Guido, Boloniensis [1] cardinalis, de consensu pape et motu proprio, ivit in Franciam, suis expensis, ad tractandum pacem cum dicto rege et Edoardo rege Anglie. Veneruntque certi duces et ambassiatores postmodum Avinionem tempore Innocentii VJ, anno pontificatus sui primo [2], ad perficiendum ea que ordinata erant per dictum dominum cardinalem circa dictam pacem. Sed ultimate concordare non valentes, ad eorum regna recesserunt. Et hoc propter defectum partis regis Francie denegantis observare, ut communiter dicebatur, ea que tractata, scripta et sigillata, et per ipsos in manibus dicti cardinalis jurata fuerant.

Hujus tempore [1344] rex Majoricarum ejectus fuit de suo regno et de comitatu Rossillonis per regem Aragonum. Qui rex et regina cum filiis suis Avinionem venit, et per plures annos in curia cum competenti statu permansit. Et paulo post dictus rex Majoricarum cum suo posse civitatem Majoricarum manu armata intravit, sed resistere non potuit gentibus regis Aragonum. Captus extitit per ipsos et decol[l]atus fuit, necnon omnes sui sequaces perierunt in manibus Aragonum [1349].

Hujus tempore [decembri 1350] rex Johannes de Francia fuit in curia ad visitandum dictum papam; quem dictus papa honorifice recepit, et per tres dies bulla in forma pauperum aperta fuit generalis.

Hic non modicum diminuit jura, jurisdictiones, libertates, thesaurum atque patrimonia beati Petri et Ecclesie romane.

Hujus tempore Pisani debellaverunt Florentinos super territorium [3] civitatis Lucane [4]. Et obsederunt dicti Pisani eamdem civitatem per octo menses; et fame compulsi illam detinentes reddiderunt [5] se dictis Pisanis, et civitas fuit totaliter in eorum manibus [6 julii 1342].

Hujus tempore [1347] quidam nomine Nicolaus Rentii, de Urbe Romana [6] notarius, sui industria [et] sine consensu dicti pape, sed motu [7] ipsius et populi Urbis factus tribunus et dompnus Urbis, regnavit per aliquod tempus in Urbe. Preliavit illo tunc cum Columpnensibus et eorum sequacibus ad portam Sancti Laurentii dicte Urbis; quos debellavit, et mortui ceciderunt Stephanus de

1. Bononiensis, *mss.* — 2. *lege* secundo (decembris 1354). — 3. territorio, *B.* — 4. Lucani *(sic)*, *B.* — 5. retinentes dederunt, *B.* — 6. Romanus *(sic)*, *A.* — 7. nutu, *Bal.*

Columpna cum Johanne, filio suo, et tribus suis consobrinis et [1] quampluribus eorum sequacibus. Qui tribunus post hec aliqua presumpsit contra jurisdictionem Ecclesie facere. Propter quod dictus papa, cum consensu suorum fratrum cardinalium necnon aliquorum nobilium de Urbe, dictum tribunum suo officio exclusit, ipsumque fugavit de Urbe. Acceptavitque sibi [2] in Almania apud Boemiam [1350]. Qui captus extitit per nuntios Caroli electi in imperatorem Romanorum, et Avinionem dicto pape conductus, captivatus existens [3] per tempora, et per suum successorem Innocentium relaxatus et transmissus paulo post ad suum officium per dictum papam [4] reassumendum; quod et factum est. Ultimate paulo post per suos emulos captus est [5] in Capitolio et ibidem trucidatus [8 octobris 1354].

Hujus tempore [9 junii 1348] civitas Avinionensis empta fuit pro Ecclesia a regina Johanna, consentiente viro suo domino Ludovico de Taranto, postea coronato in regem Sicilie et Apulie de consensu dicti pape et cardinalium.

Hic die sexta decembris, in die sancti Nicolai, anno Domini MCCCLIJ, Avinione, in palatio apostolico, ad Christum migravit. Sepultus est in monasterio de *la Casa de Dio*, Claromontensis dyocesis [6].

1. aliis, *ajouté par Bal.* — 2. *omis par B.* — 3. *lege* extitit, *Bal.* — 4. per dictum papam ad suum officium, *Bal.* — 5. *omis par Bal.* — 6. *Baluze a ajouté à cette Vie une finale empruntée à Werner de Bonn; cf. appendice I,* Corpus portatum fuit... tumulatum.

QUINTA VITA

CLEMENTIS VI

AUCTORE PETRO DE HERENTHALS

PRIORE FLOREFFIENSI

Clemens VJ, qui prius Petrus Rogerii est nuncupatus, primo existens niger monachus, deinde factus est magister in theologia, et postmodum episcopus Rothomagensis [14 decembris 1330], post cardinalis [18 decembris 1338], et ultimo factus est papa. Cepit anno Domini MCCCXLIJ.

Qui cum eodem anno circa Penthecosten [circa 19 maii 1342] faceret gratias generales in Avinione, tanta convenit multitudo clericorum volentium in gratia pauperum impetrare quod numerus clericorum pauperum tunc in examinationibus dyocesium [1] per universum orbem fuit computatus ad centum milia clericorum, prout ego personaliter ibidem tunc existens veridicorum relatione intellexi.

Hic papa cum in principio sui pontificatus faceret reservationes abbatiarum et prelaturarum, electiones conventuum et capitulorum irritas [2] habens, et super hoc sibi fuerit intimatum quod hujusmodi reservationes a suis predecessoribus minime fuerint [3] facte, ipse fertur respondisse : *Predecessores nostri nesciverunt esse papa* [4].

Ipse sumptuosissimum tenuit statum et multum pomposum ac secularem, prout [5] audivi et pro parte cognovi.

Fertur quidam tunc suam dicto Clementi dedisse supplicationem,

1. diocesum, *Bal.* — 2. irritans *(sic)*, *A.* — 3. fuerunt, *A.* — 4. papam, *A.* — — 5. ut, *Bal.*

Désignation des manuscrits employés :

A = Bibliothèque royale de Bruxelles, ms. *12000*, fol. 139 v°-144 v°.
B = Bibliothèque nationale de Paris, ms. latin *4931 A*, fol. 225 r°-229 r°.

addens eidem quosdam versus; qui, si ejus supplicatio admitteretur, ipsi versus legerentur recto ordine in laudem pape; si vero ejus supplicatio refutaretur, dicti versus legerentur ordine retrogrado in dicti pape vituperationem. Et sunt tales :

Laus tua, non tua fraus, virtus, non copia rerum,
Scandere te fecit hoc[1] *decus eximium.*
Pauperibus tua das, nunquam stat janua clausa.
Fundere res queris, nec tua multiplicas.
Conditio tua sit stabilis, non tempore parvo
Vivere te faciat hic Deus omnipotens.

Anno autem MCCCL fuit annus jubileus per dictum papam ordinatus et constitutus in Roma tanquam in loco dignissimo, in quo, ut ait beatus Gregorius, ultra sex milia corpora sanctorum in qualibet die anni requiescunt, prout in prologo dicti jubilei dictus papa Clemens asserit, qui sic incipit : *Ad memoriam*, etc.[2]. Hic papa Clemens dedit Romanis bullam de dicto jubileo, in qua de consensu fratrum suorum cardinalium, claves gerens celestis Ecclesie, universis et singulis pro prima vice qua infrascripta dicte bulle audient vel legent largitur[3] misericorditer quadraginta annos indulgentie.

Clemens, episcopus, servus servorum Dei, etc. *Cum natura humana ad statum magne senectutis minime perveniat, et hoc ratione sue grandis fragilitatis, qua incessanter vexatur, et de centum in centum annis in ista*[4] *civitate Rome sit indulgentia* [*plena*] *et remissio peccatorum, et pauci sint quibus ad decrepitam etatem liceat pervenire, propter quod a desiderio predicte indulgentie*[5] *quamplurimi remanent frustrati, auctoritate nostra et potestate apostolorum Petri et Pauli, qua nos*[6] *fungimur, ex parte Dei omnipotentis, omnibus christianis venientibus ad sanctam civitatem patriarchalem, numerando a die*[7] *qua* [*alia*] *indulgentia fuit et ab ipsa die completis XLVIIIJ annis*[8]*, totum quinquagesimum*[9] *annum indulgentie et remissionis damus et ut sequitur impertimur*[10]*. Quicumque igitur qui peregrinandi causa ad sanctam civitatem patriarchalem antedictam accedere proposuerit, illa die qua de hospitio suo viam arripere voluerit, eligere possit confessorem seu confessores et in via et in locis aliis quibuscumque : quibus quidem confessoribus auctoritate nostra*[11] *concedimus plenam*

1. non, *B.* — 2. *omis par B, Bal.* — 3. largiter, *A.* — 4. *lege* sancta, *Bal.* — 5. indulgentie predicte, *A.* — 6. *omis par Bal.* — 7. de, *ajouté par B.* — 8. XLVIIIJ annis expletis, *A.* — 9. quadragesimum, *corrigé en* quinquagesimum *très postérieurement, B.* — 10. impartimur, *B.* — 11. predicta, *Bal.*

potestatem absolvendi omnes casus papales ac si persona nostra [1] *ibi esset. Item concedimus quod si vere confessus in via moriatur,* [2] *ab omnibus peccatis suis sit immunis penitus et absolutus* [3]. *Et nichilominus prorsus mandamus angelis paradysi quatenus animam illius a purgatorio penitus absolutam in paradysi gloriam introducant. Item volumus et ordinamus quod omnes archiepiscopi et episcopi, absque hoc quod a nobis vel superioribus licentiam eis petere oporteat, possint suas provincias exire cum ad predictam voluerint accedere civitatem. Item concedimus de gratia speciali omnibus rectoribus et curatis in exemplar sanctarum animarum datis desiderantibus venire ad prefatam civitatem patriarchalem quod ipsi possint suas ecclesias vel sua beneficia per annum integrum arrendare. Et si contigerit in via eos* [4] *ab hac luce migrare, volumus quod tytulus nostre donationis* [5] *illo anno roboris habeat firmitatem, et quod nullus impetrans generaliter aut specialiter* [6] *aliquod impedimentum inferre audeat sub amissionis sue impetrationis* [7] *pena et maledictionis eterne, et nichilominus exnunc prout extunc* [8] *suam gratiam annullamus. Item sancto ordini monachorum nigrorum et alborum concedimus privilegium speciale, videlicet quod moti devotionis affectu, volentes visitare dictam sedem nostram, predictam indulgentiam assequentur* [9], *vel* [10] *si eorum abbas nollet eos ad hoc licentiare, monachus hujusmodi, devotione ductus, coram tribus antiquis possit eum requirere et repetere ab eodem ut ad* [11] *predictam indulgentiam Sanctamque Sedem visitandam licentiam sine difficultate conferat veniendi, necnon pretium sui victus* [12], *vestitus et calciamenti ratione accessus et regressus totius anni habeat dare. Quod si hujusmodi ordinationis nostre contemptor fuerit, predictum ire volentem impediendo, maledictionem Petri et Pauli apostolorum eidem imputamus* [13], *et eum ab omni officio suo perpetuo deponimus et privamus. Item moniales, si tamen illis, qui eas regunt, visum fuerit eas fore licentiandas, licentiam habeant antedictam. Si vero rectores earum aliquas ex eis ratione aliqua remanere judicaverint, unum psalterium qualibet septimana dicant, ut Deus eos qui predictam indulgentiam* [14] *acqui-*

1. personaliter, *ajouté par Bal.* — 2. quod, *ajouté par A, B.* — 3. et penitus absolutus, *Bal.* — 4. eos in via, *Bal.;* eis *au lieu de* in via eos, *B.* — 5. donationes *(sic)*, *B.*— 6. noster generalis aut specialis, *A*, *B.*— 7. impetrationis sue, *A.* — 8. ex tunc prout ex nunc, *Bal.* — 9. assequantur, *Bal.* — 10. et, *Bal.* — 11. ab *(sic)*, *B.* — 12. predictum sui victum *au lieu de* pretium sui victus, *A.* — 13. imprecamur, *Bal.* — 14. qui predictam indulgentiam habeant supradictam *(sic)*, *B.*

sierint [1] *dignetur in sua gratia conservare, volentes quod hujusmodi moniales indulgentiam habeant supradictam* [2]. *Item illi qui in* [3] *decrepita senectute vel alia incurabili infirmitate fuerint pregravati, si pro itinerantibus ad dictam sanctam indulgentiam qualibet septimana tres Pater noster dixerint, predictam indulgentiam habeant pari modo. Si vero, quod absit, aliqui predones, vispiliones* [4], *vel aliquis fur, vel cujuslibet alterius rei custos vel consors, vel etiam quicumque alii euntibus ad sanctam civitatem vel repatriantibus ab eadem impedimentum vel gravamen, directe vel indirecte, juvando vel consulendo ausus vel ausi fuerint opponere, propter quod obedienti filio eundo vel redeundo molestia inferatur, maledictionem apostolorum Petri et Pauli, quam eis imputamus* [5], *se noverint incurrisse. Et nichilominus, ne facilitas venie incentivum tribuat delinquendi, volumus quod qui hujusmodi devotionis sancte fractor extiterit seu violator, nisi ad nos seu nostros penitentiarios cardinales velocem habuerit* [6] *recursum, et nisi in mortis articulo dumtaxat, premissa tamen dampni illati satisfactione, absolutionis beneficio gaudeat quoquo modo. Volumus insuper quod omnes Romipete patrie Rome, Campanie, Tuscie, Apulie, Calabrie, Principatus, terre Laboris, Ytalie, usque ad Pedemmontis in predicta civitate per unum mensem sequentem residentiam faciant, qualibet die visitando Sanctum Petrum, Sanctum Johannem de Laterano, Sanctam Mariam vocatam le Majour* [7], *Sanctum Laurentium extra muros, Sanctam Crucem in Jherusalem, Sanctum Sebastianum, ubi fuit dictum et in romana curia scriptum : In loco isto* [8] *est divina promissio et peccatorum remissio* [9] *et claritas perpetua meritis sancti Sebastiani* [10] *et propter cathecumbas* [11] *sanctorum* [12] *apostolorum Petri et Pauli, et ratione cimiterii Sancti Calixti* [13] *quod ibi est, et ratione CLXXIIIJ milium martyrum qui ibi sunt sepulti cum XVJ summis pontificibus qui pro Christi fide martyrium pertulerunt. Visitent etiam et Sanctum Paulum, qui veritatis exstitit lucidissimus predicator. Provinciales vero et Gallici, Aragonenses, [Castellani] et Cathalani, Portugalenses* [14], *Navarii* [15], *Anglici, Hungarii, et cetere nationes per XV dies in dicta civitate continue resideant, predictas ecclesias*

1. acquisierunt, *A*, *B*. — 2. hujusmodi indulgentiam supradictam *(sic)*, *B*. — 3. *omis par A*. — 4. visipiliones, *A*. — 5. imprecamur, *Bal*. — 6. habuit, *A*. — 7. Major, *A*. — 8. in isto loco, *A*. — 9. et peccatorum remissio, *omis par B*. — 10. Sebestiani, *A*.— 11. catacumbas, *Bal*.— 12. sanctas, *B*, *Bal*.— 13. Kalixti, *A*. — 14. Perchi grilentes et *au lieu de* Portugalenses, *A;* Perchigi et lenthes, *B*. — 15. *omis par B*.

visitando. Cum autem fideles predicti ista devotione[1] *compleverint suas peregrinationes, ostendetur eis ex mandato nostro sudarium Domini nostri Jhesu Christi. Quo viso, ab omnibus peccatis suis sint absoluti, et indulgentias habeant ab eisdem. Nosque*[2] *ex parte Domini nostri Jhesu Christi, cujus sumus in terra vicarius, reducimus*[3] *eos ad statum in quo erant die illo quo baptismum susceperunt*[4]*, de gratia speciali. Confirmamus insuper et virtutis robore solidamus omnes gratias et indulgentias quascumque ducentorum trium pontificum qui fuerunt ab apostolo Petro citra*[5]*, ab eisdem dicte civitati patriarchali erogatas; que gratie seu indulgentie sunt innumerabiles, prout nobis constat per aut[h]enticas scripturas doctorum et*[6] *originalia earum*[7] *approbata. Volumus insuper et de consensu fratrum nostrorum ordinamus quod si aliqua persona de predicta indulgentia rediens, instigante dyabolo, consentiat*[8] *peccato, et in peccatis perseverando contingeret eam mori, ratione peccatorum que de antea commiserat, que sub virtute anni quinquagenarii fuerunt ablata et indulta, nolumus*[9] *quod pena inferni sibi aliquatenus inferatur nisi ratione illorum que post supremum adventum*[10] *fuerint*[11] *perpetrata. Istam indulgentiam auctoritate Petri et Pauli apostolorum de quinquaginta in quinquaginta annis predicte*[12] *concedimus civitati. Istud*[13] *est jocale mirabile et pretiosum ac etiam ab omnibus fidelibus desiderandum, quod nos per manus dictorum*[14] *legatorum, videlicet Jacobi Savil, Bonifacii et Jacobi de Columpna, et ceterorum civium civitatis Romane eidem civitati misericorditer destinamus. Si quis autem temeritatis arrogantia ausus fuerit*[15] *infringere predicta vel contra ea imprecari, excommunicationis sententiam et eternam maledictionem se noverit incurrisse. Datum Avenione,* IIIJ *kalendas julii, pontificatus nostri anno tertio* [*28 junii 1344*].

Predicto autem anno [1350], ut prefertur, instituto et publicato per totam christianitatem, innumerabilis populus utriusque sexus perrexit turmatim ad Romanam civitatem pro predictis[16] indulgentiis impetrandis et habendis : cujus tanta fuit multitudo quod, prout quidam Romipeta, homo veridicus, michi narravit, cotidie infra dictum[17] annum ad quinque milia peregri-

1. devote, *A.* — 2. quoque, *A.* — 3. reducamus, *A.* — 4. acciperunt, *A.* — 5. circa, *A.* — 6. *omis par A.* — 7. eorum *(sic)*, *A.* — 8. alicui, *ajouté par Bal.* — 9. noluimus, *A.* — 10. postea *au lieu de* post supremum adventum, *Bal.* — 11. fuerunt, *A, B.* — 12. *omis par B;* prefate, *Bal.* — 13. enim, *ajouté par Bal.* — 14. predictorum, *A.* — 15. fuit, *A.* — 16. peccatis *(sic)*, *B.* — 17. predictum, *A.*

norum intrantes et exeuntes [1] Romam bene poterant computari.

Anno autem VIIJ pontificatus dicti Clementis, videlicet anno Domini predicto [1349], discurrebant per diversas Alamannie provincias congregationes hominum utriusque sexus se mirabiliter flagellantes, de quibus feci mentionem in tytulo de Karolo [2], ultimo imperatore. Horum vero sectam dictus Clemens, auctoritate apostolica, compescuit et annullavit per suam constitutionem, cujus tenor talis est, ut sequitur.

Clemens, episcopus, servus servorum Dei, venerabilibus fratribus archiepiscopo Maguntinensi ejusque suffraganeis, salutem et apostolicam benedictionem. Inter sollicitudines innumeras et immensas quibus ultra vires ex apostolice servitutis debito perurgemur, illud cordi nostro potissime insidet et ad hoc attentius studia nostra convertimus et conatus ut apud omnes Christi nominis professores orthodoxa fides fulgeat, et sic catholice et apostolice Ecclesie norma sine quocumque fictionis, simulationis, seu velaminis pallio pure et laudabiliter observetur quod a vinea Domini Sabaoth, cujus cura nobis licet inmerito [3] est commissa, vepres et urtice tam periculose quam dampnabiliter succrescentes evellantur radicitus [4], et vulpecule, que ipsam demoliri nituntur, per apostolice Sedis providentiam abigantur. Sane molesta nobis, etc., *ut apud Odoricum Raynaldum ad annum 1349, § 20.*

Postquam vero predictus Clemens papatum tenuerat per decem annos, percussus apostemate in dorso, cum familiares sui ivissent prandere, solo camberlano secum relicto, ipsius apostema erumpens et cor ejus submergens, subito exspiravit.

1. euntes, *B, Bal.* — 2. magno, *ajouté par B, Bal.* — 3. inmeritis, *Bal.* — 4. radicibus, *A.*

SEXTA VITA

CLEMENTIS VI

excerpta ex opere anonymo
quod *Breviarium historiale* vocatur.

Clemens VJ, natione Lemovicensis, electus fuit [1] in papam anno Domini [2] MCCCXLIJ. [3] In cathedra Petri sedit [4] annis XJ.

Anno primo sui pontificatus, in estate [1342], fuit tanta aquarum inundantia fere per totum mundum, non a pluviis orta, sed undecumque [5] scaturire, etiam in montium cacumine, videbatur, adeo quod loca inconsueta [6] occuparet, et in civitate Avinionensi navigio iretur [7], et per muros multarum civitatum, et presertim civitatis Coloniensis, a navibus [8] scanderetur. Pontes et turres plurime ruerunt [9] ab aquis suffosse.

Eodem anno, de mense [10] januarii [1343], prefatus papa, presentibus ambaxiatoribus Romanorum, in anno quinquagesimo futuro omnibus visitantibus Urbem concessit indulgentiam ple-

1. *omis par B, Bal.* — 2. *omis par H, Bal.* — 3. et, *ajouté par E, H.* — 4. sedit in cathedra, *E, H.* — 5. undequaque, *A, Bal.* — 6. mansueta, *B, G, Bal.* — 7. irentur, *A.* — 8. manibus, *B, Bal.* — 9. ruerent, *A, C, D, E, F, G, H, I.* — 10. mensis *(sic) au lieu de* de mense, *A.*

Désignation des manuscrits employés :

A = Bibliothèque de la ville de Troyes, ms. *498 bis*, fol. 206 v°-208 r°.
B = Bibliothèque nationale de Paris, ms. latin *5033*, fol. 159 v°-160 v°.
C = Bibliothèque nationale de Paris, ms. latin *4943*, fol. 241 v°-242 v°.
D = Bibliothèque nationale de Paris, ms. latin *4913*, fol. 167 r°-168 r°.
E = Bibliothèque nationale de Paris, ms. latin *4944*, fol. 179 v°-180 v°.
F = Bibliothèque nationale de Paris, ms. latin *9670*, fol. 151 r° et v°.
G = Bibliothèque Vaticane, *Ottoboni 1758*, fol. 174 v°-175 v°.
H = Bibliothèque Vaticane, *Vaticanus 3757*, fol. 148 r° et v°.
I = Bibliothèque Sainte-Geneviève de Paris, *Œ*, *327*, incunable édité à Poitiers en 1479, cahier *r*.

nariam; et annum illum instituit jubileum in perpetuum [1], quem olim Bonifacius octavus statuerat [2] de centesimo in centesimum [3], iste de quinquagesimo [4] in quinquagesimum commutavit [5].

Dictus summus [6] pontifex, anno secundo sui pontificatus, [13] ydus [7] aprilis [12 aprilis 1344], processus contra Ludovicum ducem Bavarie innovans, ipsum penitus [8] reprobavit [9], monuitque electores ut ad electionem procederent; alioquin Sedes apostolica provideret [10].

Eodem anno *(sic)* [11], de mense junii, Edoardo, rege Anglie, contra Philippum, regem Francie, mare transituro, prope Sclusam portum Flandrie obviante, exercitus Francorum confligitur, tanta strage [12] facta [13] quod aqua maris plerisque diebus tincta sanguine videretur.

Dicti pontificis tempore et [14] anno [MCCC]XLVIJ *(sic)* [15], inter Philippum, Francie, et Edoardum, Anglie reges, prope Cressi [16] confligitur. Ibidem rex Boemie, comes Flandrie et quamplures [17] terrarum domini, propter regem Francie advenientes, occisi sunt [18], victoria cedente Anglicis [19].

Subsequenti anno circa Purificationem beate Marie [20] Virginis [21] [circa 2 februarii 1348] cepit mortalitas Avinioni [22], durans ibi fere per annum; et deinde per partes alias serpendo per totam Franciam, Ytaliam et Alamaniam crassabat [23] tam vehemens ut [24] vivi vix sufficerent mortuos pre multitudine [25] sepelire, et multe ville et loca multo tempore deserta [26] manerent [27]. Nascebantur hominibus ulcera sub acellis [28] et in inguine [29], et [30] hiis natis, post tertium diem [31], supervivere non poterant [32]. Aliqui etiam proprio

1. in perpetuum, *omis par F, I.* — 2. instituerat, *E.* — 3. in centesimum, *omis par H.* — 4. centesimo, *H.* — 5. commutavit in quinquagesimum, *A, B, E, H, Bal.;* commutavit in quinquennium *(sic), G.* — 6. *omis par C, D, F, I.* — 7. ydibus, *D, F, Bal.* — 8. in exilio, *ajouté par E.* — 9. renovavit, *C.* — 10. alioquin Sedes apostolica provideret, *omis par B, Bal.* — 11. *lege* 1340. — 12. strages, *mss.* — 13. *omis par B, Bal.* — 14. *omis par A, Bal.* — 15. *lege* 1346. — 16. Cressy, *B, Bal.;* processi *au lieu de* prope Cressi, *E.* — 17. alii, *ajouté par H.* — 18. *au lieu de* propter regem Francie advenientes, occisi sunt *E met* advenientes in auxilium regis Francie interempti sunt. — 19. Anglis, *Bal.* — 20. *omis par G, H.* — 21. Virginis gloriose *au lieu de* beate Marie Virginis, *E.* — 22. Avinionis, *B.* — 23. crassabatur, *A, E;* cressabat, *D;* crescebat, *F, H, I.* — 24. et, *A.* — 25. pre multitudine mortuos, *E.* — 26. deserte, *G, H, I.* — 27. *au lieu de* et multe... manerent *E met* unde multe ville et loca diu et diu deserte manserunt. — 28. assellis, *H;* axellis, *Bal.* — 29. et in inguine, *omis par I.* — 30. ex, *B, Bal.* — 31. supervenire alias, *ajouté par C.* — 32. *au lieu de* post tertium... poterant *E met* diem post tertium supervivere non valebant.

sanguine [1] suffocabantur. Hanc pestilentiam aliqui asserebant ex conjunctione quarumdam [2] planetarum ortum habuisse in signo Aquarii, cujus effectus viginti annis erat duraturus, et ex aere corrupto, ita quod homines se mutuo inficiebant, sicut ad hoc erant dispositi secundum complexiones [3].

Anno sequenti [1348] Judei per totam Alamaniam fuerunt combusti, quibus imponebatur [4] quod fontes et puteos intoxicassent [5]; et aliqui torti id confessi fuerunt [6] esse verum.

Subsequenti anno [1349] et die [7] septimo septembris terre motus fuit Rome et in multis civitatibus Ytalie; tuncque ecclesia Sancti Pauli Rome et plura alia edificia ceciderunt.

Hoc tempore [1349] Delphinatus [8] Viennensis venit [9] ad manus Karoli, primogeniti Johannis regis Francie, ex ultimi delphini [10] renunciatione, qui ex milite factus fuit patriarcha [11] Alexandrinus [3 januarii 1351].

Anno Domini MCCCLJ visum fuit in Provincia portentum ignis in celo quod a philosophis [12] vocatur [13] candela rotunda.

Quo anno [1349] in Alamania surrexit quedam secta pestifera gentium, qui se penitentes cruciferos seu flagellatores appellabant. Confluebant hujusmodi [14] ex diversis doctis cum indoctis, nobilibus cum ignobilibus [15], sine delectu [16] personarum congregatis; et peregre euntes [17] sub vexillo crucifixi, triginta duobus diebus cum dimidio peractis, nunquam in uno loco [18], preterquam diebus dominicis, bina nocte quiescentes. Faciebant autem penitentiam mane et sero, nudantes corpora, solis femoralibus retentis [19], se flagellabant flagellis nodosis acubus insutis cum tribus cordis ictus [20] dantibus. Hec secta cepit in superiori Alamania; et ad inferiorem [21]

1. sanguine proprio, *E*. — 2. aliquarum, *B, C, D, E, F, G, Bal.;* aliquorum, *I*. — 3. *au lieu de* Hanc pestilentiam, *etc., E met* Hanc pestilentiam autumabant aliqui quarumdam planetarum ex conventione in signo Aquarii ortum habuisse, cujus effectus annis XX erat duraturus, et ex aere infecto; unde homines se mutuo inficiebant secundum quod erant ad hoc dediti eorum juxta complexiones. — 4. impingebatur, *A, C, E, F, G, H, Bal.;* impinguebatur, *B*. — 5. intocicassent, *C, D, I*. — 6. fuerant, *A, B, C, D, F, G, H, Bal*. — 7. *omis par A, B, C, D, F, G, H, I, Bal*. — 8. Dalphinatus, *A, B, E, H, Bal*. — 9. *placé après* Karoli *par C, D, F, I*. — 10. dalphini, *C, E, H*. — 11. patriarcha fuit, *B, Bal*. — 12. philosopho, *A, Bal.;* ad philosophum, *B*. — 13. appellatur, *A, B, C, D, F, G, I, Bal*. — 14. Confluebat ibidem, *H*. — 15. innobilibus, *A, B, C, D, F, G, I*. — 16. deletu, *B, E, G, H, I*. — 17. euntibus, *E*. — 18. loco uno, *A, B, Bal*. — 19. relictis, *Bal.;* redactis, *B*. — 20. jactus, *C, D, F, I*. — 21. inferiora, *B, Bal*.

descendit [1], demum [2] ad partes Gallicanas. Et si [3] prohibiti fuissent a clero, minabantur violentiam se [4] facturos. Finaliter vero, nisi quod [5] dominus papa sub sententia anathematis id prohibuit, mala plurima per eos attemptata fuissent.

Et quia, ut premissum est, dictus summus pontifex [6] electores Imperii [7] monuerat ut ad electionem procederent, ideo Coloniensis, Treverensis et Maguntinensis archiepiscopi, dux etiam Saxonie et Johannes, Boemie rex, in villa Rense [8], Treverensis dyocesis, dominum Karolum, dicti regis Boemie primogenitum, in regem Alamanie elegerunt [11 julii 1346], [9] qui postea in oppido Bunnensi [10], Coloniensis [11] dyocesis, circa festum sancte Katherine corona ferrea extitit coronatus [26 novembris 1346], eo quod urbs Aquensis, ubi hoc fieri est consuetum, et [12] Frankenfordia, ubi electio celebrari consuevit, Bavaro tunc viventi [13] adherebant [14]. Hic imperator, [15] anno [MCCC]LV [16], descendens in Ytaliam, coronam imperialem suscepit, et uxor ejus cum eo in basilica Sancti Petri Rome in die sancto Pasche [5 aprilis 1355]; statimque Romam exiens, vicarium fecit marchionem Montisferrati in Ytalia, et episcopum Augustensem in civitate Pisana.

Verum, quia populus Romanus perprius, anno scilicet [17] quadragesimo septimo, nobilium urbis regimine tyrannico conculcatus, quemdam Nycholaum Laurentii, notarium Urbis, in tribunum elegerat. Qui, populi fretus auxilio, multos nobilium occidit, seque lavari [18] faciens in concha [19], qua olim Constantinus imperator mundatus est a lepra, ipso [20] die sancto Penthecostes [20 maii 1347 [21]] miles factus, talem titulum [22] sibi [23] usurpavit : *Candidatus Spiritus Sancti, miles, Nicholaus, severus et* [24] *clemens, liberator Urbis, zelator Ytalie, amator orbis* [25], *et tribunus augustus.* Iste gubernando Urbem, pacem multam [26] in ea et in vicinis [27]

1. descendens, *A, B, C, D, F, G, I, Bal.* — 2. demumque, *E, H.* — 3. nisi, *E.* — 4. se violentiam, *Bal.* — 5. quia, *A, B, C, D, E, F, I. Bal.* — 6. pontifex summus, *D.* — 7. imperatoris, *A, E.* — 8. Renso, *Bal.;* Reuso, *B;* Reusse, *E;* Reuse, *G, H.* — 9. Karolus igitur predictus, primogenitus regis Boemie, in regem electus fuit, *ajoutés par H.* — 10. Benevenensi, *B;* Revenensi, *E;* Benensi, *F;* Venensi, *I.*— 11. *omis par C, D, F, I.*— 12. *omis par B, G, I.* — 13. venienti, *C.* — 14. adherebat, *A.* — 15. scilicet, *ajouté par C.* — 16. *omis par E.* — 17. videlicet, *H.* — 18. lavare, *B, Bal.* — 19. conqua, *A, C, D, F, I.* — 20. ipse, *F, G, H, I.* — 21. *lege* 1 augusti 1347. — 22. talenticulum, *I.* — 23. sibi titulum, *H.* — 24. *omis par A, Bal.* — 25. urbis, *Bal.* — 26. multam pacem, *C.* — 27. viciniis, *A, F, G, H.*

ejus fecit, dominum Karolum electum et electores coram se citari mandavit docturos[1] de jure suo, et alia multa egit[2] que dignitati et juri Imperii derogabant. Tandem habitum ignotum induens, curiam[3] domini Karoli in Boemia adiit [1350] scrutaturus[4]; sed ipsum agnitum sibique presentatum idem[5] imperator pape misit [1352], qui ipsum Avinioni[6] in carcere aliquamdiu reclusit, sed comperto quod adversus Ecclesiam nichil attemptasset, relaxatus dimittitur et, Romam rediens, a populo tumultuante perimitur [8 octobris 1354].

Dictus[7] imperator fuit vir[8] peritus litterarum et multarum linguarum, astutus, sagax, qui regnum Boemie optime reformavit. In Ytaliam cum maximo veniens potentatu, ope et favore Urbani[9] quinti terribilis primo apparuit, sed cito cum magna pecunia, sed majori infamia, reversus est ad patriam, ad lares proprios[10] [1368-1369]. Obiitque senex [29 novembris 1378], cum imperasset annis [XXIV[11]].

1. dicturos, *E;* ut, *ajouté par B.* — 2. fecit, *A.* — 3. quidem, *ajouté par B, Bal.* — 4. scrutaturum, *B, G;* stuistaturum, *Bal.* — 5. idemque, *A.* — 6. Avinionis, *B.* — 7. Supradictus, *H;* Dictusque, *B.* — 8. vir fuit, *Bal.* — 9. pape, *ajouté par H.* — 10. proprias, *I.* — 11. triginta *(sic), B, Bal.*

PRIMA VITA

INNOCENTII VI

Innocentius papa VJ, natione Aquitanicus [1], de loco de Monte, dyocesis Lemovicensis, post dictum Clementem VJ immediate Avinioni fuit electus in papam XVIIJ die [2] mensis decembris, anno Domini MCCCLIJ, et die XXIIJ [3] dicti mensis [4] fuit coronatus.

Hic prius vocatus est Stephanus Alberti. Fuitque primo [5] doctor legum, existens judex major senescallie [6] Tholosane, ab inde vero promotus est [7] ad ecclesiam Noviomensem, deinde [8] translatus ad ecclesiam Claromontensem, demum per dictum [9] Clementem papam VJ assumptus in presbiterum cardinalem, habuitque titulum Sanctorum Johannis et Pauli. Postea autem fuit factus episcopus Ostiensis et Velletrensis [10], et penitentiarius major. Postremo vero, ut premittitur, electus in papam. Seditque annis VIIIJ, mensibus VIIJ et [11] diebus XXV.

Hic factus papa, die XV mensis februarii, que fuit feria sexta quatuor temporum anni [MCCC]LIIJ jam inchoati, fecit presbiterum [12] cardinalem dominum Audoinum [13] Alberti, dyocesis Lemovicensis, nepotem suum ex fratre, tunc episcopum Magalonensem [14]; cui assignavit titulum Sanctorum Johannis et Pauli, quem perprius habuerat ipse.

1. Acquitanicus, *A*, *B*. — 2. die XVIIJ, *A*, *B*. — 3. *lege* XXX. — 4. dicti mensis, *omis par E;* decembris, *ajouté par B*. — 5. primo, *omis par B*, *E*, *Bal.* — 6. senescalsie, *E*. — 7. *omis par E*. — 8. et de ea *au lieu de* deinde, *E*.— 9. dominum, *B*. — 10. Belleciensis, *E*. — 11. *omis par B*. — 12. vestrum *(sic)*, *B*. — 13. Audinum, *B*. — 14. Magolenensem, *B*.

Désignation des manuscrits employés :

A = Bibliothèque nationale de Paris, ms. latin *14617*, fol. 247 r°-253 v°.
B = Bibliothèque nationale de Paris, ms. latin *15011*, fol. 505 v°-512 r°.
E = Bibliothèque de la ville de Toulouse, ms. *474*, fol. 14 v°-23v°.

Hoc eodem anno, tempore pascali [aprili 1353], fuit translatum corpus Clementis pape [1] VJ de ecclesia majori Avinionensi, in qua commendatum fuerat, ad monasterium Case Dei in Arvernia [2], dyocesis Claromontensis [3]; quod etiam concomitati [4] sunt usque ad sepulture sue perfectionem quinque cardinales, videlicet frater [5], tres nepotes et unus consanguineus sui, quos ipse consortio et collegio cardinalium aggregaverat, dum vivebat.

Eodem etiam tempore fit magnus concursus populorum peregre venientium ad monasterium Sancti Petri Montismajoris, dyocesis Arelatensis, ubi esse dicebatur indulgentia magna, ymo secundum aliquos plenaria. Est autem talis indulgentia anno illo quo festum Inventionis sancte Crucis occurrit feria sexta, quemadmodum fuit anno predicto [1353].

Hoc [6] ipso tempore [1353] fuit aquarum inundatio maxima [7] circum circa Avinionem et abinde usque ad [8] Arelatem [9], in tantum quod tam in Rodano quam [10] aliis aquis adjacentibus multi ex dictis peregrinis perierunt et submersi fuerunt.

Tunc temporis fere omnes [11] civitates cum castris et locis que spectabant ad jus et proprietatem romane Ecclesie in partibus Ytalie erant extra manus ipsius [12], tenebanturque seu [13] verius detinebantur [14] et occupabantur per tirannos aut alios [15] in dicte Ecclesie prejudicium, detrimentum et jacturam. Circa quod volens dictus Innocentius papa providere dareque [16] ordinem ut ad dictam Ecclesiam reducerentur, in sui regiminis principio misit [30 junii 1353] ad partes illas, legatum suum de latere, dominum Egidium Alvari, Yspanum, tituli Sancti Clementis presbiterum cardinalem, ut circa reductionem et recuperationem [17] predictorum intenderet et vacaret. Qui cum ad partes predictas pervenisset, non invenit [18] in omnibus terris et dominiis dicte Ecclesie loca sub regimine ejus consistentia in quibus caput suum posset tute [19] reclinare [20], nisi in Patrimonii provincia locum [21] et castrum Montisflasconis, et in ducatu Spoletano locum de Montefalco [22]. Sed ab

1. *omis par E.* — 2. Avernia, *B, E;* Alvernia, *Bal.* — 3. Claromontensis dyocesis, *B.* — 4. comitati, *B.* — 5. *omis par A, B.* — 6. Et, *E.* — 7. inundatio maxima aquarum, *B.* — 8. *omis par E.* — 9. Aralatem, *E.* — 10. in, *ajouté par B, Bal.* — 11. omnes fere, *B, Bal.* — 12. suas, *E.* — 13. tenebantur seuque, *A. B.* — 14. determinabantur *(sic)*, *E.* — 15. *omis par B, E.* — 16. et dare, *B.* — 17. reparationem, *E.* — 18. invenerat, *E.* — 19. tute posset, *B, Bal.* — 20. inclinare, *B.* — 21. in Patrimonii provincia locum, *mots omis par B.* — 22. Monteflaco, *B.*

inde, per Dei gratiam, successivis temporibus, satis dilatavit fimbrias suas [1], prout ex sequentibus apparebit.

Dicto etiam [2] anno, scilicet [MCCC]LIIJ [3], Karolus, rex Romanorum et Alamannie, Metis existens cum curia sua [4], comitatum Luce[m]burgensem, quem Wencezlao [5], fratri suo, dederat, constituit et ordinavit in posterum esse ducatum.

Eo etiam tempore [1354], duo fratres Minores, pro eo quia [6] male sentiebant in fide et presertim super articulo alte paupertatis, Avinione [7] combusti fuerunt.

Anno vero eodem [1354], scilicet XVIJ die mensis decembris, fuit eclipsis solis, et duravit [8] circa [9] per duas horas. Quam demum secuta est tanta [h]yemis asperitas ut fluvii magni per plures dies steterint [10] congelati, et successive tanta aquarum inundatio quod pontes ymo et turres [11] quamplures subverterit [12].

Preterea, dictus papa desiderans reformationem pacis [13] inter reges Francie et Anglie, circa ipsam tractandam et prosequendam intendere voluit in propria persona [14], credens plus proficere [15] quam si per alios fieret. Et ob hoc operatus est quod dicti reges [16] tunc ad ipsum hac de causa miserunt [1354] duces Borbonii [17] et Lencastrie, qui aliquamdiu super hoc seeum fuerunt; sed post multa nichil factum est quoad effectum de quo agebatur et querebatur [18].

Dicto etiam durante tempore [3 junii 1353], Petrus, rex Castelle. Blancham, filiam dicti [19] ducis Borbonii [20], duxit in [21] uxorem. Quam a principio tenerrime dilexit, et merito, cum esset pulcherrima corpore et moribus admodum adornata [22], sed demum satis cito, demone operante, ipsam mirabiliter habuit ingratam et exosam; et hoc procurante, ut dicitur, quadam muliere quam perprius [23] dictus rex adamaverat [24]. Que videns se [25] per dictum regem propter ipsam haberi contemptui [26], ymo et totaliter derelictam, ma-

1. *omis par B.* — 2. *omis par E.* — 3. *lege* 1354. — 4. Metis existens cum curia sua, *mots omis par B.* — 5. Wezoflao, *B;* Venzeslao, *E.* — 6. quod, *A, B.* — 7. animo qui, *au lieu de* Avinione, *B.* — 8. duravitque *au lieu de* et duravit, *B.* — 9. quasi, *E, Bal.; omis par B.* — 10. steterunt, *B, E;* steterant, *A.* — 11. inundatio tam potens quam turres, *B.* — 12. subvertit, *B, Bal.* — 13. pacis reformationem, *E.* — 14. *omis par E.* — 15. posse, *ajouté par A, B.* — 16. pro, *ajouté par B, Bal.* — 17. Burbonii, *B.* — 18. et querebatur, *omis par B.* — 19. *omis par E.* — 20. Burbonii, *B.* — 21. *omis par E.* — 22. adornata admodum, *E.* — 23. prius, *A, B.* — 24. amaverat, *E.* — 25. *omis par E.* — 26. contemptam, *A, B.*

chinata est odium supradictum, et hoc per medium seu ministerium unius Judei, qui etiam adversus dictam reginam specialiter conspiraverat pro eo quia [1] ipsa videns quod tam ipse quam plures alii legis sue multipliciter [2] frequentabant dictum regem, habebantque multos favores et honores in curia sua, jam tractabat et disponebat quod ab hiis retraherentur, ymo et [3] a regno totaliter expellerentur. In quo eadem regina minus se caute habuit, cum talia a principio debuerit aut ad tempus dissimulare [4] aut sic caute et occulte tractare quod omnino lateret [5] eos qui tangebantur, ne [6] sequerentur que sunt postea [7] subsecuta [8]. Modus autem apertionis, [9] inchoationis [10] odii et ingratitudinis hujusmodi fuit, ut dicitur, quod dicta regina dederat eidem regi [11] unam zonam auream pulcherrimam, quam ipse admodum gratam habens [12] sepius pro sui ornatu deferebat. Dicta autem mulier, ipsius regine emula, calide operata [13] est quod [14] tam ipsa quam dictus Judeus zonam ipsam habuerunt, et arte magica sic fecerunt quod una die festiva et solempni, dum rex ipsa zona precinctus esse [15] crederet [16], quasi tota sua presente curia visus est tam ab ipso quam ab omnibus loco zone uno serpente magno et terribili precinctus et circumdatus. Qui hoc aspiciens [17], nec inmerito, fuit admodum territus et conturbatus. Dumque [18] quereret quid hoc erat, fuit sibi responsum per circumstantes, inter quos erant forsitan aliqui consentientes in premissis, quod hoc [19] erat zona [20] sibi pro munere et [21] joeali [22] data [23] per reginam, conjugem suam. Propter quod ipsam ab illa hora in antea sic exosam habuit quod noluit eam ulterius [24] videre aut secum conversari; presertim quia illi qui premissa tractaverant regi peramplius confederati sibi continue assistebant, et ipsius animum [25] adversus eam continue fortius inflammabant et incitabant [26]. De quo nimium turbati fuerunt magnates et proceres regni utriusque status ecclesiastici scilicet et secularis, honorem et statum dicte regine, quam scie-

1. quod, *B.* — 2. nimium, *E.* — 3. quod, *ajouté par E.* — 4. minus caute se habuit, cum debuisset ad tempus dissimulare, *A*, *B.* — 5. laterent, *E.* — 6. ut, *B.* — 7. postea sunt, *B*, *Bal.* — 8. subsecuti, *B.* — 9. et, *ajouté par E*, *Bal.* — 10. machinationis, *A*, *B.* — 11. dicti regi dediderat *(sic)*, *B.* — 12. *omis par E.* — 13. calida optata, *E.* — 14. et, *B.* — 15. et, *B.* — 16. est esset crederunt, *E.* — 17. aspicietis *(sic)*, *E.* — 18. Cumque, *B.* — 19. *omis par A. B.* — 20. *omis par B.* — 21. *omis par E.* — 22. joeale, *B.* — 23. et presentata, *ajoutés par A*, *B.* — 24. eam ulterius noluit, *B.* — 25. ipsum *au lieu de* ipsius animum, *E.* — 26. concitabant, *Bal.*

bant fore innocentem, adversus predictos emulos et alios quoscumque defendere et manutere etiam manu armata contendentes[1]. Quocirca rex exarsit in iram nimiam, cepitque tales immaniter persequi; et de facto multos ex eis trucidavit, aliquos[2] etiam prelatos de suo regno fugere et exire coegit; sicque totum suum regnum[3] terribiliter conturbavit. Quibus ad notitiam dicti pape deductis, ipse, prout ad suum spectabat officium, circa eorum sedationem decrevit interponere partes suas; destinavitque[4] ad dictum regem legatum suum de latere dominum Guillermum Judicis, Sancte Marie in Cosmedin dyaconum cardinalem, ad hoc ut dictum regem cum dicta regina, conjuge sua, pacificaret, regnicolas vero in[5] regno pacificato cum eodem rege reuniret[6] [1355]. Qui ipsum regem pertinacem reperiit[7] et ferocem, ac in nullo flectibilem[8] ad alterum premissorum. Reginam enim nec reconciliare voluit nec admittere suas excusationes. Que etiam non multo post lapso[9] tempore dolore et tristitia obiit, vel secundum aliquos dolose extitit interempta[10] [1361]. Fautores vero sui, inter quos erant tres naturales fratres dicti regis, cum aliis multis qui a facie ejus fugerant et regnum totaliter exiverant[11], pro tunc exules remanserunt. Et quia perprius, eis in regno manentibus, rex occasionem sumpserat[12] ipsos[13] et alios ymo et totum regnum conturbandi[14], ipsorum visa absentia, presertim dicto legato ad hoc[15] cooperante, satis pro tunc pacificatus extitit et quietus. Quibus expeditis, dictus legatus processu temporis rediit ad papam supradictum[16].

Eodem etiam tempore[17] currente fuit incendium terribile in civitate Bituricensi, in tantum quod vix in ea remansit[18] domus integra ultra ecclesiam majorem. Quo durante fuit res mirabilis, quod quater[19] ventus mutatus est, flatus suos validissimos dirigens versus partem ubi fortius ignis erat accensus et, illa totaliter consumpta, mutabatur[20] ad aliam, ac si humano opere mutaretur. In loco etiam Montispessulani fuit tempestas validissima grandinis et lapidum grossorum ad modum unius ovi grossi[21]; fuerunt-

1. contendunt, *E.* — 2. vero, *ajouté par A*, *B.* — 3. regimen, *E.* — 4. destinatumque, *B.* — 5. *omis par A*, *B.* — 6. renitiret *(sic)*, *B;* retineret, *Bal.* — 7. reperit, *B*, *Bal.* — 8. flexibilem, *Bal.* — 9. lapso post, *A*, *B.* — 10. interemptus *(sic)*, *B.* — 11. et regnum totaliter exiverant, *omis par E.* — 12. sumpsit, *B;* assumpserat, *E.* — 13. illos, *B.* — 14. turbandum, *B.* — 15. *omis par B.* — 16. predictum, *E.* — 17. tempore etiam. *E.* — 18. remansit in ea, *B*, *Bal.* — 19. quantus, *E.* — 20. mutatus est, *A*, *B.* — 21. magni ovi, *E*, *Bal.*

que fructus qui extabant [1] consumpti, arbores evulse [2] et tecta domorum plurimarum [3] totaliter destructa, presertim que tegulis cooperiebantur.

Anno autem [MCCC]LV, in mense octobris [4], Edoardus, princeps Vallie [5], primogenitus regis Anglie, mari transito, venit Burdegalam [6]; et [7] ab inde cum magno exercitu bellatorum per Gasconiam [8] transitum faciens, venit ad partes Tholosanas, et ulterius usque ad [9] Capistagnum [10], amplius etiam [11] progredi disponens donec fuisset in capite pontis Avinionensis. Quod, ut creditur, fecisset [12]. Sed exercitus gentium [13] regis Francie ipsum circum circa sequebantur, sic quod non poterat se juxta suum velle secure dilatare [14]. Cede autem [15] et igne transeundo omnia vastabat; presertim in regressu, quo aliquibus diebus cum suis gentibus mansit in burgo Carcassone, et civitatem obsessam tenuit satis [16] stricte, in tantum quod si diutius stetisset, fuisset magnum periculum de captione dicte civitatis [17], que tamen est fortissima et inexpugnabilis communiter extimata. Hoc tamen erat propter carentiam aque. Putei enim [18] ab intra [19] propter multitudinem occupantium et [20] habitantium in ea erant jam quasi [21] arefacti, et ab extra non erat qui auderet egredi [22] ad hauriendum aquas [23] de fontibus aut fluvio, qui etiam propter temporis siccitatem pro tunc satis modicum in aqua habundabant. Que ipse non advertens aut ignorans [24], extimansque se nichil ibi posse proficere, sua castra ab inde movit, dictum burgum incendio totaliter consumendo. Et idem fecit fere de omnibus aliis locis ad que declinavit, que [25] pro tunc in via sua erant quasi aperta et sine clausura, licet extunc ut plurimum multum [26] solempniter reedificata fuerint [27] et fortificata [28]. Et sic predictus Edoardus, dictis et aliis dampnis quamplurimis illatis, absque alio preliali congressu regressus est

1. existebant, *E.* — 2. emulse, *E.* — 3. plurimarum domorum, *A*, *B.* — 4. mensi octobris, *B;* in mense octobris, *omis par E.* — 5. Guelie, *B.* — 6. Burdegalem, *E.* — 7. *omis par E.* — 8. Wasconiam, *A*, *Bal.;* Vasconium, *B.* — 9. a *au lieu de* usque ad *(sic)*, *B.* — 10. Capistamnu, *A*, *B.* — 11. *omis par A*, *B.* — 12. fuisset, *A*, *B.* — 13. *omis par B*, *Bal.* — 14. dilatare secure, *A*, *B.* — 15. *omis par B.* — 16. statim, *B.* — 17. civitatis predicte, *B.* — 18. vacui, *ajouté par B*, *Bal.* — 19. ab intra, *omis par B.* — 20. occupantium et, *omis par A*, *B.* — 21. et quasi *au lieu de* jam quasi, *B;* et quasi jam, *Bal.* — 22. aggredi, *B;* egredere, *E.* — 23. aquam, *B.* — 24. *omis par B.* — 25. qui *(sic)*, *E.* — 26. licet extunc ut plurimum multum, *omis par E.* — 27. fuerunt, *B.* — 28. fuerint et fortificata, *omis par E.*

Burdegalam [1]; ubi et in [2] circumadjacentibus [3] locis mansit per illam [h]yemem et usque ad tempus veris.

Eodem anno [1355] Petrus, rex Aragonum, venit Avinionem ad dictum papam; fuitque secum in festo Natalis Domini. In cujus nocte, in matutinis, certos nobiles suos, qui secum venerant, in presentia dicti pape militavit. Fecit insuper [4] homagium eidem et [5] recognitionem in forma debita de regno Sardinie, quod in feudum tenet [6] a romana Ecclesia.

Eodem etiam [7] tempore Karolus, rex Romanorum, in imperatorem [8] electus de voluntate et consensu dicti pape intravit Ytaliam [1354], Romam proficiscens, coronam imperialem ibidem recepturus. Pro qua sibi imponenda fuit missus per eumdem papam dominus Petrus Bertrandi junior, episcopus Ostiensis cardinalis, qui cum solempnitatibus debitis et consuetis ipsum coronavit [5 aprilis 1355]. Quo facto, dictus imperator in [9] Alamanniam rediit. Sed transitum faciens per Pisas [10], habuit rumorem cum civibus, qui contra ipsum et gentes suas hostiliter insurrexerunt [11]; sed per Dei gratiam dato per ipsum bono ordine, licet strages hinc [12] et inde fuerint [13] subsecute [14], tamen cum suis gentibus remansit ipse victor; fecitque, justitia [15] mediante, magnam ultionem de hiis qui in causa et culpa fuerant predictorum. Dum autem ad [16] Alamanniam pervenisset, vocatis principibus in Nuerembereh [17] [1355], multas leges edidit et constitutiones [18] fecit statum et utilitatem Imperii concernentes ac tendentes [19] ad pacem et concordiam inter ipsum et Ecclesiam conservandas. Procuravitque quod, ad ipsius instantiam, dictus Innocentius festum solempne ordinavit de lancea et [20] de [21] clavis [22] Christi in Alamannia et Boemia [23] observandum et colendum [24] temporibus successuris [25]. Ipse enim imperator multum fuit curiosus et sollicitus in reliquiis undecumque congregandis, quas demum in magna veneratione [26]

1. Burdegalen., *B.* — 2. ubi ex *au lieu de* ubi et in, *E.* — 3. circumjacentibus, *B*, *Bal.* — 4. Fecitque *au lieu de* Fecit insuper, *A*, *B.* — 5. in, *E.* — 6. tenere, *E.* — 7. insuper, *A*, *B.* — 8. et imperator, *A*, *B.* — 9. ad, *B.* — 10. Pisam, *A*; ipsam, *B.* — 11. insurrexerunt hostiliter, *B.* — 12. *omis par B.* — 13. fremuit, *B*; fuerunt, *E.* — 14. subsequente, *A*, *B.* — 15. justitiam *(sic)*, *E.* — 16. *omis par B.* — 17. Varenbereh, *E*; Norembereh, *B*, *Bal.* — 18. consuetudines, *B.* — 19. et tandem *au lieu de* ac tendentes, *B*; attendentes, *E.* — 20. *omis par E.* — 21. *omis par A*, *B.* — 22. clavibus, *A*, *B.* — 23. Alamaniam et Bohemiam, *E.* — 24. recolendum, *B.* — 25. successivis, *E.* — 26. numeratione, *E.*

habuit, et eas magnifice adornando in ecclesiis et monasteriis civitatis Pragensis [1] honorifice collocavit.

Eodem insuper [2] tempore obiit [5 decembris 1355] Johannes, dux Brabantie, cujus filiam cum ducatu recepit in conjugem Wenceslaus [3], dux Luce[m]burgensis, frater dicti imperatoris, licet satis senem et in etate provectam.

Pro tunc etiam fuit [4] Parisius crudeli nece [5] traditus [8 januarii 1354] Karolus de Yspania, conestabularius regni Francie, procurante et ordinante, prout dicebatur, Karolo rege [6] Navarre, ac [7] consentiente comite de Harricuria [8]. Cujus occasione Johannes, rex Francie, fuit contra illos [9] plurimum indignatus et commotus, ipsosque ambos cepit et captivavit [10]; sed tandem primum relaxavit, terris tamen suis quas habebat in Normannia in arresto sub manu regia manentibus; et secundum capite truncavit [11] [5 aprilis 1356].

Eodem [12] anno (qui pro tunc erat [MCCC]LVJ) memoratus Edoardus, princeps Wallie [13], tempore vernali, de Burdegala recedens, ducatum Aurelianensem [14] invasit [15], ac cede et igne omnia consumens, ibidem infinita intulit dampna. Ad cui obviandum et resistendum dictus Johannes, rex Francie, se mirabiliter disposuit, et cum magno et notabili exercitu sibi paulatim occurrit cum intentione et proposito ipsum debellandi [16]. Quod cum ad notitiam dicti [17] Innocentii [18] pape pervenisset, misit ad eos nuntios suos legationis officio fungentes dominos [19] Theleyrandum [20] de Petragoriis, episcopum Albanensem, et Nicholaum de Capucia [21], tituli Sancti Vitalis presbiterum cardinalem, ad hoc ut, si et in quantum possent, eos pacificarent vel saltim impedirent quod bellum non committeretur [22] inter eos. Qui ad ipsos [23] pervenientes [24] tractaverunt et fecerunt quicquid potuerunt super ipsorum pacificatione : sed tandem nichil proficere potuerunt, nec etiam bellum impedire. Adeo enim dicto regi [25] assistentes pacificationem dissuadebant et belli congressum [26] consulebant quod de opposito verbum

1. monasteriis et ecclesiis Pragensis civitatis, *B.* — 2. etiam, *A*, *B.* — 3. Venselaus, *E;* Weirselbanus, *B.* — 4. erat, *B.* — 5. nece, *B;* neci crudeli, *E.* — 6. regi, *B;* regis, *E.* — 7. hac *(sic)*, *B.* — 8. Arecuria, *E.* — 9. eos, *E.* — 10. decapitavit, *B.* — 11. sed tandem... truncavit, *passage omis par B.* — 12. etiam, *ajouté par B*, *Bal.* — 13. Vallie, *E;* Galie, *B.* — 14. Aureliensem, *B.* — 15. invadit, *Bal.* — 16. debellandum, *B.* — 17. domini, *Bal.* — 18. *omis par B.* — 19. dominum, *B.* — 20. Thelayrandus, *E.* — 21. *lege* Capocia. — 22. committerent, *B;* comitetur, *E.* — 23. eos, *A*, *B.* — 24. pervenerint, *E.* — 25. regis, *B.* — 26. aggressum, *B.*

audire renuebat [1]; ymo per aliquos ex dictis astantibus [2] tam dictis cardinalibus quam aliis ad pacificationem tendentibus notam falsitatis et proditionis impingere non [3] verebantur, non enim [4] considerantes quod eventus belli dubius est, in belli congressu assertive se [5] tenebant debere esse victores, pro eo maxime quia erant [6] numero multo [7] plures, erantque quasi in medio dicti regni, et sic si et ubi expediret, adventus majoris succursus erat ipsis oportunus et facilis, suo vero adversario quodam modo impossibilis [8] videbatur. Qui etiam hoc perpendens bene et considerans, ad bonam pacem et concordiam flectebatur, offerebatque [9] se velle recipere et facere multa et magna que etiam justa [10] et rationabilia tractatoribus [11] videbantur. Sed eis [12] repulsis, Domino sic permittente, die [13] XVIIJ mensis septembris anni predicti, juxta civitatem Pictavensem bellum inter ipsos [14] commissum est. Cessitque victoria dicto Edoardo principi [15], dicto rege et suis fere omnibus captivatis, cesis [16] aut [17] in fugam conversis; quod fuit [18] admodum mirabile et stupendum, attento maxime quod pro uno ex victoribus victi erant decem et ultra [19]. Eorum [20] etiam apparatus tam in armis quam equis et aliis ad bellum necessariis et oportunis erat multo solempnior, [21] validior et ad vincendum alios magis dispositus in cunctis. Sed talis fuit voluntas Dei seu ordinatio, cui resistere nemo potest. Hoc autem expedito, dictus rex captivus ductus est [22] Burdegalam cum sua nobili comitiva, et ab inde transvectus in Angliam. Dicti vero cardinales multo tempore magnoque labore intenderunt circa dicti regis liberationem et cum suis adversariis pacificationem tam [23] citra Angliam quam intra. Qui ipsam hac de causa demum intraverunt, dictum regem processu temporis subsecuti [24]; sed tandem in nullo effectualiter proficere potuerunt.

Eodem anno, in festo beati Luce evangeliste [18 octobris 1356], fuit magnus terre motus in civitate et territorio Basiliensi [25]. Unde civitas ipsa pene tota corruit et fere LXXX castra et turres cir-

1. audiens renuebant, *B.* — 2. assistantes, *B.* — 3. *omis par E.* — 4. minime *au lieu de* non enim, *Bal.;* non enim, *omis par B.* — 5. se certive *au lieu de* assertive se, *B.* — 6. in, *ajouté par Bal.* — 7. multe, *B.* — 8. impossibile, *E.* — 9. offerrebat et, *E.* — 10. juxta, *B.* — 11. tractoribus, *A.* — 12. *omis par E.* — 13. *omis par A, B.* — 14. eos, *Bal.* — 15. *omis par B.* — 16. cessis, *E.* — 17. autem, *B.* — 18. *omis par E.* — 19. decem victi et ultra essent, *B.* — 20. *omis par B.* — 21. et, *ajouté par B, E, Bal.* — 22. ad, *E.* — 23. quam, *B.* — 24. subsequenti, *B, E.* — 25. Basilensi, *B.*

cum circa dictam civitatem ex hoc ad terram sunt prostrata. Duravitque quasi per totum illum annum [1], licet non continue, sed per dilucida [2] intervalla, circa Argentinam, Spiram et Treverim, ac alias civitates prope Renum descendendo. Fuitque terra in pluribus [3] locis aperta, ex qua alba aqua fervens et sulfurea habundanter emanavit, que [4] etiam loca admodum fortia ad terram prostravit. Et [5] hoc demum subsecuta est aliarum aquarum habundantia maxima, turres et muros [6] diruens [7]; et deinde fames valida, et pestilentia magna, ex quibus Alamannia passa est dampna infinita.

Preterea [8] eodem anno [1356], die XXIIJ mensis decembris, dictus Innocentius papa VJ creavit sex [9] novos presbiteros cardinales; videlicet dominos Petrum de Foresta, Gallicum, tunc archiepiscopum Rothomagensem et cancellarium regis Francie; Helyam de Sancto Aredio [10], dyocesis Lemovicensis, monachum ordinis sancti Benedicti, tunc episcopum Uticensem [11]; Franciscum de Tuderto [12], Ytalicum, tunc episcopum Florentinum; Petrum de Monteruco [13], dyocesis Lemovicensis, nepotem suum [14] ex sorore, tunc electum [15] Pampilonensem; fratrem Guillermum Farinerii, de Gordonio [16], dyocesis Caturcensis, tunc generalem ministrum ordinis fratrum Minorum; et fratrem Nicholaum Rosselli [17], Cathalanum, tunc inquisitorem heretice pravitatis provincie Aragonie.

Circa idem tempus insurrexit quidam frater ordinis [18] Minorum, de conventu Aureliaci, dyocesis Sancti Flori, dicens se habere spiritum prophetie, qui de futuris dicebat et in scriptis redigebat multa, vocatus frater Johannes de Ruppecissa; qui, quia potius vaticinator quam propheta merito erat censendus, ad dictum Innocentium papa fuit adductus; per quem fuit carceribus mancipatus, in quibus permansit per totum tempus ipsius. Et licet in dictis et scriptis suis reperta [19] fuerint [20] multa que processu temporis contigerunt [21], propter que plures sibi fidem [22] dabant, tamen etiam multa defuerunt; et sic apparebat quod [23] non erat vere propheta [24], quia in illis, si talis fuisset [25], nullus fuisset defectus.

1. annum illum, *B.* — 2. dillucida, *A*; dislucida, *E.* — 3. pulveribus *(sic)*, *B*; plerisque, *A.* — 4. emanavitque, *E.* — 5. ex, *ajouté par B*, *Bal.* — 6. menia, *A*. *B.* — 7. dirruens, *A*, *B.* — 8. *omis par B.* — 9. *omis par E.* — 10. Arelio, *E.* — 11. *omis par B.* — 12. Tuderis, *A*, *B.* — 13. Montiraco, *A*; Montyraco, *B*; Monturuco, *E.* — 14. tunc, *ajouté par B.* — 15. electum tunc, *B.* — 16. Cordonio, *A*, *B.* — 17. Rousseli, *B.* — 18. fratrum, *ajouté par B.* — 19. recepta, *E.* — 20. fuerunt, *B.* — 21. contingerunt. *B*, *E.* — 22. fidem sibi, *B.* — 23. quia, *Bal.* — 24. vera prophetia, *E.* — 25. quia si in illis si talia fuissent, *E.*

Circa idem etiam tempus [1] multe contigerunt [2] turbatione ac commotiones insurrexerunt inter diversos ac [3] in terris et regionibus multis. Et inter cetera [4] mota fuit [5] dissensio inter multos fratres ordinis Predicatorum et fratrem Symonem de Lingonis [6], tunc generalem magistrum dicti ordinis, ipsumque in quodam capitulo generali [7] a dicto magisterio [8] de facto absolverunt illi qui [9] dicto capitulo tunc presidebant. Sed demum quia visum est dicto pape Innocentio quod injuste et indebite ac [10] mala intentione processerant, ipsum ad dictum magisterium reponi ordinavit [22 junii 1361].

Eodem tempore [11] [1356], inter ducem Brabantie et comitem Flandrie orta fuit guerra occasione infeudationis ville Maclinie [12] facte per capitulum Leodiense dicto duci. Fuitque bellum inter ipsos [13] consertum, in quo victor extitit dictus comes; cujus occasione Bruccella [14] se reddidit eidem [15], et fere tota Brabantia idem fecit. Sed tandem paulo post dictus dux [16] dictum locum cum tota terra sua etiam sine gladio recuperavit.

Tholose etiam [17] [maio 1357] insurrexerunt populares contra magnates [18], et [19] presertim in officiarios regios; inter quos erat Johannes, comes Armaniaci [20], locumtenens regius in Lingua [21] occitana, quem occasione capitaggii [22] noviter per ipsum impositi dicti populares hostiliter insecuti sunt, ipsum cum aliis officiariis trucidare [23] querentes; sicque de facto fecissent nisi se [24] subito in castro regio [25] Tholose, Narbonesii [26] vulgariter vocato, pro sui tuitione reclusissent, in quo [27] etiam ipsos per unam [28] diem tenuerunt [29] obsessos, igne ingenti [30] supposito loco ad quem [31] se reduxerant pro majori sui securitate. Nec fuisset remedium quin in eorum manibus incidissent, nisi nox que ipsos [32] retraxit [33] supervenisset. Ipsa autem [34] adveniente, et ipsi se [35] reduxerunt ad

1. eadem etiam tempora, *A;* eodem etiam tempore *(sic)*, *B.* — 2. contingerunt, *B*, *E.* — 3. et, *B.* — 4. ceteras, *E.* — 5. fuit mota, *B*, *Bal.* — 6. Hugonis, *B.* — 7. generali capitulo, *B.* — 8. magistris, *B;* magistro, *E.* — 9. in, *ajouté par A*, *B.* — 10. et, *E.* — 11. Eodem tempore, *omis par E.* — 12. Mecheline vel Matinis, *B.* — 13. ipsum, *A*, *B.* — 14. Bruccella, *B;* Brucellam *(sic)*, *E.* — 15. *omis par B.* — 16. et, *ajouté par B.* — 17. *omis par E.* — 18. magnatos, *B.* — 19. *omis par A*, *B.* — 20. Armanici, *B.* — 21. linga, *E.* — 22. cappatigii, *A;* cappitagii, *B;* cabatgii, *E.* — 23. cum *(sic)* occidere, *B.* — 24. sibi *au lieu de* nisi se, *B.* — 25. regis, *E.* — 26. Narbonensi, *Bal.* — 27. quos *(sic)*, *B.* — 28. unum, *B*, *Bal.* — 29. *omis par B.* — 30. ingent *(sic)*, *B;* vigenti, *E.* — 31. quàm *(sic)*, *B.* — 32. *omis par A*, *B.* — 33. retraxerat, *E.* — 34. tamen, *E.* — 35. *omis par B.*

propria, et predictum castrum et villam confestim [1] exiverunt [2]. Duravit tamen dictus rumor in crastinum, et per plurimos [3] dies post, in quo et multi innocentes mortui sunt, et domus quamplurime dirute [4]. Facta tamen demum [5] debita ultione de hiis [6] qui [7] talia perpetrarunt fueruntque causa commotionis [8] predicte, ipsa cessavit et dicta civitas pacificata remansit.

Eodem etiam tempore [9], quasi contextu, contra Karolum, ducem Normannie, et dalphinum Viennensem, primogenitum regis Francie, qui dicto patre suo tunc in captivitate detento regimen regni tenebat, insurrexerunt cives et populares Parisienses [10], adherentibus sibi et consentientibus fere omnibus aliis ejusdem status lingue Gallicane, et facto sibi quodam [11] capitaneo dicto *Jaques Bon homme* [12], ipsum ducem [13] ac sibi assistentes deliberaverunt interficere. Et hac de causa una die [22 februarii 1358] iverunt ad palatium regale, ubi ipse tutus esse credebat, pluresque ex dictis sibi assistentibus in sui presentia interfecerunt [14]. Idemque de ipso, ut creditur, fecissent; sed pro sui securitate dato [15] sibi unius [16] ex eis capucio, subito et [17] occulte eorum [18] manus evasit, et exivit civitatem, que per aliquos dies sequentes in magna turbatione [19] permansit. Et eo [20] tunc memoratus rex Navarre ipsius dominium sibi conatus est usurpare; sed nequaquam iidem [21] populares sibi obtemperare voluerunt, sed in suo furore persistentes, tam ibi quam fere per totam [22] illam patriam cedes [23] quamplurimas [24] magnatum et nobilium fecerunt, et eorumdem [25] castra et fortalitia innumera [26] totaliter diruerunt; duravitque ista maledictio per aliqua tempora. Sed tandem, Domino disponente, dictus dalphinus, aggregatis sibi gentibus [27] armigeris, dictam civitatem ad sui obedientiam redegit, et prefatos insolentes viriliter compescuit [28], pluribus ipsorum interemptis; inter quos fuit eorum dictus [29] capitaneus : qui, quia perprius [30] se regem Jaqueorum nominabat,

1. *omis par A, B.* — 2. extimavit *(sic)*, *E.* — 3. plures, *E.* — 4. dirrupte, *B;* dirupte, *E.* — 5. *omis par B.* — 6. illis, *B, Bal.* — 7. que *(sic)*, *E.* — 8. motionis, *B.* — 9. *omis par A, B, Bal.* — 10. Pariesienses, *B;* Parisius, *E.* — 11. *omis par E.* — 12. Jaque Bonhome, *E.* — 13. *omis par E.* — 14. interficerunt *(sic)*, *B.* — 15. dando, *B.* — 16. unus, *B.* — 17. *omis par A.* — 18. subito et occulte eorum, *omis par B.* — 19. perturbatione, *B.* — 20. *omis par E;* ex, *Bal.* — 21. eidem, *B.* — 22. *omis par E.* — 23. sedes *(sic)*, *E.* — 24. quamplurimos, *B.* — 25. eodem modo, *E.* — 26. *omis par A, B.* — 27. gentilibus *(sic)*, *B.* — 28. compescivit, *E.* — 29. dictus eorum, *A, B.* — 30. prius, *A, B.*

fuit cum uno tripede [1] ferreo [2] candenti seu ignito coronatus, et demum, prout demeruerat [3], occisus. Et sic cessavit hujusmodi tempestas.

Qua etiam durante [1357-1358], Provinciam [4] invaserunt quidam sociales nullum titulum habentes ipsam debellandi aut dampnificandi nisi [5] tanquam predones publici et agrorum depopulatores, quorum ductor fuit et capitaneus quidam Vasco, dictus Arnaudus [6] de Servola, vulgariter Archipresbiter de Verinis [7] nominatus; fueruntque quamplurimi nationum et regionum diversarum [8] et complentes illa pro quibus venerant, fecerunt ibi dampna infinita, castra, fortalitia, loca et villas occupando, personas captivando, mutilando, verberando et interficiendo, segetes, [9] vineas et alia fructifera demoliendo. Et [10] cum aliquamdiu talia perpetrando ibidem [11] stetissent, nec pro tunc ibi esset qui bene [12] eis resistere posset, tandem gentes illius patrie se unanimiter congregantes deliberaverunt inter se super modo quem [13] tenerent ut sociales prefati ab inde expellerentur. Et quia per vim armorum [14] visum fuit ipsis hoc non fore possibile, alium modum conceperunt, videlicet quod [15] ipsis victualia et alia eis necessaria sic subtraherentur et vetarentur [16] quod necessitate artati ab inde exire cogerentur. Feceruntque edictum [17] generale sub formidabilibus penis quod bene et diligenter omnes custodirent munitiones [18] suas, victualia quecumque etiam et pecora in eis introducerent, que vero custodiri, servari [19] aut introduci non possent [20], diruerentur, [21] cremarentur aut alias consumerentur [22] sic et taliter quod predicti se de [23] aut cum ipsis aliqualiter juvare non possent [24], quodque pro redemptione captivorum, etsi juxta qualitatem ipsorum pecunie eis darentur, victualia tamen [25] aut quodcumque genus armorum aut [26] vestium, equitature evectiones [27], ferra, [28] clavi aut alia [29] instrumenta seu munimenta apta [30] seu disposita ad aliorum offen-

1. tripode, *E;* trepode, *B.* — 2. ferrato, *B.* — 3. meruerat, *Bal.* — 4. provinciam Provincie, *B, Bal.* — 5. *omis par B.* — 6. Arnaldus, *Bal., E;* Aynaudus, *B.* — 7. Verniis, *A, Bal.;* Beyniis, *B.* — 8. et diversarum regionum, *E.* — 9. et, *ajouté par B, Bal.* — 10. *omis par B.* — 11. ibi, *E.* — 12. *omis par A, B, Bal.* — 13. que *(sic)*, *E.* — 14. aymorum, *B.* — 15. *omis par E.* — 16. vexarentur, *E.* — 17. editum, *A, B.* — 18. injunctiones, *A, B.* — 19. servari, custodiri, *B.* — 20. non possent, *omis par B.* — 21. et, *ajouté par B;* aut, *ajouté par A.* — 22. consummarentur, *B.* — 23. *omis par A, B.* — 24. posset, *B.* — 25. *omis par B.* — 26. an *(sic)*, *B.* — 27. evectores, *A, B, Bal.* — 28. seu, *ajouté par Bal.* — 29. alias, *E.* — 30. aperta, *E.*

sionem sive eorum tuitionem seu conservationem nullatenus traderentur [1], etiamsi talia eis ministrando, et non aliter captivi hujusmodi sperarentur [2] liberari. Quod quidem edictum tali modo servaverunt quod non multis lapsis temporibus fame et inedia ac multis aliis miseriis lacessiti [3] post perditionem [4] equorum nimiam [5] ac [6] interitum plurimorum ex se ipsis dictam patriam deserere et exire sunt coacti. Intraveruntque regnum Francie, unde prius exiverant. Et ab istis primo sumpsit originem nomen socialium, quod satis saltim [7] citra montes perprius ignorabatur. Habueruntque ex tunc usquequaque quamplurimos re et nomine satellites et sequaces, qui, in pluribus [8] partibus dicti regni per plures annos post evagantes [9], in eis dampna infinita intulerunt tam in personarum captivatione quam locorum occupatione.

Hiis etiam pendentibus, ad obedientiam dicti Innocentii pape et romane Ecclesie reducta est civitas Bononiensis cum aliis pluribus [10] tam locis quam [11] castris ac eorum detentoribus; inter quos fuit Malatesta [12] de Malatestis, qui illis [13] que perprius de pertinentibus ad dictam Ecclesiam occupabat ejus voluntati [14] submissis, venit Avinionem ad predictum Innocentium, cum quo fuit plenarie reconciliatus. Et hec facta sunt per ministerium [15] memorati [16] domini Egidii Alvari [17], cardinalis legati in illis partibus existentis, qui tam per vim armorum quam alias virtute sua [18] ad dictam obedientiam prefatos reduxit.

Preterea Petrus, rex Castelle, guerram movit et suscitavit adversus Petrum regem Aragonum, suumque regnum hostiliter intravit cum magno exercitu, igne et gladio cuncta consumens; captaque civitate Tirasonensi [1357], multisque ex ejus civibus trucidatis ac membris inhumaniter truncatis, obsedit civitatem Valentinam; evulsisque [19] vineis et arboribus fructiferis, demolitisque segetibus ac viridariis et maneriis circumcirca ipsam existentibus, que admodum grata et delectabilia existebant, totaliter destructis, adeo eam [20] artavit quod fuit in procinctu [21] ipsam totaliter capiendi. Et de facto, ut dicitur, sic contigisset [22] nisi

1. *omis par B.* — 2. repararentur, *B.* — 3. lacessitis *(sic)*, *E.* — 4. et ruinam, *ajoutés par A, B, Bal.* — 5. *omis par A, B.* — 6. ad, *A;* et, *B.* — 7. saltim satis, *E.* — 8. plurimis, *B;* plerisque *(sic)*, *E.* — 9. vagantes, *B, Bal.* — 10. plurimis, *B.* — 11. *omis par E.* — 12. Mala *(sic)*, *B.* — 13. illi *(sic)*, *B.* — 14. voluntati ejus, *B.* — 15. et, *ajouté par E.* — 16. *omis par A, B.* — 17. Alvarii, *B.* — 18. sua virtute, *E.* — 19. emulsisque, *E.* — 20. Valentiam, *B;* etiam, *E.* — 21. alias propinquo, *ajoutés par A, B.* — 22. contingisset, *mss.*

Deus quodam modo miraculose obsessis de succursu [1] satis [2] inopinato providisset. In ipsius tamen adventu [3] obsidionem levavit, et ad [4] alia loca [5] se convertit. Ad horum [6] autem malorum sedationem procurandam prefatus papa Innocentius destinavit ad partes illas legatum suum de latere dominum Guidonem de Bolonia, episcopum Portuensem, cardinalem, qui diu circa hoc laboravit et institit, et tandem post multa dictos [7] reges ad pacem et concordiam reduxit; et [8] sic dictis malis pro tunc fuit impositus finis.

Memorati etiam sociales [9] seu alii eorum vitam sectantes [10] locum de Sancto Spiritu occupaverunt [11] [28-29 decembris 1360], impedire et turbare intendentes per terram et aquam quod provisiones necessarie pro civitate Avinionensi et curia ibidem existente, que utplurimum [12] per dictum locum aut [13] ejus districtum habent transitum facere, ad eam nullatenus devenirent. De quo dictus Innocentius papa cum tota sua curia, nec inmerito, fuerunt plurimum conturbati. Et ob hoc, ad obviandum eorum malitie, per [14] ipsum papam tanquam contra hostes Dei, fidei et Ecclesie [15] fuerunt facti processus et data cruciata concessaque indulgentia plenaria omnibus expugnantibus et persequentibus ipsos. Quibus per varias partes divulgatis, venerunt quamplurimi crucis signaculo insigniti [16] adversus eos dimicare et certare disponentes [17]; quibus idem Innocentius constituit capitaneum et ductorem dominum Petrum, cardinalem Ostiensem, superius nominatum. Sicque per Dei gratiam actum est quod dicti malefici [18] locum predictum satis cito post dimiserunt.

Eadem insuper tempestate durante [1359], contra Johannem, comitem Pictavensem, filium regis Francie, deputatum per eum ad regimen [19] patrie lingue occitane, tunc in partibus Tholosanis existentem, insurrexit hostiliter Gasto, comes Fuxi, ipsum suosque sequaces et adjutores expugnando et persequendo; inter quos fuere specialiter cives Tholosani; quorum quamplurimi una die incaute contra suum exercitum irruerunt. Fuerunt tamen devicti, multis ex ipsis immaniter [20] trucidatis, reliquis captivatis, aut fuge

1. et, *ajouté par A, B.* — 2. etiam, *E.* — 3. *omis par E.* — 4. *omis par E.* — 5. loca alia, *A, B.* — 6. eorum, *B.* — 7. ipsos, *E.* — 8. *omis par E.* — 9. soboles, *B.* — 10. sectant *(sic)*, *E.* — 11. occupparunt, *A.* — 12. plurimi, *B;* ut plurimi, *A, E.* — 13. ad, *A, B.* — 14. *omis par E.* — 15. sue, *ajouté par E.* — 16. insignati, *B.* — 17. disponeret *(sic)*, *E.* — 18. malifici, *B;* dicta maleficia, *E.* — 19. pro regimine, *E.* — 20. inhumaniter, *E;* unanimiter, *B.*

remedio liberatis [1]. Sed tandem multis dampnis et injuriis hinc inde illatis, licet non equaliter, cum dictus Gasto continue fortior extiterit, ad invicem pacificati fuerunt [julio 1360].

[2] Per idem tempus [1357] venit Avinionem dominus Richardus [3], archiepiscopus Armac[h]anus in Ibernia, secularis habitus, magnus et profundus magister in theologia. Movitque questionem et litem generaliter contra omnes ordines fratrum Mendicantium et eorum statum, tendens finaliter ad ipsorum extirpationem aut eorum in multis dampnationem [4], pro eo quia [5], secundum eum, in multis excedebant [6] falcem [7] suam in messem [8] alienam immittendo [9], hoc est, plus quam a jure eis permittitur seu conceditur [10] de pertinentibus [11] ad ecclesias parrochiales earumque [12] rectores sibi usurpando [13]; duravitque questio hujusmodi per aliquod tempus. Sed tamen indecisa remansit propter obitum suum qui supervenit; de quo [14] dicti fratres potius de *Gaudeamus* quam de *Requiem* cantaverunt [15].

Pro tunc insuper rex Anglie cum magno exercitu regnum Francie multimode [16] devastabat, nec erat qui sue posset resistere [17] potestati. Et licet perprius super pace et [18] concordia inienda [19] inter regem Francie [20] et ipsum se [21] interposuerit [22] Karolus, memoratus imperator, et Metis existens [1356], ac [23] ibi suas tenens [24] curias, certos pro parte cujuslibet ad sui presentiam evocaverit, tractaveritque inter eos per aliquos dies ac [25] fecerit quicquid potuerit circa ipsorum pacificationem, tamen quia nichil proficere valuit, habuit hoc relinquere imperfectum; sicque dormivit seu cessavit labor circa tractatum hujusmodi [26] per aliqua tempora; quibus durantibus [27], non mediocriter crescebant mala et dampna memorata. Ad que nonnulli aspectum habentes, et specialiter dominus Androinus [28] de Rocha, tunc abbas Cluniacensis, ad id intendere et vacare decrevit; et tandem, Domino sibi assistente, post [29]

1. aut fuge remedio liberatis, *omis par A*, *B*. — 2. Et, *ajouté par B*. — 3. dominus Richardus, *omis par E*. — 4. deprecacionem, *E*. — 5. quod, *B*. — 6. extendebant, *B*, *Bal*. — 7. falsem, *B*; facere, *E*. — 8. mensem, *B*. — 9. *omis par B*, *Bal*. — 10. conceditur seu permittitur, *B*. — 11. partibus, *B*. — 12. eorumque, *A*, *B*. — 13. usurpando sibi, *E*. — 14. qua, *A*. — 15. cantaverunt quam de *Requiem*, *B*. — 16. *omis par B*; multis modis, *E*. — 17. sue resistere poterat, *B*. — 18. *omis par E*. — 19. habenda, *B*. — 20. Francorum, *B*. — 21. seu, *B*. — 22. interposuit, *B*, *E*. — 23. *omis par E*. — 24. tenens suas, *B*. — 25. aliquamdiu et, *A*, *B*. — 26. incistere silentium, *ajoutés par E*. — 27. durationibus, *B*. — 28. *omis par B*. — 29. propter, *A*, *B*.

multos et varios labores in tantum operatus est quod dictos [1] reges ad hanc concordiam inclinavit et induxit [2] [8 maii 1360] : videlicet quod terris tunc tentis et possessis ubicumque citra mare per regem Anglie penes eum remanentibus, jure superioris dominii ducatus Aquitanie salvo remanente [3] penes regem Francie, si et in quantum sibi perprius competebat, ducatus ipse limitatus sub modo et [4] forma infra [5] descriptis a cetero ad dictum regem Anglie pertineret [6], ipsumque possideret [7] et teneret [8] in perpetuum hereditario jure, quodque pro executione [9] hujusmodi concordie illa que in dicto ducatu pro tunc per dictum regem Francie tenebantur et possidebantur, libere traderentur in manibus dicti regis Anglie seu deputandi [10] per eum. Item quod dictus Johannes, rex Francie, qui pro tunc in Anglia captivus existebat, liberaretur pro certa summa pecunie in certis terminis exsolvenda. Quibus concordatis et appunctatis [11], et per partes [12] ac illos [13] quorum intererat ap[p]robatis, ad eorum executionem isto modo fuit processum : videlicet quod dictus rex Francie [14] ante omnia tradidit pro redemptione sua unam magnam summam pecunie dicto regi Anglie; quam quia pro tunc non habebat bene in promptu, recipere habuit nomine mutui sive doni a Galacio [15] de Vicecomitibus Mediolani, cujus occasione fuit data [16] filio suo in conjugem [1360] filia [17] dicti regis cum comitatu Virtutum sibi constituto et ordinato [18] pro dote. Pro residuo vero dicte summe ac complemento aliorum predictorum dati sunt [19] per eumdem regem obsides [20] omnes filii sui, primogenito [21] excepto, et quam plures alii principes et magnates regni sui, ac [22] alii nobiles statuum diversorum. Et hiis expeditis, idem rex fuit liberatus. Venitque in Franciam, ac [23] dedit ordinem circa traditionem et liberationem ducatus supradicti. Ad quod faciendum fuerunt certi deputati per eum, et per regem Anglie alii qui de mandato suo haberent ejus possessionem recipere [24] vice et nomine Edoardi sui primogeniti,

1. dominos, *A*, *B.* — 2. duxit, *A*, *B.* — 3. penes eum remanentibus, jure superioris dominii ducatus Aquitanie salvo remanente, *passage omis par B.* — 4. modo et, *omis par B;* in, *A.* — 5. *omis par A*, *B.* — 6. pertinerent, *E.* — 7. possiderent, *E.* — 8. tenerent, *E;* et teneret, *omis par A*, *B.* — 9. exceptione, *E.*— 10. deputandum, *B.*— 11. appunctuatis, *B*, *E.* — 12. partem, *E.* — 13. alios, *E.* — 14. Francorum, *B; omis par E.* — 15. Galeazio, *B*, *Bal.;* Gallacio, *E.* — 16. Barnaboni *(sic)*, *ajouté par A*, *Bal.* — 17. filiam *(sic)*, *E.* — 18. et ordinato, *omis par B.* — 19. fuerunt, *A*, *B.* — 20. obsedes *(sic)*, *E.* — 21. *omis par B.* — 22. et, *B.* — 23. et, *B.* — 24. *omis par B.*

cui ipsum dederat [1], ac per eum volebat teneri et gubernari. Commissarii autem regis utriusque processerunt ad integram et realem executionem premissorum, fuitque positus per ministerium [2] predictorum dictus Edoardus, pro tunc princeps Wallie [3], in possessionem civitatum et dyocesum Agennensis, Condomiensis, Vasatensis [4], Pictavensis, Malleacensis, Lucionensis, Engolismensis [5], Petragoricensis, Sarlatensis, Lemovicensis, Tutellensis, Ruthenensis, Vabrensis et Caturcensis [6], cum civitate Montisalbani [7] et parte dyocesis ejusdem que per flumen Tarni [8] dividitur a [9] comitatu Tholosano. Quibus expeditis, dictus Edoardus princeps venit in propria ad ducatum memoratum [10]; in quo, mutato nomine ducis, princeps Aquitanie voluit nominari. Dominatusque est [11] cum maximo potentatu, cunctaque disposuit pro sue [12] libito voluntatis; nec fuit qui adversus eum cervicem [13] erexerit, quantumcumque magnus, ex omnibus subditis suis [14], quos tamen in pace et quiete ac [15] transquillitate tenuit, et per septem vel octo annos principatus est inter eos.

Circa idem vero tempus (quo currebat annus MCCCLX [16]) Engelbertus [17] de Marcha, episcopus Leodiensis, cepit castrum Stocheym [18] comitatus Lossensis [19] alias de Love [20], cum quo etiam totus comitatus predictus ad ecclesiam Leodiensem pervenit. Theodorico, comite dicti comitatus, sine herede defuncto [21]. Raynaldus etiam dux Gueldrie [22], commisso [23] prelio cum Edoardo, fratre suo juniore, capitur, et, ipso [24] in carcere detento, ducatus ejus per capientem obtinetur [25] [1361].

Fratres insuper ordinis Beate [26] Marie Theutonicorum in Prucia [27] Kayscot [28], regem Lituanorum [29], in bello capiunt [13 martii 1361], sed tamen captum retinere [30] seu custodire nesciverunt. Nam de carcere eorum evadens [31] [circa 18 novembris], multa ipsis dampna post intulit et injurias irrogavit.

1. *omis par E.* — 2. misterium, *E.* — 3. Vallie, *E, Bal.;* Galie, *B.* — 4. Vasatan., *B.* — 5. Engelisien. *(sic), B.* — 6. Canturcensi, *E.* — 7. Montisalbanensis *au lieu de* cum civitate Montisalbani, *E.* — 8. Trani, *A;* terra *(sic), B.* — 9. et *(sic), B.* — 10. predictum, *A, B.* — 11. estque, *B.* — 12. suo, *B.* — 13. crimen, *E;* crucem, *B.* — 14. suis subditis, *E.* — 15. et, *A, B.* — 16. *lege* 1361. — 17. Angelbertus, *A, B.* — 18. Scacheyn, *A, Bal.;* Statheym, *B.* — 19. Losonensis, *B.* — 20. Loven, *Bal.* — 21. predictus sine herede defuncto Theoderico, comite dicti comitatus, ad ecclesiam pervenit, *B.* — 22. Guelzie, *A, B.* — 23. convento, *E.* — 24. ipse, *B, E.* — 25. optinetur, *A, B.* — 26. sancte, *E, Bal.* — 27. Pruycia, *B;* Prussia, *Bal.* — 28. Kaystor, *B;* Kaiscot, *E.* — 29. Lutuanorum, *B.* — 30. detinere, *E.* — 31. devadens, *E.*

Anno sequenti (qui fuit [MCCC]LXJ) fuit mortalitas magna [1] quasi universaliter, sed precipue [2] in regno Francie, mortueque [3] sunt [4] persone quamplurime de bossis [5], antraxibus [6], carbunculis et similibus ulcerationibus [7] et inflaturis. Regnavitque hujusmodi pestis permaxime in locis et regionibus montanosis, [8] quibus naturaliter consuevit esse purus aer; que loca [9] utplurimum [10] non invaserat pestis alia que regnavit anno [MCCC]XLVIIJ. In hac etiam [11] dicuntur esse mortue plures persone notabiles [et [12]] magni status [13] quam in alia, durationis ipsius tempore compensato. Non enim [14] ultra sex vel septem menses duravit [15] hec, alia vero per annum et ultra.

Isto etiam eodem anno [1361], die XVIJ [16] mensis septembris, que [17] fuit feria sexta quatuor temporum, prefatus Innocentius papa fecit ordinationem octo cardinalium, videlicet quinque presbiterorum et trium [18] dyaconorum. Presbiteri autem fuerunt [19] dominus frater Fortanerius [20] Vassalli, dyocesis Caturcensis, ordinis fratrum Minorum, tunc patriarcha Gradensis [21]; dominus Petrus Iterii [22], dyocesis Petragoricensis, tunc episcopus Aquensis; dominus Johannes de Blandiaco [23], dyocesis Uticensis, tunc episcopus Nemausensis; dominus Egidius Ayselini [24] de Monteacuto, Arvernigena [25], tunc episcopus Morinensis et cancellarius regis Francie; et dominus Androinus [26] de Rocha, natione Burgundus [27], tunc abbas Cluniacensis. Dyaconi vero fuerunt dominus Stephanus Alberti, dyocesis Lemovicensis, tunc electus Carcassonensis, pronepos [28] pape; dominus Guillermus Bragose [29], dyocesis Mimatensis, tunc electus Vabrensis; et dominus Hugo de Sancto Martiali, dyocesis Tutellensis [30], legum doctor, prepositus Doacensis.

Tempore hujus summi pontificis duo magni [31] et illustres [32] principes mundum et ejus pompam seu vanitates reliquerunt [33],

1. *omis par A, B.* — 2. precise, *B.* — 3. mortuoque *(sic)*, *E.* — 4. suntque, *B.* — 5. bosse *(sic)*, *E.* — 6. andracis *(sic)*, *E.* — 7. vulcationibus *(sic)*, *B.* — 8. in, *ajouté par B.* — 9. *omis par E.* — 10. plurimum, *B;* utplurimi, *E.* — 11. In hac etiam, *omis par E.* — 12. *omis par E.* — 13. et magni status, *omis par A, B.* — 14. Cum non *au lieu de* Non enim *A, B.* — 15. duraverit, *A, B.* — 16. XVJ, *B.* — 17. *omis par E.* — 18. tres, *E.* — 19. *omis par E.* — 20. Fortenerius, *B;* Fortaninus, *E.* — 21. Grandensis, *A, B.* — 22. Intieu., *B;* Intreii, *A.* — 23. Blandyacho, *B;* Blandiacho, *E.* — 24. Aiselini, *B.* — 25. Alvernigena, *E.* — 26. Androynus, *A;* Andyoynus, *B.* — 27. nationis Burgundie, *B.* — 28. nepos, *E.* — 29. Brangose, *B;* Bragole, *E.* — 30. Tuillensis *(sic)*, *E.* — 31. summi, *ajouté par E.* — 32. illustri *(sic)*, *A, B.* — 33. relinquerunt, *mss.*

videlicet dominus Petrus infans Aragonie, patruus[1] regis Aragonie[2], comes de Pratis[3], qui ordinem fratrum Minorum ingressus est [1358], et dominus Karolus, comes Alanconii[4], consanguineus germanus Johannis, regis Francie, qui habitum suscepit fratrum ordinis Predicatorum [1361].

Dictus etiam papa, suo tempore, fecit claudi et circuiri[5] totam civitatem Avinionensem muris et turribus altis et fortissimis, ac vallibus seu fossatis ab[6] extra. Ex quibus dicta civitas[7], que perprius erat omnino aperta, effecta est fortissima, et ad resistendum quibuscumque eam expugnare volentibus multum bene disposita et parata[8]. Voluitque quod clausura hujusmodi haberet magnum ambitum ad hoc ut processu temporis infra ipsam possent[9] fieri nova edificia ex quibus dicta civitas ampliaretur[10], includerentur[11] etiam infra eam multa viridaria et loca[12] amena circa ipsam tunc existentia, ac[13] etiam hospitale mire pulcritudinis pro tunc noviter ibidem edificatum et dotatum per[14] Bernardum Rascasii, legum doctorem, civem Avinionensem.

Edificavit insuper[15] idem pontifex et dotavit in Villanova prope Avinionem domum Cartusiensem. Vallis benedictionis nominatam[16], constituens in ea certum numerum fratrum seu monachorum ejusdem ordinis, pro quorum sustentatione sufficienti multa bona deputavit [31 maii 1356].

In Tholosa etiam[17], ubi a principio studuerat, fundavit notabile collegium pauperum scolarium, quod Sancti Martialis voluit appellari, pro cujus dotatione multa bona exposuit a Deo sibi data [1 septembris 1359].

Ipse fuit valde sollicitus et curiosus circa recuperationem terrarum Ecclesie in partibus Ytalie existentium. Pro qua expendit et exposuit[18] pecunias infinitas, et per Dei gratiam[19] non in vanum. Nam, ut supra tangitur, pro majori parte suo[20] tempore recuperate fuerunt, et in ipsis pro earum tuitione multa castra seu fortalitia noviter constructa[21] et antiqua reparata. Circa etiam bonam et debitam expeditionem et prosecutionem aliorum[22] omnium sibi

1. patrinus, *Bal.* — 2. patruus regis Aragonie, *omis par B.* — 3. Partis, *A;* Patris, *E.* — 4. Alenconii, *B, Bal.* — 5. circui, *mss.* — 6. ad, *B, Bal.* — 7. *omis par E.* — 8. aperta *(sic)*, *E.* — 9. possint, *E.* — 10. impleretur *(sic)*, *B.* — 11. inclauderentur, *E.* — 12. et loca, *omis par A, B.* — 13. et, *A, B.* — 14. dominum, *ajouté postérieurement dans E.* — 15. *omis par E.* — 16. nominatum *(sic)*, *B.* — 17. *omis par E.* — 18. et posuit, *A.* — 19. et Dei gratia, *B.* — 20. suc *(sic)*, *B.* — 21. instructa, *E.* — 22. aliarum *A, B.*

incumbentium ac pertinentium ad officium sibi creditum cum magna diligentia vacavit et [1] intendit, processitque in omnibus cum deliberatione et consilio tam cardinalium quam aliorum peritorum. Nichilque de contingentibus omisit [2] quamdiu potuit laborare. Fuit tamen multum oppressus et gravatus guta et podagra [3]. Propter quod multotiens fuit impeditus in predictis, et presertim in suis ultimis diebus; in quibus fuit admodum debilitatus et valetudinarius [4], cum esset etiam satis annosus, ymo et senio confractus. Semper tamen habuit bonam et rectam [5] intentionem in suis omnibus agendis. Dilexit etiam pauperes, et eis libenter subvenit. Viros insuper litteratos fovit, eisque bene fecit, et multos promovit. Justitiam [6] manutenuit et conservavit, et in curia specialiter voluit et ordinavit malos et insolentes puniri.

Suo [7] enim tempore insurrexit in Avinione quedam societas [8] que de Perricha [9] vocabatur; ejus sectatores [10], de nocte incedentes, furta, stupra [11] et maleficia multa committebant. De quibus idem papa justitiam satis rigidam fieri mandavit, sic quod multi ex eis, etiam qui se nobiles extimabant, erantque apparenter satis magni status, submersi fuerunt aut alias [12] trucidati. Quorum exemplo alii perterriti aut fugerunt [13] aut a [14] predictis destiterunt [15]: et sic dicta societas evanuit satis cito.

Idem etiam papa [16] plures ex suis tam nepotibus quam consanguineis in Ecclesia promovit et exaltavit. Ad quod [17] faciendum caro ipsum aliqualiter traxit et inclinavit. Tamen utplurimi [18] boni et sufficientes fuerunt, et in statu eis dato bene et laudabiliter se habuerunt. Paucos habuit in statu laycali sibi multum propinquos. Illis tamen sic bene fecit quod post ipsum bene et honorifice cum eorum posteris vivere et stare [19] potuerunt. Non tamen alias ipsos magnis dignitatibus aut honoribus sublimavit.

Tandem vero post labores multos et anxietates innumeras, quas habuit tam in corpore quam in mente propter varias et plurimas infirmitates et turbationes que suo tempore tam sibi quam toti mundo, ut premittitur, contigerunt [20], in pace quievit anno

1. *omis par B.* — 2. obmisit, *E.* — 3. podagria, *A*, *B*, — 4. valitudinarius, *B*, *E*; vallitudinarius, *A.* — 5. et rectam, *omis par E.* — 6. instantiam, *B.* — 7. *omis par B.* — 8. quedam societas in Avinione, *B.* — 9. de Pericha, *B*; de Prica, *E*; Damperica, *Bal.* — 10. societates, *B.* — 11. strupa, *E.* — 12. alii *au lieu de* aut alias, *B.* — 13. fugierunt, *B.* — 14. de, *E.* — 15. destituerunt, *B.* — 16. Idem etiam papa, *omis par E.* — 17. quos *(sic)*, *B.* — 18. utplurimum, *B*, *Bal.* — 19. facere, *B.* — 20. contingerunt, *mss.*

Domini MCCCLXIJ, die XIJ [1] mensis [2] septembris, pontificatus sui anno decimo. Fuitque sepultus in ecclesia majori Avinionensi, demum transferendus ad dictam domum Cartusiensem Villenove, in qua vivens suam perpetuam elegerat sepulturam. Vacavitque Sedes diebus quadraginta quinque.

Et circa idem tempus, paulo ante, obierat [26 maii 1362] Ludovicus, rex Sicilie [3], Johanna regina, conjuge ejus, remanente sine quacumque prole.

1. die XIJ, *omis par B.* — 2. mensi, *B.* — 3. Cicilie, *B, E.*

SECUNDA VITA

INNOCENTII VI

AUCTORE WERNERO

CANONICO ECCLESIAE BUNNENSIS IN DIOECESI COLONIENSI

Innocentius VI, natione Lemovicensis, prius dictus Stephanus Alberti, per dominum Clementem primo factus Noviomensis, deinde episcopus Claromontensis, ultimo tituli Sanctorum Johannis et Pauli presbiter cardinalis, et deinde episcopus Ostiensis[1], et summus penitentiarius. Mortuo domino Clemente in die beati[2] Nicholay [6 decembris 1352], cardinales intrabant[3] conclave[4] dominica post [diem beate] Lucie[5] [16 decembris 1352], et die martis proxima [18 decembris] hunc elegerunt. Qui coronatus fuit in palatio apostolico Avinionensi dominica[6] infra octabas Nativitatis Domini [30 decembris 1352].

Et statim, eodem anno [30 junii 1353], mittitur legatus in Ytaliam dominus cardinalis Egidius Yspanus, ad recuperandum terras Ecclesie omnes[7] de manibus tirannorum. Et in recuperationis subsidium[8] indixit decimas per totum mundum. Sola Alamania solvit subsidium[9] loco decimarum. Pro quo missus fuit [1357] dominus Philippus, episcopus Cavallicensis, postea cardinalis.

1. Ostiensis episcopus, *B*, *C*, *D*, *Bal.* — 2. sancti, *B*, *C*, *D*, *Bal.* — 3. intrarunt, *Bal.* — 4. et, *ajouté par les mss.* — 5. lune *(sic)*, *A.* — 6. die, *ajouté par B*, *C*, *D*, *Bal.* — 7. omnibus, *C;* omnes terras Ecclesie, *Bal.* — 8. subcidium, *A;* subsidium recuperationis, *B*, *C*, *D*, *Bal.* — 9. subcidium, *A*.

Désignation des manuscrits employés :

A = Bibliothèque nationale de Paris, ms. latin *4931 C*, fol. 166 r°-168 v°.
B = Bibliothèque nationale de Paris, ms. latin *16553*, fol. 120 r°-123 v°.
C = Bibliothèque Ambrosienne, ms. *I. 84*, sup., fol. 82 r°-85 r°.
D = Bibliothèque Vaticane. *Vaticanus 3765*, fol. 81 r°-84 r°.

Hujus anno secundo, duo fratres ordinis Minorum, prõpter heresim de paupertate et alia que male senserunt, Avinioni combusti sunt feria tertia post Pentecosten [3 junii 1354].

Eodem anno, dominus Karolus, Alamanie et Bohemie rex [1], Metis curiam suam servans, Wenceslaum [2], fratrem suum, ducem creavit Lucemburgensem de mense martii [3] [13 martii 1354].

Circa idem tempus fuit ventus validissimus in partibus istis circa Mosam et Renum [4].

Eodem anno [1354], die XVIJ septembris, in tertiis [5], fuit eclipsis solis durans quasi duabus horis. Hyems tam aspera fuit ut fluvii quasi septem septimanis congelati starent et carri magnis onusti [6] ponderibus super [7] glacies Reni [8] transirent. Egoque circa festum sancte Agnetis [21 januarii 1355] eques bis [9] transivi.

Karolus de Yspania, conestabulus Francie, occulte occiditur anno tertio [10] pontificatus [11] [8 januarii 1354].

Anno vero Domini [MCCC]LV, circa medium martii, tanta fuit aquarum inundantia ut pontes et turres subverterent [12].

Eodem anno, Dominus Karolus rex [13] prefatus [14], descendens in Ytaliam, coronam imperialem suscepit [15] de manibus domini Petri, episcopi Ostiensis, ad hoc missi [16], et uxor ejus cum eo in basilica Sancti Petri Rome [17] in die sancto Pasche [18] [5 aprilis 1355], statim Romam exiens eo die. Et vicarium fecit marchionem Montisferrati [19] in Ytalia. Et episcopum Augustensem fecit vicarium in civitate Pisana.

Eodem anno [1355], duo milites, Avinionem venientes de Vasconia penitendi causa coram penitentiario, trucidati fuerunt per duos emulos, nepotes quorumdam cardinalium. Et non longe post cardinalis Appamiarum, cujus nepos id perpetrasse dicebatur, obiit insperate [28 octobris].

Eodem anno, die XJ Milium Virginum [21 octobris 1355], obiit dominus Bertrandus, episcopus Sabinensis, cardinalis, qui fundavit

1. *omis par B, Bal.* — 2. Wencelaum, *A.* — 3. martii mense, *B, Bal.* — 4. Regnum, *A.* — 5. hora tertie, *Bal.* — 6. honusti, *A.* — 7. per, *B, C, D, Bal.* — 8. *omis par B, C, D, Bal.* — 9. vix, *A.* — 10. *lege* secundo. — 11. sui, *ajouté par C.* — 12. subverteret, *B, C, D, Bal.* — 13. *omis par A, B.* — 14. *au lieu de* prefatus *Bal. met* Alamannie et Bohemie. — 15. *omis par B.* — 16. de manibus domini Petri, episcopi Ostiensis, ad hoc missi, *passage omis par D.* — 17. *omis par C, D.* — 18. *au lieu de* et uxor... Pasche *Bal. met* in basilica Sancti Petri Rome in die sancto Pasche honorabiliter suscepit, et uxor ejus cum eo. — 19. Montisferati, *A.*

ecclesiam Sancti Desiderii Avinionensis et dotavit pro clericis, licet post ejus obitum fuerit consummatum.

Eodem anno [5 februarii 1355], captum fuit [1] proditorie castrum Bausii [2] comitis Avellini prope Avinionem per quemdam Robertum, comitem Duracii : qui tamen, licet cardinales foverent eum, coactus fuit illud [3] reddere comiti supradicto [4].

Eodem anno [1355], rex Anglie, cum tractatus pacis [5] per dominum [6] Bononiensem [7] in Francia coram papa perfici non posset [8], impugnare cepit regnum Francie graviter circa Tholosam, ita quod studium in Montepessulano suspensum fuit ad tempus.

Mense octobris [9] [1355] obiit Johannes, dux Brabantie [10]. Cujus filia, cum ducatu, data fuit uxor domino Wenceslao, fratri domini Karoli imperatoris.

Eodem anno [1355], tanta nix cecidit [11] Avinione [12] quod a festo Conceptionis [13] [8 decembris] usque post [14] Nativitatem Domini perduraret [15].

Mense decembris [1355] excommunicatus fuit in publico [16] consistorio Franciscus de Ordelaffis, invasor et occupator rerum Ecclesie.

Eodem anno et [17] mense [decembris 1355], venit ad curiam dominus Petrus [18], rex Aragonie, brevissime stature [19], causa componendi cum Ecclesia super regno Sardinie, quod ab Ecclesia ipsa [20] tenebat.

Circa hec tempora [1355] missus fuit episcopus Pactensis, de ordine fratrum Carmelitarum, ad petitionem regis Rassie [21], ad baptizandum ipsum et populum. Sed illuc veniens, vacuus revertitur, eo quod sincere non [22] petiit rex, set ut alleviaretur ab incursu regis Ungarie, ipsum invadentis.

Hoc tempore [1354] fundatum fuit hospitale Sancte Trinitatis Avinione per dominum Bernardum Rascacii [23], militem Avinionensem.

1. *omis par Bal.* — 2. Rausii, *B;* Ransii, *D.* — 3. *omis par B, D.* — 4. suprascripto, *C.* — 5. ceptus, *ajouté par Bal.* — 6. cardinalem, *B, C, D, Bal.* — 7. Bononiensem, *B, D.* — 8. possit, *A.* — 9. *lege* decembris. — 10. Branbantie, *A.* — 11. in, *ajouté par Bal.* — 12. ita, *ajouté par A.* — 13. beate Virginis, *ajoutés par Bal.* — 14. ad, *B, C.* — 15. perdurabat, *A; Bal met : in alio codice legitur*, a festo sancti Andree usque ad festum Nativitatis Domini perduravit. — 16. *omis par A.* — 17. anno et, *omis par B, C, D, Bal.* — 18. Jacobus, *B, C, D.* — 19. et deformis, *ajoutés par B, C, D, Bal.* — 20. ipsa Ecclesia, *B, C, D, Bal.* — 21. ad petitionem regis Rassie, *placés après* tempora *par B, C, D, Bal.* — 22. non sincere, *Bal.* — 23. Risacii, *B;* Riscasii, *C;* Riscatii, *D;* Rascasii, *Bal.*

Fuit etiam erecta cappella extra Avinionem prope ecclesiam de Miraculis, in loco qui dicitur Campus Floris [1]; ubi tempore epidimie infinita corpora tumulata erant, que [2] non poterant in cimiteriis infra civitatem reponi.

Hic papa fundavit in Villanova, Avinionensis diocesis, monasterium Carthusiense [31 maii 1356].

Et ad petitionem domini imperatoris festum Lancee et Clavorum Christi instituit per Alamaniam et Bohemiam [1354], die veneris post octabas Pasche celebrandum.

Anno Domini [MCCC]LVJ, pontificatus vero quarto, dominus Karolus imperator, convocatione facta principum in Nuremborgha [3], multas leges condidit.

Eodem anno [1356], obsessam [4] Papiam per Mediolanenses dominus marchio Montisferrati liberat.

Eodem anno, dominus Johannes, rex Francie, dominum de Haricuria [5] et quosdam alios nobiles regni decollari fecit [5 aprilis 1356], asserens eos traditionem tractasse cum rege Anglie, licet ipse rex [6] excusaret eosdem. Unde credebatur verius quod propter mortem conestabuli [7] supradicti, cujus dicebantur consciі [8], fecisset [9] eos occidi.

Eodem anno, infra octabas Penthecostes [12-19 junii 1356], nuntii imperatoris Constantinopolitani cum parva galea applicantes juxta ecclesiam Beate Marie de Miraculis Avinionensis, offerentes dominum suum redire [10] ad Ecclesie unitatem, ut sibi ab Ecclesia subsidium [11] fieret contra Thureos.

Eodem anno, die martis post octabas Penthecostes [21 junii 1356], mittuntur in Franciam legati a latere cardinales Albanensis, qui et Petragoricensis [12], et Nicholaus de Capociis, qui et Urgellensis dicebantur [13], pro sedandis dissidiis [14] inter reges.

Postea Innocentii anno IIIJ [15], circa festum Palmarum [circa 17 aprilis 1356], dominus comes Flandrie infeudatus per capitulum ecclesie Leodiensis de Machlinio [16], ad ipsam eccle-

1. Floritus, *Bal.* — 2. quia, *B, D, Bal.;* qui *(sic)*, *C.* — 3. Nuremberch, *C;* Nurembergha, *Bal.;* Nuerenborigh, *B, D.* — 4. obsessam, *A.* — 5. Accuria, *A;* hac curia, *B;* Haccuria, *D; un blanc dans C.* — 6. *omis par B.* — 7. conestabularii, *B.* — 8. consocii, *C, D.* — 9. fecisse, *B, C, D.* — 10. esse rediturum, *Bal.;* esse redditurum, *B;* redditurum, *C, D.* — 11. subcidium, *A.* — 12. cardinalis Petragoricensis, qui et Albanensis, *Bal., D;* cardinalis Petragoricensis, qui est Albanensis, *C.* — 13. dicebatur, *A, C.* — 14. discordiis, *B, Bal.* — 15. Innocentii anno IIIJ, *omis par Bal.* — 16. Machlinia, *C, D, Bal.;* Malchlinia, *B.*

siam [1] spectante, dux Brabantie ex adverso comiti se [2] opposuit, et castrametati sunt juxta Brucellas [3]; ibique conserto prelio, comite triumphante, Bruxellenses [4] se reddiderunt, et tota Brabantia cessit. Sed eodem anno dux recuperavit totam terram sine gladio.

Eodem anno [1356], dominus papa regem Ungarie vicarium Ecclesie [5] constituit in Ytalia. Idemque rex, Venetos impugnans, obsedit Tervisium, sed non profecit [6].

Eodem anno [1356], Ewduardus, primogenitus regis Anglie, princeps Wallie, vastavit ducatum Aurelianensem [7], duce Lancastrie Britanniam devastante et Redonum obsidente.

Eodem anno, die lune septembris [8] XVIIJ [1356], Ewduardo principe predicto, primogenito regis Anglie, et Johanne, rege Francie, prope Pictaviam, cum suis exercitibus congregatis, ipso rege, cum esset fortior, pacis federa, ad que se princeps [9] obtulit, et [10] que domini cardinales prefati tractabant, admittere renuente, conflictum extitit; et victoria cedente principi, rex Johannes [11] cum juniore filio suo Philippo captus est, omnibus suis [12] vel [13] fugientibus vel [14] occisis. Karolus vero, filius senior, et dux Aurelianensis, frater regis, de prelio evaserunt. Qui Karolus postea fuit rex Francie post obitum patris sui.

Anno eodem, in superiori Alamania, fuit terre motus in die sancti Luce [18 octobris 1356] et pluribus diebus, adeo quod civitas Basiliensis tota periit in ruina, et castra circa eam [15] ceciderunt et montes et rupes hiulcis aperturis patuerunt, que toto anno ad clausuram minime pervenere. Homines illis diebus vagi in campis currebant, non audentes in civitatibus et locis, ubi erant domus lapidee, permanere. Eodem anno [1356] fuit mortalitas et pestilentia cum caristia in Alemanie multis locis [16].

Eodem anno [24 decembris 1356], dominus papa creavit sex cardinales in vigilia Nativitatis Domini, inter quos erat episcopus Florentinus. Et eodem tempore Rodanus [17] inundans, alveum suum exiens, loca plurima occupavit. Et similiter in Alamania et [18] partibus aliis fuit aquarum inundantia diu durans.

1. ecclesiam ipsam, *B, C, D, Bal.* — 2. se comiti, *B, C, D, Bal.* — 3. Brussellas, *Bal.* — 4. Brussellenses, *Bal.* — 5. *omis par A.* — 6. Eodem anno... profecit, *paragraphe omis par C.* — 7. Aurelianencem, *A.* — 8. decembris *(sic)*, *B, Bal.* — 9. principes *(sic)* se, *A.* — 10. *omis par A.* — 11. ipse, *B, C, D, Bal.* — 12. aliis, *B, C, D, Bal.* — 13. aut, *B, C, D, Bal.* — 14. aut, *B, C, D, Bal.* — 15. LXXX, *Bal.; 87. C; 87, ajouté dans D par une main très postérieure.* — 16. multis locis Alamannie, *B, C, D, Bal.* — 17. *omis par A.* — 18. in, *B, C, D, Bal.*

Eodem tempore [decembri 1356], dominus Karolus imperator parlamentum statuit Metis de pace tractanda inter reges [Francie et Anglie], sed non conclusit. Ibique clerus Alamanie subsidium [1] loco decimarum [2] obtulit se daturum.

Circa hec tempora, in die sancti Bartholomei [24 augusti 1356], fuit terre motus in regno Portugalie, fortalitia subruens atque castra.

Anno Domini MCCCLVIJ, pontificatus domini Innocentii anno quinto, inter reges Castelle et Aragonie [3] orta guerra, civitas Tirasonensis capta est per regem Castelle.

Eodem tempore, in cena Domini [6 aprilis 1357], iterum fuit in partibus [4] Basilee gravissimus terre motus, et postea de mense maii circa Spiram, Argentinam [5], et Treverim [6], ita quod in multis locis terra hiulca, albam aquam et fetentem evomens, castra et loca fortiora dedit ruine [7].

In festo Nativitatis sancti Johannis [24 junii 1357] cardinales prefati, Callesii [8], de pace [9] tractabant inter reges, Johanne rege [10] in Angliam captivo traducto.

Mense julii [11] [1357] miles quidam [12] Vasco, dictus Archipresbiter, collecta societate, intravit Provinciam, et plurima dampna fecit et strages; propter que tota curia romana stupefacta, papa, data pecunia, pro qua se Provinciales obligaverunt, ipsum abire fecit, et transitum per Avinionem concessit. Sed interim papa stipendiarios multos tenuit, civitatem quoque portis ac muris munivit et fossatis [13]; ad què omnes clerici, in romana curia [14] degentes, contribuere cogebantur [15].

Mittitur hoc anno [1357], XIIIJ die octobris, die sabbati [16], in Alamaniam dominus Philippus, episcopus Cavallicensis, postea per Urbanum papam V [17] factus [18] cardinalis, qui promissum subsidium [19] a clero Alamanie sustulit et recepit. Et episcopus quidam

1. subcidium, *A.* — 2. loco decimarum subsidium, *B*, *Bal.* — 3. Portugalie, *B*, *C*, *D*, *Bal.* — 4. terra, *B*, *Bal.* — 5. Argentinensem, *A.* — 6. Treverum, *A.* — 7. fortia loca casui dedit et ruine, *B;* loca fortia casui dedit et ruine, *C*, *D*, *Bal.* — 8. Calesii, *Bal.* — 9. de pace, *omis par A.* — 10. rege Johanne, *A.* — 11. julio, *Bal.* — 12. *omis par B.* — 13. civitatemque muris et portis ac fossatis munivit, *B*, *Bal.;* civitatem quoque muris et portis ac fossatis munivit, *C*, *D.* — 14. curia romana, *B*, *Bal.* — 15. Mense julii... cogebantur, *tout ce paragraphe se trouve après le suivant dans A.* — 16. die sabbati, XIIIJ die octobris, *B*, *C*, *D*, *Bal.* — 17. *omis par C*, *D*, *Bal.* — 18. postea Urbanum factus *(sic)*, *B.* — 19. subcidium, *A.*

Gurcensis ad provinciam Salseburgensem mittitur pro eodem subsidio [1] extorquendo.

Die lune XXIIJ octobris [1357], dominus Sabinensis, legatus Ytalie, revertitur, remanente pro eo ibidem abbate Cluniacensi, et [2] Malatestam [3] tirannum secum duxit ad presentiam domini pape.

Novembris die quinta [1357], provisum fuit [4] ecclesie Monasteriensi de persona domini Adulphi de Marka, nunc comitis Clevensis [5].

Ejusdem mensis die octava [8 novembris 1357], dominus Armachanus [6], primas Ybernie, questionem cepit coram domino papa contra omnes ordines mendicantium. Sed postea defunctus est, et questio consopita [7], nullo ulterius prosequente.

Eodem tempore fuit pestilentia per Alamaniam, Boemiam et Turingiam, et guerre quasi universales per totum mundum.

Rex Aragonie confederatus est cum rege Marochie [8] ad resistendum regi Castelle.

Eodem tempore [1358], dominus Petrus, episcopus Penestrinus, cardinalis, ecclesiam Sancti Petri Avinionensis erigi fecit in collegiatam. Et chorum et claustrum novum fecit pro canonicis et redditus eis comperavit [9].

Anno Domini MCCCLVIIJ, Innocentii anno pontificatus sui [10] sexto, indicte fuerunt tallie per civitatem Avinionensem, pro quolibet capite medius florenus. Et processus facti contra predatores Provincie.

De mense martii [1358], Archipresbiter cum societate reversus est [11] in [12] Provinciam; non obstante pecunia sibi soluta, civitatem Aquensem impugnat [13]. Dominus papa tam pro defensione [14] quam munitione civitatis [15] gabellas imposuit, et concessit quod pro qualibet bota [16] vini solveretur unus florenus. Et ne tabernarii nimis perderent, mensure diminute fuerunt ad mensuram unius vitri, quorum octo faciebant unum picerium [17].

1. subeidio, *A.* — 2. *omis par B, D.* — 3. Malamtestam, *A.* — 4. *omis par Bal.* — 5. Cliviensis, *B;* Clivensis, *C, D, Bal.* — 6. archiepiscopus, *ajouté par B, C, D, Bal.* — 7. non sopita, *A, B, D;* sopita, *C.* — 8. cum rege Marochie confederatus est, *B, C, D, Bal.* — 9. et pro canonicis redditus comparavit, *B, C, D, Bal.* — 10. *omis par C, D.* — 11. *omis par B, C, D, Bal.* — 12. *omis par A.* — 13. oppugnat, *B, C, D, Bal.* — 14. defencione, *A.* — 15. *omis par A.* — 16. bote, *C, D;* butta, *B, Bal.* — 17. bicherium, *A.*

De mense aprilis [1358] civitas Avinionensis domino pape obedientiam promisit, quam a tempore venditionis distulerant; et promissum fuit eis antiquas libertates servandas.

In festo sancti Georgii [23 aprilis 1358] dominus rex Anglie sollempnissimam curiam fecit suis principibus; a qua reversus Wilhermus, dux Hollandie, amens effectus, et alienatus a sensu, clausure [1] tentus est; venitque [2] frater ejus Albertus pro terra gubernanda.

Circa hec tempora [1358-1360], [3] propter violationem libertatum factam in Flandriam, mercatores circa litus maris Occeani scapellum removebant [4] a Brugis et [5] in Dordraco posuerunt; quem Brugenses postea cum difficultate rehabuerunt.

Hoc tempore [1358] rex Navarre, concordiam faciens cum Anglicis, civitates Francie impugnans, Altisiodorum cepit, et loca multa vastavit [10 martii 1359].

Fuitque hiis diebus [6] pestilentia per totam Alamaniam, a Basilea usque ad mare, et per Saxoniam et littora maris Occeani.

De mense octobris [1358], dominus Sabinensis cardinalis revertitur in Ytaliam. Dominus Boloniensis [7] mittitur legatus in Yspaniam [1359].

Novembris die sexta [1358] canonici Sancti Petri Avinionensis intraverunt ecclesiam suam novam.

Anno Domini [MCCC]LIX, mense aprilis, Petragoricensis et Urgellensis cardinales revertuntur de Francia sine fine. Et rex Navarre cum Anglicis vastavit terras diocesis Aniciensis [8]. Fuitque civitas Avinionensis [9] amplius fortificata in muris et fossatis, et collecta imposita civibus et curtesanis [10] ac [11] clericis.

Mense julii [1359] surrexit Avinione societas nocturnalis, dicta Alperuche [12], qui nocturno tempore furabantur in larvis [13]. et stupra commiserunt. Contra quos papa justitiam fecit fieri, plerisque notabilibus occulte submersis.

Circa hec tempora [21 augusti 1359] dominus Karolus, primogenitus regis Francie captivi [14], et rex Navarre pacem mutuam firmabant.

1. clausus, *B, C, D, Bal.* — 2. que, *omis par A.* — 3. et, *ajouté par A.* — 4. removentes. *Bal.* — 5. *omis par B, C, D, Bal.* — 6. temporibus. *B, C, D, Bal.* — 7. Bononiensis. *B, D.* — 8. usque ad diocesim Aniciensem. *Bal.* — 9. que muris et fossatis carebat, *ajoutés par Bal.* — 10. cortesanis, *B, C, D, Bal.* — 11. et. *B.* — 12. Alperughe *B, Bal.*; Alprighe, *C, D.* — 13. armis, *B, C, D, Bal.* — 14. capti, *Bal.*

Circa festum sancti Mathei [circa 21 septembris 1359], canonici ecclesie Sancti Desiderii Avinionensis novam suam ecclesiam, per dominum Bertrandum quondam [1] Sabinensem fundatam, intraverunt, quam antea consecraverat die XX mensis septembris dominus Raynaldus, episcopus Eduensis, domini [2] pape thesaurarius; fuitque corpus dicti [3] cardinalis translatum et tumulatum [4] in ipsa [5].

Mense octobris [1359] lata fuit sententia per dominum cardinalem Florentinum pro domino archiepiscopo Rigensi contra fratres ordinis Beate Marie Theotonicorum.

Novembris die XIIJ [1359], Durantia fluvius prope Avinionem tantum excrevit ut portam civitatis novam prope hospitale Sancte Trinitatis Avinionensis dirueret et subverteret.

De mense decembris [1359] rex Anglie vastavit [6] terras Campanie circa Remis.

Anno [7] [MCCC]LX, Innocentii anno VIIJ. dominus Mediolanensis obsedit Bononiam [8].

Fuit [9] etiam nova tallia indicta clericis Avinionensibus pro complendis muris civitatis.

Restituta fuit eodem anno [martii 1360] Ecclesie [10] Bononia per dominum Johannem de Olegio, et dominus papa Firmanam [11] civitatem et aliquas terras in Marchia [12] assignavit eidem. Et inter Mediolanenses et Ecclesiam guerra gravis [13] orta est.

Circa Ascensionem Domini [circa 14 maii 1360], Gerardus, comes de Monte, in conflictu insperate mortuus est.

Mense julii [14] [1360] dominus Boemundus regimini ecclesie Treverensis cessit. Cui Cono de Falkensteyn successit, cedenti redditibus assignatis [27 maii 1362].

Hiis temporibus caristia fuit Avinioni, et circa partes Lugdunenses pestilentia. Et in provincia Narbonensi, augusti die ultima [31 augusti 1360], fuerunt fulminati [15] processus apostolici contra Bernabonem, invasorem terrarum Ecclesie.

1. quondam Bertrandum, *B, C, D, Bal.* — 2. nostri, *ajouté par Bal.* — 3. domini, *ajouté par C, D.* — 4. humatum, *B, C, D, Bal.* — 5. in mense ipsa octobris, *A.* — 6. devastavit, *B, Bal.* — 7. Domini *ajouté par B, C, Bal.* — 8. Boloniam, *A.* — 9. que, *ajouté par Bal.* — 10. romane, *ajouté par C, D.* — 11. *au lieu de* Firmanam *A met* firmavit. — 12. monarchia, *A.* — 13. gravis guerra, *B, C, D, Bal.* — 14. junii, *B, Bal.* — 15. ultima die augusti fulminati fuerunt, *Bal.*

Circa hec tempora [1360] reformata est pax [1] inter Brugenses et mercatores, et scapellus reductus Brugis.

Hiis temporibus [1360] Johannes, rex Francie, receptis a tyrannis Mediolanensibus multis milibus florenorum [2], filiam suam tradidit uxorem [3] filio [4] Galeacii.

Dominus Karolus imperator comitem de Wirtemberg, sibi rebellem, perdomuit [augusto 1360].

Hoc tempore [24 octobris 1360], Johannes rex Francie pro tribus milionibus florenorum, alias francorum [5], liberatus est et a regni sui populo receptus.

De mense januarii anno Domini [MCCC]LXJ [6], societas Anglicorum cepit villam Sancti Spiritus prope Avinionem. Contra quos dominus papa predicavit crucem. Fuitque factus capitaneus [7] crucesignatorum dominus Ostiensis. Et sepe congressiones facte per Anglicos de villa predicta contra gentem Ecclesie stantem in villa Montis Draconis [8] et circa. Finaliter gentes Ecclesie, cesis ex eis plurimis et occisis, vacue redibant Avinionem. Et Anglici, recepta a papa multa pecunia, id est XXXIIJ [9] milibus florenorum, recesserunt de villa predicta, ipsa totaliter spoliata [martii 1361].

De mense februarii [1361] magnus ignis, quasi aer totus [10] arderet, visus est in Alamania, me Bunne tunc [11] residentiam faciente in prebenda mea et vidente, die videlicet XVIIJ ipsius mensis.

Et eo tempore [12] [26 februarii 1361] dux Juliacensis mortuus est in villa Durensi, qua decubuit.

Eo tempore fuit hyems aspera, ita quod multe vites, frigore perdite, amputate fuerunt in partibus Reni.

Hoc [13] tempore [1361], in estate, mortalitas reincipit [14] Avinione, ita quod estate illa octo cardinales mortui sunt et populus innumerabilis. Et caristia magna fuit [15]. Saumata frumenti [16] vendebatur octo florenis [17].

Eodem anno [18] dominus Engelbertus, Leodiensis episcopus, obsedit castrum Stochem [19] de comitatu Lossensi, fuitque sibi

1. pax reformata est, *C, D, Bal.*; est, *omis par B.* — 2. militibus Romanorum, *B, D.* — 3. uxori, *B, D.* — 4. domini, *ajouté par B, C, D, Bal.* — 5. alias francorum, *omis par B, D; au lieu de* alias francorum *Bal. met* a carcere. — 6. *lege* 28-29 decembris MCCCLX. — 7. capitaneus factus, *A.* — 8. Monte Draconi, *A*; Mondagrini, *B, C, D.* — 9. *lege* 14500. — 10. totus aer, *B, C, D Bal.* — 11. tunc Bunne, *B, C, D, Bal.* — 12. Eodemque tempore, *Bal.* — 13. Eo, *B, C, D, Bal.* — 14. in, *ajouté par B, Bal.* — 15. in tantum quod, *ajoutés par Bal.* — 16. *omis par A*; bladi, *Bal.* — 17. octo florenis vendebatur, *B, C, D, Bal.* — 18. tempore, *Bal.* — 19. Scothen, *Bal.*

redditum seu traditum in festo sancti Viti [1] [15 junii 1361]. Et per consequens totus comitatus cessit ei et [2] ecclesie Leodiensi, Thilderico [3], comite Lossensi, absque herede defuncto.

Hoc tempore [1361] Ewduardus junior, natus ducis Guelrie, conserto prelio cum seniore Raynaldo, fratre suo, jam duce, ipsum cepit et ducatum [4] obtinuit.

Hoc anno [1361] per fratres ordinis Beate Marie Theotonicorum captus fuit Kuystud, rex Lituwanorum, et positus in carcere castri Beate Marie, et eodem anno fuga lapsus evasit.

Hoc anno, de mense septembris [5] [17 septembris 1361], dominus Innocentius creavit octo cardinales, tres diaconos, et quinque presbiteros : quorum tres absentes intraverunt die jovis post festum Omnium Sanctorum [4 novembris 1361].

Eodem die [6] [4 novembris 1361], dominus Boloniensis [7] cardinalis legatus tribus annis [8] in Yspania, reformata pace inter reges Yspanie et Aragonie, rediit ad curiam.

Eodem anno MCCCLXIJ, domini Innocentii anno X [9], de mense martii, visa [10] fuit cometa in Provincia inter orientem et septentrionem [11] ante ortum diei, comas suas versus aquilonem protendens.

Eodem tempore [1362], societas circa Lugdunum congregata predis et dampnis omnes terras circa Sagonam [12] lacessivit. Contra quos boni homines Francie venientes victi fuerunt [6 aprilis 1362], victoria cedente predatoribus [13], qui usque ad estatem in Francia permanserunt.

De mense martii fratres predicti [Beate Marie Theotonicorum] ceperunt castrum regis Lithuwanorum Cawim [14] in vigilia Pasche [16 aprilis 1362], in quo filium ejus et socerum [15] ejus circa XXXVIJ ceperunt, et circa duo milia occiderunt.

Eodem anno [26 maii 1362] mortuus est Ludovicus, rex Sicilie [16]. Cujus exequias fecit fieri dominus papa de mense junii die XX, mittens ad illas partes nuntium, videlicet [17] dominum Guillelmum Grimoardi [18], tunc abbatem Massiliensem [19], qui postea ele-

1. viri *(sic)*, *B*. — 2. ei et, *omis par B, C, D, Bal.* — 3. Thiderico, *D;* Tiderico, *B;* Theoderico, *C, Bal.* — 4. *omis par B, D.* — 5. septembri, *Bal.* — 6. anno, *B, D.* — 7. Bononiensis, *B, D.* — 8. tribus annis legatus, *B, C, D, Bal.* — 9. anno X domini Innocentii, *Bal.* — 10. visus, *B, C, D, Bal.* — 11. aquilonem, *B, C, D, Bal.* — 12. Sogoriam, *A; B, Bal. placent* circa Sagonam *avant* omnes terras. — 13. predonibus, *B, C, D.* — 14. Kuystud, *Bal.* — 15. sociorum, *B, C, D, Bal.* — 16. Cicilie, *A.* — 17. *omis par B, C, D, Bal.* — 18. Grimoaldi, *B, C, D.* — 19. ordinis sancti Benedicti, *ajoutés par Bal.*

etus est, ibidem existens, in papam et [1] Urbanus V appellatus.

De mense augusti [1362] societas predicta, que depopulata est Franciam et Burgundiam, recepta pecunia a rege Francie, recesserunt de Francia, et transitum faciebant per Villamnovam, Avinionensis diocesis, ituri in auxilium regis Aragonum contra Petrum, regem Yspanie. Contra quem, eodem tempore, fuerunt [2] processus publicati et portis ecclesiarum affixi, quos dominus Boloniensis [3] cardinalis [4] fecerat, eo quod pacta per ipsum cardinalem, cum esset legatus, ordinata non servavit.

Post hec, dominus Innocentius, modicum decumbens, cum esset senio et infirmate confractus [5], die XIJ mensis septembris [1362] obiit, et XIIIJ sepelitur in ecclesia Beate Marie de Dompnis : ibique mansit usquequo translatus fuit, sicut infra [6] dicetur.

Hoc tempore, vacante Ecclesia romana, obiit Wilhermus, archiepiscopus Coloniensis [15 septembris 1362]. Cui successit Adulphus, frater comitis de Marka [21 junii 1363]. Et eo sponte cedente, quia ad laicatum aspirabat, successit [7] Gilbertus [8], patruus ejus, tunc episcopus Leodiensis, translatus ad ecclesiam Coloniensem per dominum Urbanum [9] V [15 aprilis 1364].

1. *omis par* A. — 2. fuerunt eodem tempore, *B, D, Bal.* — 3. Bononiensis, *B, D.* — 4. cardinalis Boloniensis, *Bal.* — 5. senio et etate confectus, *B, C, D;* senio et infirmatibus confectus *Bal.* — 6. *voir infra, p. 833.* — 7. ei, *ajouté par A.* — 8. Guilbertus, *C;* Engilbertus, *Bal.;* Sigilbertus, *D.* — 9. papam, *ajouté par B, C, D, Bal.*

TERTIA VITA

INNOCENTII VI

EX APPENDICE

PTOLEMAEI LUCENSIS

Innocentius VI, Stephanus nomine, natione Lemovicensis, de villa . ex patre .

Hic primo procurator, et judex postea fuit, necnon doctoratus in jure canonico, postmodum clericus et episcopus Claromontensis, deinde cardinalis; et electus est in papam per cardinales, anno Domini MCCCLIJ et ab Urbe condita MMCVIIJ [1], die martis, XVIIJ decembris, hora tertiarum, et coronatus dominica penultima dicti mensis [30 decembris], Avinione [2], in apostolico palatio. Sedit annis VIIIJ, mensibus VIIJ, diebus VJ [3], et vacavit episcopatus ejus [4] mense uno, diebus XVIIIJ [5].

Hic fuit vir justus et durus in concedendis beneficiis et [circa] jura ecclesiastica. Subito post suam coronationem multas reservationes factas per Clementem, suum predecessorem, suspendit, et constituit prelatos et alios beneficiatos, in curia illo tunc morantes, unumquemque ad suum beneficium personaliter applicare et ibi residentiam facere sub pena excommunicationis; quod et factum est.

Hic diminuit expensas et familiares suos et etiam omnium cardinalium. Hic ordinavit stipendia auditorum sacri palatii. Hic pareus et gothosus, fortis et robustus ad recuperandum provincias, terras et jura sancte matris Ecclesie, que diu temporibus suorum prede-

1. et ab Urbe condita MMCVIIJ, *omis par Bal.* — 2. Avinionen., *A.* — 3. XXVJ, *Bal.* — 4. ejus episcopatus, *B.* — 5. XX, *Bal.*

Désignation des manuscrits employés :

A = Bibliothèque nationale de Paris, ms. latin *5127*, fol. 363 r°-364 r°.
B = Bibliothèque Laurentienne, ms. *XIV*, *19*, fol. 293 v°-294 v°.

cessorum fuerant per tirannides[1] occupate in partibus Ytalie; quas pene omnes ad mandata Ecclesie reduxit manu potenti.

Hic ordinavit et transmisit anno primo sue coronationis [30 junii 1353] dominum Egidium, Yspanum cardinalem, in legatum ex latere in istis partibus Ytalie, ad recuperandum predictas provincias, terras et jura Ecclesie, occupata per tirannides[2]; quod et factum est[3]. Et facta est[4] executio manu potenti per dictum dominum cardinalem[5] infra quatuor annos, cum multis laboribus et expensis thesauri Ecclesie.

Hic transmisit quamplurimos prelatos regibus Francie et Anglie, pro pace vel treuga ponenda inter ipsos et eorum regna; sed modicum elevavit.

Hic, anno secundo sue coronationis, transmisit dominum Petrum, cardinalem Hostiensem, in legatum Romam ad coronandum dominum Carolum quartum, filium regis Boemie, in Romanum imperatorem; quod et factum est [5 aprilis 1355].

Anno primo sue coronationis [1353], die XXV augusti, Januenses fuerunt debellati in Sardinia, in mari, per Venetos et Cathalanos[6]. In quo bello dicti Januenses XXXIIJ galeas perdiderunt, et submerse fuerunt cum hominibus.

Hujus tempore [septembri 1353] dicti Januenses cum omnibus eorum castris et jurisdictionibus submiserunt se archiepiscopo Mediolanensi tirannidi[7]. Et paulo post dicti Januenses debellaverunt Venetos in mari magno, ubi dicti Veneti amiserunt quadraginta galeas[8] et alia navigia necnon homines qui erant in dictis navigiis [4 novembris 1354].

Hujus tempore facta fuit pax inter dictos Venetos et Januenses, et exclusi fuerunt Cathalani[9] a dicta pace [1 junii 1355].

Item sub anno[10] MCCCLVJ, de mense junii[11], dominus[12] Talarandus[13] Petragoricensis, et dominus Nicolaus Capocii, cardinales, transmissi fuerunt in nunciis apostolicis per dictum papam ad ponendam[14] pacem finalem vel treugam fiendam inter reges Johannem Francie et Eduardum Anglie, ipsorumque regna. Qui cardinales, de mense predicto, de curia recesserunt et in regno[15] Francie appli-

1. tyrannos, *Bal.* — 2. tyrannos, *Bal* — 3. quod et factum est, *omis par B, Bal.* — 4. Et facta est, *omis par A.* — 5. per dominum cardinalem prefatum, *B.* — 6. Cathelanos, *A*, *Bal.* — 7. tyranno, *B.* — 8. galeas XL, *B.* — 9. Catheani, *A*, *Bal.* — 10. *omis par A*, *Bal.* — 11. julii, *Bal.* — 12. domini, *A.* — 13. Thelarandus *A.* — 14. ponendum, *mss.*, *Bal.* — 15. regnum, *B.*

cuerunt continuando ipsorum dietas [1] pro pace vel [2] treuga inter ipsos reges et regna ponenda.

Item, sub predicto anno [1356], dictus papa unam ordinationem in die veneris, XXIIJ decembris, ordinavit de infrascriptis cardinalibus : videlicet de dominis [3] Petro, archiepiscopo Rothomagensi: [4] Francisco de Tuderto [5], episcopo Florentino; Petro, episcopo Pampilonensi, suo nepote; Elya, episcopo Uticensi; fratre Guillermo, generali [6] ordinis Predicatorum, de Aragonia; fratre Nicolao [7], generali ordinis Minorum, Lemovicensi [8].

Item eodem tempore et sub MCCCLVIJ ordinavit dominum Androinum [9] de Burgundia, abbatem Cluniacensem, in rectorem et gubernatorem omnium terrarum Ecclesie in Ytalia, dum dictus dominus Yspanus legatus ibidem moram contraheret; et recessit de curia die ultima februarii [28 februarii], et sub die v dicti mensis fuit ordinatus. De mense vero augusti [23 augusti] dicti anni, dictus legatus apud Berthonorium totaliter [vices suas] in spiritualibus et temporalibus dicto domino abbati commisit, et in paucos dies versus Tusciam cum suis familiaribus et dominis de Malatesta, de Arimino, et aliis nobilibus de Marchia et Romandiola, causa applicandi ad curiam, iter [10] assumpsit. Die vero lune, XXIIIJ [11] mensis octobris, in curia dictus dominus legatus Egidius a domino papa et omnibus dominis cardinalibus et morantibus [12] in curia benivole est receptus.

Hujus tempore et sub MCCCLVIJ, dominus Raynaldus de Servilla [13] de Verna [14], oriundus de Petragoricensi comitatu, ex tractatu domini Amadii de Baucio, domini Karoli de Picerio [15], domini Raymundi de Baucio comitis de Avelino, domini Garmoti de Atrio, domini Bertrandi de Bidossio [16] et domini Johannis de Rubufello [17] et fere omnium nobilium de Provincia fecerunt, ordinaverunt atque [18] congregaverunt maximam partem equitum et

1. continuando ipsorum dietas *mots placés après* predicto *par les mss.* — 2. et, *B.* — 3. domino, *Bal.* — 4. domino, *ajouté par A*, *Bal.* — 5. Turdeto, *A.* — 6. *lege* Nicolao, provinciali, *Bal.* — 7. *lege* Guillermo, *Bal.* — 8. ordinavit infrascriptos in cardinales : videlicet Petrum, episcopum Pampilonensem, suum nepotem; Eliam, episcopum Puticensem *(sic)*; fratrem Guillermum, generalem ordinis Predicatorum, de Aragonia; fratrem Nicolaum, generalem ordinis Minoris, Lemovicensem, *B.* — 9. Antonium, *B.* — 10. ideo, *B.* — 11. XIIIJ. *B.* — 12. commorantibus, *Bal.* — 13. *lege* Arnaldus de Servola, *Bal.* — 14. Vernis, *Bal.*; Verria, *A.* — 15. Piceno, *B.* — 16. Vidossio, *B.* — 17. Rubussello, *B.* — 18. ac, *B.*

peditum uniuscujusque christiane nationis [1]; qui fuerunt in summa IIIJ milia hominum; et vocabatur societas de la Questa [2]; et coadunaverunt [3] se in Lemovicinio, in Auvernia et per illas partes circa Rodanum. Et sub die jovis, XIIJ julii dicti anni, de consensu domini de Rossillon, transiverunt Rodanum et applicuerunt continuatis eorum dietis [4], in comitatu Venaissensi de assensu [5], ut publice dicebatur, domini pape et aliquorum cardinalium de Lemovicinio; necnon predicta omnia ordinata fuisse per dominum Talayrandum...

1. christiani natione, *B.* — 2. del acquisto, *Bal.* — 3. congregaverunt, *B.* — 4. *ici se terminent A et B; le texte qui suit est emprunté au ms. latin Vaticanus 2040, fol. 55 v°.* — 5. consensu, *Bal.*

QUARTA VITA

INNOCENTII VI

AUCTORE PETRO DE HERENTHALS

PRIORE FLOREFFIENSI

Innocentius papa VI, qui prius vocabatur[1] Stephanus, primo fuit episcopus Claromontensis [11 octobris 1340], deinde cardinalis [20 septembris 1342] et summus penitentiarius, post Ostiensis[2] episcopus [13 februarii 1352], postremo autem papa. Et cepit anno Domini[3] MCCCLIJ.

Primo anno istius pape quidam de ordine fratrum Predicatorum[4] existens incarceratus in Avinione, quia de heresi suspectus habebatur, multa prophetizabat de Antichristo et de summis pontificibus futuris, et incepit prophetizare anno Domini MCCCXLV, tempore Clementis VI. Multa de suis prophetiis[5] visa sunt evenisse.

Secundo autem anno papatus dicti Innocentii, cum ipse Innocentius, dum adhuc esset summus penitentiarius, habuit unum capellanum pre ceteris sibi dilectum et in septem ecclesiis beneficiatum. Cum ergo idem dominus esset in summum pontificem creatus, predictus capellanus adduxit sibi suum nepotulum ad aliquod beneficium ab eo impetrandum. Cui dominus papa, tanquam vir justus, justissime respondit : *Tu habes septem bona beneficia. Melius inter ea isti puero resigna.* Hoc dicto, cum papa videret

1. dicebatur. *B, Bal.* — 2. Hostiensis, *A.* — 3. *omis par B, Bal.* — 4. *lege* Minorum. — 5. propheticiis, *A, B.*

Désignation des manuscrits employés :

A = Bibliothèque royale de Bruxelles, ms. *12000*, fol. 144 v°-145 r°.
B = Bibliothèque nationale de Paris, ms. latin *4931 A*, fol. 229 r° et v°.

eum de hoc verbo contristatum, ait : *Adhuc tu habes sex beneficia, et tibi sufficerent pro expensis tuis pauciora. Eligas ergo tibi de hiis tuis beneficiis tria meliora, et alia sine contradictione resigna, que dabo tribus clericis pauperibus propter Deum.* De quo facto dictus papa apud quamplures non modicum est laudatus, qui potius spiritualis quam carnalis affectionis viam est secutus, et cetera [1].

1. et cetera, *omis par Bal.*

PRIMA VITA

URBANI V

Urbanus papa quintus, natione Gaballitanus[1], de loco de Grisaco, dyocesis Mimatensis[2], post dictum Innocentium VJ[3] Avinione fuit electus in papam die XXVIIJ mensis octobris[4], anno Domini MCCCLXIJ, et die VJ mensis novembris immediate sequentis[5] consecratus et coronatus[6].

Hic prius[7] vocatus est Guillermus Grimoardi[8], cujus pater fuit Grimoardus[9] miles. Et in adolescentia sua sub habitu monastico[10] Domino voluit famulari, fuitque receptus in monachum in prioratu de Chiraco[11], dicte dyocesis, a monasterio Sancti Victoris Massiliensis[12] dependente; ubi, postquam fuit instructus in regularibus observantiis, se transtulit ad studia litterarum, in quibus adeo diligenter institit et insudavit, quod demum fuit effectus solempnis doctor decretorum, legitque ex tunc multis annis tam in Montepessulano quam in Avinione. Tandem vero suis suffragantibus meritis, primo ad monasterium Sancti Germani Autissiodorensis, postea vero ad monasterium predictum[13] Sancti Victoris Massiliensis, sub quo primitus ordinem sancti Benedicti professus extiterat, promotus fuit, et ab inde assumptus in papam. Seditque annis octo, mense[14] uno, et diebus novem decim[15].

1. Gallicanus, *E*. — 2. *omis par B*. — 3. post dictum Innocentium VJ, *omis par A*, *B*. — 4. *lege* septembris. — 5. sequenti, *A*. — 6. confirmatus et coronatus, *B*. — 7. primus, *E*. — 8. Grimondi, *B*. — 9. Grimordus, *E*. — 10. monastico habitu, *B*. — 11. *lege* Chiriaco; Thyriaco, *B*. — 12. ante Massilien. *au lieu de* Massiliensis, *E*. — 13. *omis par B*. — 14. mensis *(sic)*, *E*. — 15. viginti, *A*, *B*.

Désignation des manuscrits employés :

A = Bibliothèque nationale de Paris, ms. latin *14617*, fol. 253 v°-265 v°.
B = Bibliothèque nationale de Paris, ms. latin *15011*, fol. 512 r°-523 v°.
E = Bibliothèque de la ville de Toulouse, ms. *474*, fol. 23 v°-36 v°.

Modus autem sue assumptionis, seu [1] electionis, magis a Deo quam ab homine videtur [2] processisse; attento presertim quod, dicta Sede apostolica tunc vacante, erant in collegio cardinalium multi valentes et sufficientes viri, qui tamen, ut creditur, Deo sic disponente, concordare nequiverunt [3] ut ipsorum aliquis eligeretur. Sed post satis diuturnam [4] vacationem, habentes aspectum ad merita, virtutes et sufficientiam [5], de quibus magnam experientiam habuerant, cum inter ipsos in plerisque officiis deputatus, longis temporibus fuisset conversatus, in eum pro tunc absentem, in partibus Neapolitanis [6] pro [7] negotiis Ecclesie romane existentem, sua vota direxerunt [8]. Non tamen ea publicaverunt, donec et [9] quousque ipse [10] personaliter ad ipsos venit, hesitantes an electioni [11] hujusmodi suum vellet prebere [12] consensum; quem [13], licet cum tremore et timore [14], prestitit [15], nolens divine et eorum contraire [16] voluntati. Fuitque per eos intronizatus, debitis et solitis solempnitatibus observatis.

In hac autem electione fuit presens et, tanquam in ipsa vocem [17] habens, admissus et in [18] conclavi cum aliis cardinalibus introductus dominus Androinus de Rocha, prius abbas Cluniacensis, qui per dictum [19] Innocentium papam VI factus fuerat presbiter cardinalis, cum tamen [20] nondum haberet titulum, nec [21] vivente dicto Innocentio in consistorio fuerat installatus; intravit enim [22] primo curiam dum dictus Innocentius laborabat in extremis, ymo et quasi hora qua [23] moriebatur. Quod ideo hic notanter [24] inserendum [25] duxi, ut appareat quod sola assumptio, seu promotio ad cardinalatum, dat vocem in electione pape, et non tituli assignatio. Et hoc expresse denotat regularis seu communis observantia, que habet quod noviter promoto ad dictum statum per papam clauditur os antequam sibi titulus [26] assignetur; sicque manet ore clauso, et vocem in nullo habens, donec demum sibi aperiatur; et tunc sibi titulus assignatur. Per quod [27], ut in posterum

1. assumptionis, seu, *omis par B.* — 2. videndum. *B.* — 3. nequierunt. *B.* — 4. diutinam. *A.* — 5. ipsius, *ajouté par A, B.* — 6. Neopolitanis. *A, E.* — 7. in, *B.* — 8. dixerunt, *E.* — 9. *omis par A, B.* — 10. *omis par B.* — 11. electionem *(sic), B;* suc, *ajouté par Bal.* — 12. *omis par B.* — 13. qui, *E.* — 14. timore et tremore. *A, B.* — 15. consensit, *B.* — 16. contrarie, *B, E.* — 17. voce *(sic), E.* — 18. admissus est in. *E.* — 19. dominum. *B.* — 20. tamen cum, *E, Bal.* — 21. *omis par E.* — 22. in. *B.* — 23. quasi post horam qua. *B.* — 24. notanter hic. *A, B.* — 25. inserendi *(sic). B.* — 26. titulus sibi. *B.* — 27. Et *au lieu de* Per quod. *E.*

loquatur, vocemque liberam habeat [1] tam in dicta electione quam [2] aliis actibus ad statum hujusmodi pertinentibus, tribuitur eidem [3] et conceditur facultas que per dictam oris clausuram suspensa fuerat et effectualiter interdicta. Hoc etiam denotat verbum *claudere*, quod non potest locum habere nisi in re jam aperta. Et ita pro vero et indubitato, etiam [4] de jure, tunc tentum, habitum et determinatum extitit concorditer per dominos cardinales.

Dictus autem Urbanus papa modo premisso electus, consecratus et coronatus, satis cito post [6 decembris 1362] dominum Guillermum Bragose, Sancti Georgii ad Velum aureum dyaconum cardinalem ac majorem penitentiarium, virum utique satis grandevum, qui perprius in studio Tholosano doctor solempnis decretorum [5] existens, annis pluribus cathedram doctoralem [6], ad perutilem instructionem seu informationem plurimorum, rexerat, in presbiterum cardinalem ordinavit, sibique titulum presbiteralem assignavit, videlicet Sancti Laurentii in Lucina. Ad quod faciendum precipue motus extitit ratione officii penitentiarie, quod presbitero magis quam dyacono convenire judicavit.

Ad ecclesiam insuper Avinionensem, que diu pastore caruerat, cum per duos predecessores [7] suos, pro suis et Ecclesie necessitatibus, vacans quasi [8] continue retenta fuisset, promovit [12 decembris 1362] dominum Anglicum [9] Grimoardi [10], priorem Diensem [11], fratrem suum, de quo quasi communiter dicebatur, quod [12] in omni probitate, [13] honestate, religionis observantia, ac [14] discretione seu circumspectione naturali, cum [15] litteratura convenienti, ordo suus, scilicet canonicorum regularium, etsi sibi pares haberet, paucos tamen, excedentes vero nullos [16].

Qui etiam suo tempore et successive, ultra bona multa que fecit in ecclesia memorata, in Avinione a solo edificavit monasterium cum officinis [17] et habitationibus necessariis pro monialibus de Furnis, ordinis sancti Benedicti, que prius erant ab extra collocate in loco campestri et aperto; deditque eis multa bona, et reliquias aliquorum sanctorum, et specialiter brachium sancte Lucie [18], munitum et incassatum in argento. In Aptensi etiam civitate a

1. habuit, *E.* — 2. in, *ajouté par B. Bal.* — 3. *omis par E.* — 4. et, *Bal.* — 5. decretorum solempnis, *A*, *B.* — 6. doctorialem, *B.* — 7. successores *(sic)*, *B.* — 8. *omis par B.* — 9. Angelicum, *B.* — 10. Grimoirdi, *B.* — 11. Dignensem, *mss.* — 12. quia, *E.* — 13. et, *ajouté par B.* — 14. et, *B.* — 15. tamen, *E.* — 16. excedunt nonnullos, *E.* — 17. officiis, *B.* — 18. sancti Luce, *B.*

solo edificavit et etiam dotavit monasterium monialium ordinis Cisterciensis, et in Montepessulano collegium [1] canonicorum regularium, sub nomine Sancti Ruphi, in quo constituit certum numerum canonicorum [2] qui Deo ibi servirent [3], et nichilominus intenderent circa studia litterarum; dotavitque collegium hujusmodi de [4] redditibus et proventibus satis sufficientibus ad sustentationem dictorum canonicorum; quibus etiam providit de pluribus bonis libris, ac [5] aliis ornamentis pro divino servitio et sui continuatione studii necessariis et oportunis.

Et, eodem currente tempore [6], fuit [7] prelium [5 decembris 1362] inter Johannem, comitem Armaniaci, et Gastonem, comitem Fuxi [8]; in quo idem Gasto extitit victor [9], habuitque captivos tam dictum Johannem quam [10] fere omnes majores et notabiliores [11] bellatores [12] suos. Fuerunt etiam multi ex utraque parte interempti.

Post dictam etiam promotionem Urbani pape, ad ipsum satis cito venerunt Johannes, Francorum, Petrus, Cipri, et Dacie reges, causa [13] ipsum visitandi sibique reverentiam exhibendi. Qui demum cum suis voluntate, [14] deliberatione et consilio, ad faciendum generale passagium ultramarinum, et specialiter contra Turcos, se mutuo astrinxerunt [15] [1363]; fueruntque cum multis aliis [16] magnis et [17] notabilibus [18] viris cruce signati [19] per dictum papam. Qui etiam pro [20] tunc crucem [21] contra dictos Turcos predicavit, ordinans dictum [22] generale passagium, cujus capitaneum constituit prefatum Johannem Francorum regem, personaliter onus hujusmodi [23] in se suscipientem [24]. Cui etiam adjunxit dominum Thaleyrandum de Petragoriis [25], episcopum Albanensem [26] cardinalem, quem legatum de latere ordinavit secum profecturum, pro [27] passagii hujusmodi prosecutione. Fuitque [28] pro tunc de consensu unanimi predictorum missus dictus Petrus rex [29] Cipri ad partes Occiden-

1. monasterium, *E.* — 2. regularium, sub nomine Sancti Ruphi, in quo constituit certum numerum canonicorum, *omis par B.* — 3. sibi deservierunt, *B;* deservirent, *A.* — 4. *omis par A, B.* — 5. et, *B.* — 6. tempore durante, *B.* — 7. *omis par E.* — 8. et Gastonem, comitem Fuxi, *omis par B;* Gastonem, comitem Fuxi, et Johannem Armaniaci, *E.* — 9. *omis par E.* — 10. qua, *E.* — 11. notabiles, *B.* — 12. valitores, *E.* — 13. et, *ajouté par B.* — 14. et, *ajouté par E, Bal.* — 15. extraxerunt, *B;* astringunt, *E.* — 16. *omis par A, B.* — 17. *omis par A.* — 18. notabilibusque *au lieu de* et notabilibus, *B.* — 19. signati cruce, *A, B;* crucis signati, *E.* — 20. *omis par B.* — 21. *omis par B.* — 22. *omis par B.* — 23. *omis par B.* — 24. suscipiens, *B.* — 25. Petragoris, *A;* Petragorio, *B, Bal.* — 26. Albiensem *(sic)*, *A, B.* — 27. *omis par E.* — 28. que, *omis par E.* — 29. *omis par B.*

tales, causa exhortandi et inducendi earum principes [1], ut vellent se accingere [2] ac disponere ad passagium memoratum.

Circa idem vero [3] tempus [14 decembris 1362] Johanna, regina Sicilie, nupsit cum Jacobo rege Majoricarum, verbo tenus [4], cum regnum suum totaliter teneretur [5] per regem Aragonum.

Eodem tempore [1363], dictus Urbanus processus suos fecit [6] contra Barnabonem et Galeacium de Vicecomitibus Mediolani, qui pro tunc occupabant aliquas terras ad jus et dominium, seu proprietatem romane Ecclesie pertinentes; sed demum, interponentibus se aliquibus [7], actum est de concordia inter eos. Pro cujus tractatu, et etiam regimine dictarum terrarum [8] et aliquarum aliarum terrarum [9], missus est ad partes Ytalie legatus de latere prefatus dominus Androinus de Rocha, tituli Sancti Marcelli presbiter cardinalis, per cujus ministerium [10] facta fuit pro tunc dicta concordia [11] inter eumdem [12] papam et dictos Mediolanenses [13], fueruntque ipsi sibi [14] et Ecclesie reconciliati [15] [1364].

Pro tunc etiam fuit quidam nobilis Alamannus [16], dictus Adulphus de Marcha, qui [17] mirabiliter et inaudite romanam Ecclesiam decepit atque [18] illusit. Fuerat enim per eam [19] primo ad Monasteriensem, et demum ac successive ad Coloniensem promotus ecclesias [20]; quibus cum aliquamdiu prefuisset, licet nondum in sacris constitutus, se [21] ad laycalia vota transferens, prefate Coloniensi ecclesie, cui ultimo presidebat, renuntiavit libere matrimonium contrahendo; cui per dictum Urbanum datus fuit in [22] successorem [23] Engelbertus, tunc episcopus Leodiensis [15 aprilis 1364].

Anno Domini [MCCC]LXIIIJ, in mensibus januarii, [24] februarii et martii, fuerunt [25] quasi generaliter frigora intensissima [26], geluque fortissimum, adeo quod tam [27] Rodanus quam alia flumina [28] constricta fuere, quod super eis equites et quadrige [29], etiam [30]

1. eorum principes, *A;* principes eorum, *B.* — 2. astringere, *E.* — 3. *omis par A, B.* — 4. verum tamen *au lieu de* verbo tenus, *E.* — 5. tenetur, *E.* — 6. *omis par E.* — 7. sed demum, interponentibus se aliquibus, *omis par B.* — 8. *omis par E.* — 9. terrarum aliarum, *B.* — 10. pro cujus mi[ni]sterio, *E.* — 11. concordia predicta, *A, B.* — 12. dictum, *E.* — 13. dictum Mediolan., *A, B.* — 14. sibi ipsi, *E.* — 15. reconsulti, *B.* — 16. Alcovianus, *E.* — 17. que *(sic)*, *E.* — 18. eique *au lieu de* atque, *E.* — 19. per eam, *omis par B.* — 20. ecclesiis *(sic)*, *B.* — 21. sed, *A, B, E.* — 22. et, *E.* — 23. successione, *A.* — 24. et, *ajouté par B.* — 25. fueruntque, *B.* — 26. incentissima, *E.* — 27. quod adeo tam *au lieu de* adeo quod tam, *E.* — 28. fluvia, *B, E;* ita, *ajouté par Bal.* — 29. et quadrige, *omis par B.* — 30. et, *E.*

multum onerate, transitum haberent solidum et securum. Duravitque in tantum quod ejus nimia rigiditate, seu [1] fortitudine, vites et arbores fructifere, et presertim amicdali [2] et olive quamplurime, fuerunt perdite et totaliter mortificate, seu desiccate, ymo et multe per medium scisse et confracte.

Eodem tempore, sociales quamplurimi totum fere regnum Francie, et presertim in lingua Occitana, occupabant, [3] discurrebant, et totaliter destruebant [4], cum in ipso detinerent loca multa, ymo et de die in diem alia noviter capiebant, pro sue libito voluntatis; a [5] quibus nec expelli poterant, nec etiam erat qui eorum posset resistere potestati; fiebantque per ipsos mala et dampna [6] infinita in personis [7], locis, et rebus, tam ecclesiasticis quam mundanis. De quibus dictus Urbanus papa, predictis [8] ad sui notitiam et auditum perductis, valde doluit [9]; ac regno, locis et personis ex hiis afflictis et tribulatis [10], pio affectu [11] compatiens eis posse tenus, quantum ad suum spectabat officium, obviare et occurrere decrevit. Fecitque processus ac fulminavit [1364] sententias contra ipsos, eorumque fautores et [12] receptatores, ac eis qualitercumque verbo aut facto participantes, sive dantes consilium vel juvamen, ministrantesque ipsis quecumque victualia aut necessaria, quocumque [13] titulo sive causa. Hortatusque est et induxit omnes fideles ut adversus eos insurgerent, [14] tanquam contra hostes Christi et fidei, ymo et totius generis humani, certas etiam indulgentias spirituales eos persequentibus concedendo.

Quibus ubique divulgatis, ipsis perprius faventes utplurimum [15] se ab ipsis retraxerunt, ac [16] omnes per eos oppressi et conturbati adversus eos adeo animati [17] sunt quod alter [18] alterum non expectando, in eos et loca que occupabant unanimiter ac sic [19] viriliter et subito irruerunt, quod plura loca ad que [20] se reduxerant, quanquam utplurimum [21] fortia, ymo [22] et aliqua inexpugnabilia, satis faciliter et cum modicis insultibus per eos capta sunt et demolita, ac demum in eis [23] inclusi trucidati; alii [24] vero per longam obsi-

1. et, *B.* — 2. agandali, *A.* — 3. et, *ajouté par B.* — 4. et totaliter destruebant, *omis par E.* — 5. in, *E.* — 6. dampna et mala, *A. B.* — 7. in personis, *omis par B.* — 8. *omis par E.* — 9. atque stupuit, *ajoutés par B:* valde stupuit doluitque, *Bal.* — 10. turbatis, *B, Bal.* — 11. pro affectu, *E.* — 12. *omis par B.* — 13. *omis par B.* — 14. ut, *ajouté par A, B.* — 15. utplurimis, *B;* utplurimi, *A.* — 16. *omis par A.* — 17. *omis par B.* — 18. *omis par A, B.* — 19. se, *A, B;* sibi, *E.* — 20. que ad, *A. B.* — 21. utplurimi, *A, B.* — 22. *omis par A, B, Bal.* — 23. in eis, *omis par B.* — 24. alia, *mss.*

dionem, fame et siti [1] in eis existentes macerati, exire et deserere sunt coacti. Sic quod [2] per Dei gratiam et, ut creditur, ob merita dicti summi pontificis actum est [3] quod in satis [4] brevi tempore sociales hujusmodi terras et loca que sic per eos opprimebantur cum maximo discrimine dimittere, et se ad [5] alia divertere sunt compulsi. Non tamen omnes, cum eorum quamplurimi gladio, igne [6], fame aut [7] inedia [8] fuerunt interempti, prout etiam eorum demerita exigebant; et sic regio predicta satis, vel saltim plus solito, tunc [9] in pace quievit.

Anno eodem [1364], die decima septima januarii *(sic)*, obiit Johannes rex Francorum in Anglia, ad quam redierat postquam semel fuerat liberatus et regi Anglie suo adversario pacificatus, causa perficiendi et totaliter exequendi ea que inter ipsos ordinata fuerant et conventa, cum inter ipsos [10] pax sive [11] concordia facta fuerat [12]. Successitque sibi in regno Karolus suus filius primogenitus, tunc [13] dux Normannie et dalphinus Viennensis, qui eodem anno, die decima nona maii, qua [14] fuit solemnitas Trinitatis, Remis extitit coronatus.

Eodem fere tempore [15], nuncii Romanorum venerunt [16] Avinionem ad predictum Urbanum papam, petieruntque inter alia ut Romam cum sua curia se transferret. Qui eorum petitioni [17] benigniter annuit [18], dixitque eis circa eam taliter [19], Deo duce [20], se facturum quod [21] ipsi deberent merito contentari [22]. Pro tunc tamen circa illud eis aliquid aliud [23] non specificavit.

Anno sequenti. qui fuit [MCCC]LXV, [24] mense maii, Karolus Romanorum imperator venit Avinionem. ad dictum Urbanum papam, cum magna comitiva principum et nobilium Alamannorum, et ornatus insigniis [25] imperialibus, per ipsum papam et cardinales fuit valde notabiliter [26] et honorifice receptus; et die sancto Penthecostes [1 junii] tunc occurrente, dicto papa [27] solempniter celebrante, astitit in habitu imperiali, dyademate coronatus, in manu

1. sitis *(sic)*, *E.* — 2. Sicque, *B*, *Bal.* — 3. *omis par E.* — 4. satis in, *B.* — 5. *omis par E.* — 6. *omis par B.* — 7. et, *B.* — 8. alia, *ajouté par B.* — 9. *omis par A*, *B.* — 10. ordinata fuerant et conventa, cum inter ipsos, *omis par E.* — 11. et, *Bal.* — 12. fuit, *E.* — 13. *omis par E*, *Bal.* — 14. que, *B.* — 15. tempore fere, *A*, *B.* — 16. ad, *ajouté par B.* — 17. petitionem, *B.* — 18. petitionem benigniter audivit, *E.* — 19. totaliter, *E.* — 20. Deo duce, *omis par A*, *B*, — 21. si, *ajouté par A.* — 22. contemptari, *E.* — 23. eis aliquid aliud, *omis par E.* — 24. de, *ajouté par E.* — 25. in signis, *B.* — 26. *omis par E.* — 27. papa dicto, *B.*

dextra sceptrum [1] gestans. Deinde ivit Arelatem [2], cujus regnum ad ipsum spectabat; ubi se fecit in regem per archiepiscopum [3] coronari [5 junii 1365]. Tandem vero habitis multis colloquiis inter papam et ipsum tam super statu [4] Ecclesie quam Imperii, rediit ad propria cum bonis pace, amore et favore Urbani pape predicti.

Paulo post vero [5] recessum [6] dicti imperatoris, Arnaldus [7] de Servola, vulgariter Archipresbyter de Verniis nominatus, natione Vasco, coadunatis [8] sibi aliis quamplurimis tam proprie [9] quam aliarum diversarum nationum, tanquam sociales, Alsatiam [10] partem Alamannie intraverunt [1365], personas captivando, igne et gladio omnia consumendo. Ex quo inter principes et incolas Alamannie commotio seu turbatio fuit non modica exorta; presertim quia [11] suspicati sunt quod hec fiebant [12] de consensu seu conniventia [13] dicti [14] imperatoris; aggregatique fuerunt ad invicem, et disposuerunt se ad eis [15] viriliter resistendum, ac eis impediendum [16] ne ulterius progrediendo flumen Reni possent transire. Quod predicti audientes, sentientesque [17] adversus eos se [18] prevalere non posse, retrocesserunt, multis tamen dampnis illatis et etiam receptis, et se ad partes Gallie reduxerunt [19]; ubi satis cito [20] post, per aliquos ex suis crudeliter interfectus est Archipresbyter memoratus, prout etiam [21] ejus demerita bene exigebant [22]. Et hic notanter inserendum est quod capitanei talium societatum, utplurimum [23] morte simili aut crudeliori, tam perprius quam ex post, mortui fuisse referuntur [24]. In quo Deus signanter ostendit, quod malam vitam sectantes, seu ducentes, ad eam similiter finiendam disponuntur, juxta illud evangelicum: *Qui gladio feriet* [25], *gladio peribit*, etc. [26].

Eodem etiam tempore, cum Leopoldus [27] dux Austrie [28], secundo [29] genitus inter suos fratres, filiam Barnabonis de Vicecomitibus Mediolani desponsasset [30] uxorem, Radulphus [31], ejus frater primogenitus, Mediolani existens, de fluxu ventris satis inopinate

1. septrum, *A*, *B*. — 2. Arelaten., *B*, *E*. — 3. per archiepiscopum in regem, *B*. — 4. factis, *E*. — 5. Paulo vero post, *B*, *Bal*. — 6. Paulo post recessum vero, *E*. — 7. Arnoldus, *B*. — 8. adunatis, *E*. — 9. proprii, *E*. — 10. Alcouriam, *E*. — 11. aliqui, *E*. — 12. faciebant, *E*. — 13. convenientia, *E*. — 14. seu conniventia dicti, *omis par B*. — 15. eis ad, *B*. — 16. fuerunt se ad invicem viriliter resistendum ac impediendum, *E*. — 17. scientesque, *E*. — 18. se, *omis par E*. — 19. redierunt, *E*. — 20. *omis par E*. — 21. *omis par B*. — 22. exigebat, *B*. — 23. utplurimi, *E*. — 24. referunt, *E*. — 25. ferit, *A; percutit*, *B*. — 26. *omis par B*. — 27. Leopordus, *B*. — 28. autento, alias Austericie, *A*, *B*. — 29. tertio, *E; lege* quarto. — 30. dispensavit, *B*. — 31. Rodulphus, *B*.

mortuus est [27 julii 1365]. An autem naturaliter vel dolose, varii [1] varia sunt locuti; hoc tamen [2] Dei judicio relinquatur [3].

Pro tunc etiam Petrus rex Cipri, videns quod passagium ultramarinum, perprius ordinatum cum Johanne rege Francie et aliis supranominatis, progressum [4] seu effectum habere non poterat, propter dicti Johannis [5] regis, et [6] etiam cardinalis legati ad hoc ordinati obitus, qui paulo ante supervenerant [7], coadunatis sibi quamplurimis [8] notabilibus personis ad arma doctissimis, ag[g]ressus [9] est Alexandriam [10] civitatem, eamque vi armorum cepit, die undecima [11] mensis octobris anni predicti [MCCC]LXV. Considerans tamen quod ipsam [12] diutius tenere non poterat, cum suus exercitus esset satis modicus, et impotens ad resistendum infidelibus, qui in manu forti et innumera [13] multitudine adversus eum [14] se disponebant, ipsam dimittere decrevit; et prius bonis ipsius datis in predam suis commilitonibus [15], eam [16] pro majori parte incendio conremavit, et sic retrocessit ad propria.

Per idem tempus [17] [19 junii 1369], Philippus, junior inter filios prefati Johannis regis Francie [18], Margaritam, filiam Ludovici comitis Flandrie relictamque Philippi ducis Burgundie, duxit in [19] uxorem. Qui etiam [20] jure sui partagii a dicto Johanne patre suo in donum [21] habuerat ducatum Burgundie, qui ad ipsum patrem [22] ratione propinquitatis seu successionis devenerat per obitum dicti Philippi ultimi ducis [23], qui obierat nulla ex se sobole relicta. Suam autem dictam [24] uxorem respiciebat [25] universalis successio paterna et avitina [26], in qua veniebant comitatus Flandrie [27], Burgundie, Artesii [28], Nivernensis et Restellensis [29], ac baronia de Salinis. Et idem erat de materna, in qua veniebat ducatus Brabantie, post decessum amite [30] sue ducisse, de cujus posteritate [31] spes [32] nulla erat. In istorum autem matrimoniali copula-

1. *omis par B.* — 2. autem, *A*, *B.* — 3. relinquitur, *B.* — 4. profectum, *B.* — 5. Johanni *(sic)*, *B.* — 6. *omis par E.* — 7. supervenerit, *E.* — 8. quampluribus, *A*, *B.* — 9. egressus, *E.* — 10. Alexandrinam, *E.* — 11. *lege* 10. — 12. eam, *B.* — 13. in nimia *au lieu de* innumera, *A*; nimia, *B.* — 14. eam, *B.* — 15. commilitibus, *B.* — 16. tam, *B.* — 17. *omis par E.* — 18. Francorum regis, *E.* — 19. *omis par E.* — 20. eam, *E.* — 21. a dicto tempore suo in domum *au lieu de* a dicto Johanne, patre suo, in donum, *E.* — 22. *omis par E.* — 23. *omis par A*, *B.* — 24. antedictam *au lieu de* autem dictam, *E.* — 25. recipiebat, *E.* — 26. amitiva *(sic)*, *E.* — 27. Flandrensis, *E.* — 28. *omis par B.* — 29. Restellensi *(sic)*, *E.* — 30. amitte, *A*, *E.* — 31. posterioritate, *B.* — 32. spiritus, *E.*

tione necessaria fuit apostolica dispensatio[1], propter consanguinitatem qua satis de proximo jungebantur[2]; quam memoratus papa Urbanus[3] gratiose et favorabiliter concessit, licet eam perprius regi[4] Anglie in persona[5] unius ex suis filiis denegasset. In quo nullam sibi fecit injuriam, cum hoc non a justitia, sed a sui mera[6] gratia dependeret; et sic sibi licuit, prout sibi placuit, alteri concedere, et sibi denegare.

Et quod sic factum fuerit, a Deo creditur ordinatum. Si enim domus Anglie ad successiones venisset memoratas, que admodum potentes sunt, adeoque late quod majorem partem regni circumeunt[7] aut contingunt, aut domus Francie statim ex toto absor[p]ta fuisset, aut in tribulationibus turbationibus, guerris et dissentionibus domus utraque perpetuo remansisset : ex quibus quot mala secuta fuissent, indicant illa que hucusque secuta sunt[8] occasione ducatus Acquitanie, super quo tam diu ad invicem disceptarunt. Quibus si modo premisso dictus Urbanus papa occurrere et obviare decrevit, quod debuit fecit : primo obviando destructioni regni[9] Francie, cujus reges[10] hactenus continue fuere[11] romane Ecclesie manutentores, et speciales defensores; secundo occurrendo turbationibus, guerris et dissentionibus[12] jam pretactis, cum ad suum spectaret officium talibus viam precludere et eam nullatenus aperire.

Per idem fere tempus [29 septembris 1364] fuit prelium inter Karolum de Blesis et Johannem comitem de Monteforti, super ducatu Britannie contendentes; in quo dictus Johannes victor extitit, et fuit[13] prefatus[14] Karolus occisus; de cujus canonizatione demum instantissime actum est, ad regis Francie procurationem[15], cum fuerit homo multum virtuosus, honeste conversationis, et laudabilis vite; ferebaturque tam vivens[16] quam mortuus multis miraculis corruscare. Ducatum tamen predictum per ipsum tunc usque pro majori parte[17] possessum, abinde obtinuit Johannes memoratus, per regem Anglie suffultus[18] et adjutus[19].

Dicto etiam tempore currente, Amedeus comes Sabaudie cepit Galliopolim [15 augusti 1366], ipsam eripiens[20] de manibus Tur-

1. dispensatione *(sic)*, *A*. — 2. mergebantur, *E*. — 3. Urbanus papa, *E*. — 4. regis, *E*. — 5. personam, *A*, *B*, *Bal*. — 6. *omis par B*. — 7. circuivit *(sic)*, *E*. — 8. *omis par E*. — 9. regis, *E*. — 10. regni, *E*. — 11. reges fuere hactenus continue, *B*. — 12. deffensionibus, *B*. — 13. *omis par E*. — 14. dictus, *B*. — 15. procuratorem, *B*. — 16. vivus, *B*, *Bal*. — 17. per ipsum tunc usque pro majori parte, *omis par B*. — 18. suffectus, *B*. — 19. subfultus et adjunctus, *E*. — 20. capiens, *E*.

corum, quam demum tradidit imperatori Grecorum, consanguineo suo.

Per idem etiam tempus [septembri 1366] prefatus Urbanus papa publicavit seu manifestavit suam intentionem super accessu suo et [1] translatione curie versus Romam; destinavitque certos nuntios tam Viterbium, ubi primo declinare et aliquamdiu morari intendebat, quam Romam, causa disponendi et ordinandi necessaria, reparandique sua palatia, et libratas pro dominis cardinalibus dividendi [2]. Et ad hoc assignavit seu ordinavit terminum, paschale tempus immediate post secuturum [3].

Eodem anno, qui pro tunc currebat [MCCC]LXVJ [4], dictus Urbanus papa die XVIIJ mensis septembris, que fuit feria sexta quatuor temporum, tres creavit novos presbiteros cardinales, videlicet dominos fratrem Guillermum Sudoris [5], dyocesis Tutellensis [6], ordinis Predicatorum, tunc episcopum Massiliensem, Anglicum [7] Grimoardi, fratrem suum, tunc episcopum Avinionensem, supra nominatum, et fratrem Marchum de Viterbio, Ytalicum, tunc generalem ministrum ordinis [8] Minorum.

Postea vero, circa principium anni [MCCC]LXVIJ, ivit ad Montempessulanum, causa videndi et visitandi monasterium [9] quod in honorem [10] sanctorum Benedicti et Germani [11] a solo suis magnis sumptibus edificaverat, et solempniter dotaverat pro sustentatione certi et notabilis [12] numeri monachorum jam per eum ibidem [13] instituti et ordinati, partim ut divinis insistant officiis, et partim in litterarum studiis vacent pariter et intendant [14]. Ipse enim pro tunc [15] in propria altare majus ecclesie [16] hujus monasterii consecravit ac [17] magnis privilegiis decoravit, et multis reliquiis, ornamentis, et jocalibus pretiosis adornavit.

Per eadem tempora, cum Petrus rex Castelle in suos inhumaniter deseviret, nunc unum jugulando, nunc alium mutilando, et quemque [18] suis bonis [19] spoliando, et alias generaliter eos prose-

1. in, *B.* — 2. dividendum, *B.* — 3. futurum, *B.* — 4. Eodemque anno qui pro tunc occurrebat MCCCLXVJ, *B.* — 5. *lege* Sudre, *Bal.* — 6. Tutellensis dyocesis, *Bal.* — 7. Angelicum, *B.* — 8. fratrum, *ajouté par B, Bal.* — 9. vivendi et monasterium, *B.* — 10. honore, *Bal., A.* — 11. Germani et Benedicti, *B.* — 12. et notabilis, *omis par E.* — 13. *omis par B.* — 14. officiis, et pariter in litterarum studio vacent et intendant, *B.* — 15. Ipse etiam tunc, *A, B;* Ipse enim tunc, *Bal.* — 16. *omis par A, Bal.* — 17. *omis par E.* — 18. quoque, *E.* — 19. bonis suis, *B.*

quendo [1], ejusque [2] furore perterriti quamplurimi [3] a suo regno exularent, esset que odium innatum, ymo et irradicatum [4] inter eos, saltim pro majori parte, fuit tractatus habitus ut expellerent [5] eum a regno suo [6]. In quo, consentientibus multis tam nobilibus quam ecclesiasticis et popularibus, fuit [7] vocatus, introductus, receptus et admissus in regem Henricus comes de Trastamara [8], suus frater [9] naturalis [5 aprilis 1366], qui pro tunc a facie ejus [10] fugiens tanquam profugus hinc inde vagabatur; qui satis cito [11] sequaces multos habuit, et quasi ex toto obtinuit dictum regnum. Et cum dictum Petrum regem persequeretur [12], et ille pro tunc non haberet ad quem [13] confugeret [14], cum perprius fere omnibus [15] fuisset plus quam hostis et capitalis inimicus, clam habuit regnum ipsum deserere; venitque ad regem Anglie, et [16] Edoardum principem Vallie [17] et Acquitanie [18], primogenitum suum, thesauros innumerabiles secum ferens, petens eorum consilium et juvamen. Qui mediantibus thesauris predictis secum confederati sunt, sibique favoribus et auxiliis oportunis assistere promiserunt. Pro quorum majore firmitate dedit duas [19] filias suas, quas [20] secum duxerat, in conjuges duobus filiis regis [21] Anglie memorati; ordinavitque earum [22] primogenitam, quam recepit Johannes dux Lencastrie, sibi debere succedere in suo regno, ubi ipsum decedere contingeret sine masculo legitimo [23] et naturali. Quibus peractis, [24] Edoardus princeps predictus cum magno exercitu armatorum [25], ipsum secum ducens, dictum regnum intravit, dictoque Henrico victo in prelio [26], fuge tamen [27] presidio liberato, vi armorum intra [28] paucos dies ipsum ad statum suum dictique regni sui regimen restauravit; et sic ipso ibidem relicto, triumphator gloriosus ad propria remeavit [1367].

Circa idem tempus, vacavit ecclesia Cassinensis, quam dictus Urbanus [29] papa ad abbatiam reduxit [31 martii 1367], prout

1. *lege* persequendo, *Bal.* — 2. cujusque, *B.* — 3. *omis par A*, *B.* — 4. ymo eradicatum, *E.* — 5. expelleretur, *E.* — 6. *omis par A*, *B.* — 7. fuitque, *B.* — 8. Trastamar, *A*, *B.* — 9. frater suus, *B.* — 10. a facie ejus, *omis par B.* — 11. subito, *A*, *B.* — 12. sequeretur, *A*, *B.* — 13. que *(sic)*, *E.* — 14. fugeret, *A*, *B.* — 15. *omis par B.* — 16. Anglie, et, *omis par A*, *B.* — 17. Galie, *B;* Wallie, *A.* — 18. Equitanie, *E.* — 19. *omis par B.* — 20. qui *(sic)*, *A.* — 21. regni, *E.* — 22. eorum *(sic)*, *A.* — 23. cedere sine masculo contingeret legittimo, *B.* — 24. dictus, *ajouté par B.* — 25. armorum, *A.* — 26. dicto Henrico victo prelio, *B;* Henrico prelio, *A.* — 27. cum, *A*, *B.* — 28. infra, *A*, *B.* — 29. *omis par A.*

antiquitus fuerat usque ad tempus Johannis pape [1] XXIJ, qui eam in sedem episcopalem erexit. Ad quod faciendum dictus Urbanus motus fuisse dicitur ut religio monachorum nigrorum, que ibidem exordium habuit, ibi melius servaretur; quod extimavit posse fieri sub abbatis regimine quam episcopi convenientiori modo [2].

Eodem anno, scilicet [MCCC]LXVIJ, die ultima mensis [30] aprilis, prefatus Urbanus [3] papa recessit de Avinione, gressus suos dirigens versus Romam. Et cum applicuisset Massiliam [4], declinavit ad monasterium Sancti Victoris, cui dudum prefuerat; quod cum perprius [5] esset [6] vetustate consumptum, minareturque [7] ruinam in multis [8] ex [9] quo ad papatum assumptus fuerat, multimode fecerat [10] renovari et reparari [11], murisque ac turribus altis [12] claudi, circui et fortificari, magnis etiam privilegiis decoraverat [13], et multis adornaverat [14] reliquiis, [15] jocalibus, et ornamentis pretiosis.

Ibidem insuper existens, die videlicet duodecima mensis maii anni predicti, assumpsit in presbiterum cardinalem dominum Guillermum de Agrifolio, decretorum doctorem, tunc Sedis apostolice notarium, [16] jam sacerdotem. De quo non modicum quamplurimi fuerunt admirati, cum esset satis juvenis, nondum attingens annum XXVIIJ etatis sue, et de ejus promotione, saltim ad illum statum, pro tunc nullatenus speraretur. Sed ad hoc faciendum motus fuisse dicitur consideratione domini Guillermi de Agrifolio senioris, tituli Sancte Marie trans Tiberim presbiteri cardinalis, cujus ipse papa socius et familiaris fuerat, cum in minoribus existebat, et qui post Deum dicte sue assumptionis in papam dicebatur [17] fuisse precipuus promotor et auctor, cujus dictus dominus [18] Guillermus nepos existebat. Qui etiam in studio, in quo a sua [19] adolescentia usque tunc versatus fuerat, bone fame, vite laudabilis, et conversationis honeste, ac inter alios suos coetaneos [20] satis esse [21] sufficiens communiter ferebatur; eratque speciosus forma, statura decorus, et alias bene dispositus ad omne bonum.

1. *omis par E.* — 2. Circa idem tempus... modo, *paragraphe omis par B.* — 3. *omis par E.* — 4. Massilie, *A, B.* — 5. prius, *Bal.* — 6. satis, *ajouté par A, B.* — 7. mirareturque *(sic), B.* — 8. multi modi *(sic), B.* — 9. a, *E.* — 10. *omis par A, B.* — 11. reparari et rememorari *(sic), B;* ac reparari, *A.* — 12. aliis, *E.* — 13. decoravit, *B.* — 14. adoraverat, *E;* adornavit, *B.* — 15. et, *ajouté par B.* — 16. et, *ajouté par E.* — 17. post sue dicte assumptionis dicebatur, *E.* — 18. *omis par A, B.* — 19. sui, *A, B.* — 20. Occetanos, *E.* — 21. ejus fuisse *au lieu de* esse, *A, B.*

Die vero vigesima [1] dicti mensis [maii], idem Urbanus papa, de Massilia exiens, intravit mare cum mirabili apparatu galearum et aliorum navigiorum, de quibus honorifice valde sibi providerant [2] Johanna regina Sicilie [3], Veneti, Januenses et Pisani. Iterque [4] suum [5] prosequens [6], die quarta sequenti [23 maii] prospere [7] applicuit Janue, ubi fuit tam in portu quam [8] civitate per ducem [9] et cives solempniter receptus et debite honoratus. Et quia pro tunc erant dies Rogationum, instabatque dies Ascensionis Domini, ibidem per illos remanere decrevit; et interim [10] equitando per dictam civitatem ecclesiam majorem visitavit, et demum pro sua mansione, descendit ad domum Sancti Johannis Jherosolimitani, in cujus ecclesia in dicta die Ascensionis Domini [27 maii] solempniter celebravit. Et in crastinum [11] [28 maii], iter suum continuando, abinde discessit, relicto ibidem domino fratre Marcho de Viterbio, tituli Sancte Praxedis presbitero cardinali, pro sedandis guerris et dissentionibus que pro tunc vigebant [12] inter dictam civitatem et Bernabonem de Vicecomitibus Mediolani.

Et divino sibi assistente presidio, pervenit feliciter ad portum seu plagam [13] Corneti [14], die quarta mensis junii subsequentis, circa ortum solis. Ubi mari [15] exiens, sibi obvium [16] habuit dominum [17] Egidium Alvari [18], Yspanum, episcopum Sabinensem cardinalem, tunc Sedis apostolice legatum in provinciis illis, concomitatum [19] fere omnibus nobilibus [20] et magnatibus [21] terrarum Ecclesie, ac [22] prelatis, et aliis quamplurimis armatis aut inermibus [23], prout eorum cujuslibet conditio, seu qualitas, exigebat. In lit[t]ore autem parata fuerunt tentoria tam de pannis sericis [24] quam de [25] frondibus, seu ramis arborum virentium, magna amenitate decora. Que cum dictus pontifex fuisset ingressus, ac in [26] ipsis aliqualiter quievisset [27], parato [28] ibidem altari, missam cum nota solempniter fecit coram se decantari. Qua finita, equum ascendit, venitque Cornetum hora prandii, ad domum Minorum declinando [29],

1. *lege* XIX. — 2. providerat, *E.* — 3. Cecilie, *E.* — 4. Itemque, *A*, *B.* — 5. iter, *ajouté par A*, *B.* — 6. persequens, *Bal.* — 7. prosper, *B.* — 8. in, *ajouté par B.* — 9. per ducem, *omis par B.* — 10. iterum, *B.* — 11. crastino, *B*, *Bal.* — 12. urgebant, *E.* — 13. flagum, *B;* plaiam, *E;* plagiam, *Bal* — 14. corti, *B.* — 15. mare, *A*, *B*, *E.* — 16. obviam, *Bal.;* presidium, *E.* — 17. dictum, *E.* — 18. Avarii, *B.* — 19. comitatum, *E.* — 20. notabilibus, *B*, *Bal.* — 21. magnatis *(sic)*, *A*, *B.* — 22. et, *A*, *B.* — 23. in armis, *E.* — 24. ciriceis, *E.* — 25. *omis par E.* — 26. *omis par A*, *B.* — 27. convenisset, *B*, *E.* — 28. peracto, *B.* — 29. declinans, *B.*

ubi mansit usque [1] in crastinum [8 junii, *lege* 9] diei instantis Penthecostes, in qua ipse ibidem solempniter celebravit. Veneruntque ad eum solempnes nuncii Romanorum, pro eorum parte sibi plenum dominium Urbis offerentes, ac [2] claves castri Sancti Angeli per ipsos prius detenti secum defferentes. Ab inde autem recedens, die nona dicti mensis intravit Viterbium, ubi fuit cum magno [3] gaudio et solempnitate receptus. Veneruntque ad eum ibidem [4] paulo post tam domini cardinales, qui post eum per terram [5] iter suum prosecuti fuerant, quam universaliter nobiles et magnates, prelatique et communitates [6] partium Ytalie, de suo adventu gaudentes [7].

Die autem XXIIIJ [8] mensis augusti [1367] immediate suum dictum adventum subsequente, obiit in Viterbio prefatus dominus Egidius Alvari [9], episcopus Sabinensis cardinalis, vir utique vite [10] laudabilis, ymo etiam [11] indelebilis in eternum. Fuit namque [12] legatus in dictis [13] partibus continue fere per [14] quatuordecim [15] annos. Et licet a principio reperierit civitates, loca, [16] castra et terras que ad dominium, jus et proprietatem romane Ecclesie spectabant, sub manibus consistere tirannorum, castris Montisflasconis et de Montefalco [17] dumtaxat exceptis [18], tamen divino fretus auxilio sic [19] operatus est, nunc per tractatus amicabiles, nunc vero per insultus hostiles [20], quod [21] fere omnia ad obedientiam dicte Ecclesie suo tempore suoque ministerio sunt reducta. In quibus etiam castra, rochas et alias munitiones utplurimum aut noviter fecit edificari, aut que hactenus fuerant, renovari [22], ut essent in posterum in defensionem fidelibus, rebellibus [23] vero [24] ad offensionem et terrorem. Fuit insuper homo [25] admodum virtuosus, litterarum scientia preditus [26], in agibilibus [27] multum circumspectus, corde magnanimus, corpore laboriosus, ac in factis armorum, non obmissa pontificali decentia, valde edoctus [28] et expertus; scivitque [29] in omnibus sic et taliter se gerere quod in tota Ytalia [30] vivens

1. ad, *ajouté par* A. — 2. et, A, B. — 3. magnis, *E;* cum magno, *omis par* A, B. — 4. ibidem ad eum, A, B. — 5. etc., *ajouté par* E. — 6. comitès, B. — 7. congaudentes, A, B. — 8. *lege* XXII. — 9. Alvarii, B. — 10. memorie, E. — 11. et, A, B. — 12. Fuitque *au lieu de* Fuit namque, B. — 13. illis, A, B. — 14. *omis par* B. — 15. XXIIIJ, E. — 16. et, *ajouté par* A, B. — 17. Montefiaco, A, B. — 18. exemptis, E. — 19. sicque, B. — 20. hostibus, B. — 21. que, E. — 22. renovati, B. — 23. nobilibus, E. — 24. *omis par* A, B. — 25. *omis par* B. — 26. predictus *(sic)*, A. — 27. agilibus, E. — 28. doctus, B, Bal. — 29. fuitque, B. — 30. taliter quod in Ytalia, B.

amabatur, aut saltim timebatur. Ipse vero [1] de bonis a Deo sibi datis constituit, dotavit et fundavit Bononie unum solempne collegium pro pauperibus scolaribus regionis sue. Plura alia bona [2] fecit pro salute anime sue [3]. Ejusque [4] obitus fuit multum toti Ecclesie dampnosus, et prefato Urbano [5] pape displicibilis et dolorosus [6], presertim in sui dicti adventus principio, cum speraret in suis agendis per eum utplurimum dirigi et juvari.

Post vero [5 septembris 1367], paucis elapsis diebus, fuit rumor in Viterbio. Insurrexerunt enim cives contra curiales, domusque aliquorum cardinalium hostiliter invaserunt. Propter quod tam illi quam fere alii omnes [7], Ytalicis exceptis, pro sui securitate se reduxerunt in palatio cum papa, ubi manserunt per tres dies quibus duravit dictus rumor. Tandem vero dicti cives se male egisse cognoscentes, ac misericordie [8] et voluntati pape se submittentes, in signum emende et culpe recognitionis omnia arma dicte civitatis, cum cathenis quibus carrerie [9] claudebantur, ad dictum palatium portaverunt [10]; erectisque [11] patibulis in locis in quibus hujusmodi rumor ortum habuerat aut magis invaluerat, in eis culpabiliores [12] suspenderunt. Et sic papa cum ipsis mite [13] agens, eis pepercit, rumorque cessavit, nec ex tunc aliquid mali contra dictos curiales egerunt.

Dicto etiam tempore currente [14] [29 junii 1366], dominus Sutgerius [15] Gomecii [16], archiepiscopus Compostellanus, concertans [17] cum vassallis suis super juribus ecclesie sue, fuit per eos crudeliter interfectus, cum aliquibus officiariis suis.

Dicto Urbano [18] adhuc [19] Viterbii existente, venerunt ad ipsum memoratus Amedeus, comes Sabaudie, et patriarcha Constantinopolitanus, et aliqui alii viri notabiles missi pro parte imperatoris Constantinopolitani, pro sui parte eidem pape promittentes ipsum rediturum [20] ad romane Ecclesie [21] unitatem, et super hoc breviter personaliter venturum ad ipsum papam.

1. *omis par E.* — 2. pluraque alia bona, *Bal.;* Plura bona alia, *E.* — 3. Plura alia bona fecit pro salute anime sue, *omis par B.* — 4. Ejus, *E.* — 5. *omis par E.* — 6. displicibilis et onerosus, atque dolorosus, *B, Bal.* — 7. omnes alii, *B.* — 8. *omis par B.* — 9. *omis par B.* — 10. detulerunt *au lieu de* ad dictum palatium portaverunt, *A, B.* — 11. ceterisque, *B.* — 12. culpabiliorem, *B.* — 13. *omis par A;* misericordie, *E.* — 14. *omis par A, B.* — 15. Suggericus, *B;* Sugericus, *A;* Sugerius, *Bal.* — 16. Gomerii, *B.* — 17. concertatus, *E.* — 18. etiam, *ajouté par A.* — 19. adhunc *(sic)*, *A.* — 20. *omis par B;* redditurum, *E.* — 21. Ecclesiam *(sic)*, *E.*

Qui papa de Viterbio recedens, die decima sexta mensis octobris [1367] Romam intravit [1], occurrentibus sibi clero et populo Romanis, ipsumque solempniter recipientibus cum magno [2] gaudio, ac Deum laudantibus de jocundo adventu suo. Postquam vero in ecclesia beati Petri suam fecit orationem, ac [3] in cathedra papali fuit more solito [4] collocatus, declinavit [5] ad palatium suum dicte ecclesie contiguum, quod perprius vetustate ac [6] inhabitatione quasi consumptum et dirrutum [7], saltim quoad tecta, opere mirabili fecit [8] renovari.

Die vero ultima dicti mensis [31 octobris 1367], que fuit dies dominica in vigilia Omnium Sanctorum, primum in altari beati [9] Petri missam solempniter celebravit, et [10] ibidem consecravit in episcopum Sabinensem prenominatum dominum Guillermum de Agrifolio [11], qui, longis temporibus ante [12] non consecratus [13], tituli [14] Sancte Marie in trans Tiberim presbiter extiterat cardinalis. In dicto autem altari, a tempore Bonifacii pape [15] VIII, non fuerat celebratum propter diutinam absentiam summorum pontificum, qui in ipso tantum sunt soliti celebrare [16].

Satis cito post introitum suum [17] in Roma, prefatus Urbanus papa constituit vicarium generalem [15 novembris 1367], pro regimine terrarum Ecclesie, prefatum dominum Anglicum [18] Grimoardi, fratrem suum [19], jam per ipsum [20] factum episcopum Albanensem cardinalem, quem hac de causa destinavit Bononiam, voluitque quod ibi suam continuam [21] faceret mansionem. Destinavit insuper [4 decembris 1367] predictum [22] dominum Guillermum, Sabinensem episcopum cardinalem, ad partes Neapolitanas, causa [23] sedandi discordias et guerras pro tunc vigentes inter principem [24] Tarenti [25] et ducem Andrie, ex quibus fere tota illa regio mirabiliter turbabatur [26].

1. Romam intravit die decima sexta mensis octobris, *B.* — 2. ingenti, *A*, *B.* — 3. *omis par E.* — 4. solito more, *B.* — 5. declinavitque, *E.* — 6. aut, *A*, *B.* — 7. diminutum, *B.* — 8. fecerat, *E.* — 9. sancti, *B.* — 10. *omis par A*, *B.* — 11. Sabinensem prenominatum dom̃num Guillermum de Agrifolio, *omis par A*, *B.* — 12. communiter, *E.* — 13. consecravit, *A*, *B.* — 14. titulum *A*, *B.* — 15. *omis par B.* — 16. celebratum propter summorum pontificum qui in ipso tamen sunt soliti celebrare absentiam diutinam, *E.* — 17. introitum suum, *omis par B.* — 18. Angelicum, *B.* — 19. fratrem suum, *placés après* Albanensem cardinalem *par E.* — 20. eum, *E.* — 21. continuam suam, *B.* — 22. per dictum. *E;* dictum, *Bal.* — 23. ad partes Neapolitanas, causa, *omis par E.* — 24. principes *(sic)*, *B.* — 25. Tarentinum, *E.* — 26. turbatur, *E.*

Anno [1] [MCCC]LXVIIJ jam inchoato, die prima mensis martii, dictus Urbanus papa venit ad ecclesiam Lateranensem; ubi cum in crastinum in Sancta [2] Sanctorum missam celebrasset, capita beatorum Petri et Pauli, que annis multis fuerant [3] recondita, et sub altari in quo missam celebraverat clausa servata, ascendens [4] amphitheatrum [5] dicte ecclesie ad communem plateam aspectum habens, toti Romano populo ibi astanti exhibuit et ostendit. Et cum thece seu [6] capse, in quibus pro tunc erant reposita, essent satis modici [7] et parvi valoris, ex tunc alias novas ordinavit fieri pretiosiores. Ab inde vero ad palatium remeavit pacifice et quiete, per Urbem equitando rectamque viam tenendo; nec obliquavit [8] hinc vel [9] inde, etiam occasione illius fatue mulieris que aliquamdiu papatum dicitur occupasse, et [10] in eadem via abortum faciendo peperisse refertur [11], quemadmodum alias nonnulli ex suis predecessoribus fecisse leguntur.

Preterea eodem mense ad ipsum [12] Romam venerunt Johanna regina Sicilie [13] et Petrus rex Cipri, superius nominati [14]. Et cum tunc occurrerit [15] dominica *Letare Jherusalem* [19 martii 1368] in qua consuevit dari per papam rosa aurea viro nobiliori [16] tunc in curia existenti, dictam rosam memorate Johanne, tanquam nobiliori, majori et excellentiori, licet vir non existeret, dedit, regi predicto ipsam in hoc preferendo; que more solito demum cum cardinalibus [17] et aliis nobilibus per Urbem equitavit.

Eodem anno [1368], tempore estivo instante, idem Urbanus papa deliberavit [18] se transferre ad Montemflasconis, ubi aer purus est et sanus; fecitque ejus palatium utique satis [19] pro tunc ruinosum, collapsum et deforme, reparari, [20] renovari et mirabiliter adaptari [21], ac novis officinis decorari. Et cum locus ipse non haberet aquas potabiles nisi cisternales ab intra, in medio ville puteum magnum et altum [22] fodi [23] et fieri fecit, aquam habun-

1. Domini, *ajouté par B, Bal.* — 2. istam *au lieu de* in Sancta, *A;* in serastinum jam, *B.* — 3. fuerat *(sic)*, *E.* — 4. accendens, *A.* — 5. anfiteatrum, *A, E.* — 6. sue *(sic)*, *B.* — 7. modice, *E.* — 8. oblicavit, *E.* — 9. et, *E.* — 10. *omis par E.* — 11. perisse repertur, *E.* — 12. ad ipsum eodem mense, *B.* — 13. Cecilie, *E.* — 14. memorati, *A, B, Bal.* — 15. Et tamen occurrit, *B.* — 16. nobili, *E;* notabiliori, *Bal.;* et excellentiori, *ajoutés par B.* — 17. non existeret dicto predicto regi ipsam preferendo in hoc; que more solito demum cardinalibus, *B.* — 18. deliberaverat, *B.* — 19. saltim, *A;* saltim, *placé après* pro tunc *par B.* — 20. et, *ajouté par B.* — 21. adeptari, *E;* adoptari, *A, B.* — 22. latum, *B.* — 23. *omis par E.*

danter [1] proferentem. Cumque ad dictum locum pervenisset, adeo in ipso delectatus est quod moram suam in eo [2] se velle facere etiam in estatibus [3] futuris ordinavit, audientia tamen causarum in Viterbio residente, cum locus ipse [4] pro tota curia non existeret bene capax. Volens insuper [5] locum ipsum peramplius honorare, sedem episcopalem in eo [6] constituit, et [7] ecclesiam collegiatam in honorem beate Margarite dedicatam, ejusdem loci matricem, in cathedralem [8] erexit, ac [9] a [10] juridictione et subjectione [11] episcopi Balneoregensis, de cujus dyocesi perprius existebat [12], ipsam eximendo subtraxit, eidem novum episcopum preficiendo.

Eodem anno [1368], die XXVJ mensis julii, obiit in dicto loco dominus Nycholaus de Capocia, episcopus Tusculanus cardinalis, Romanus, vir utique magne litterature, zelator maximus justitie, et pauperum continuus sustentator [13]. Diebus enim [14] singulis per hospitalia panem, vinum et alia cibaria, de et in [15] domo sua preparata, habundanter faciebat distribui et pauperibus ministrari. Ultra que de ipso [16] duo laudabilia [17] notanter referuntur. Primo, quod in consistoriis et consiliis [18] sic libere et intrepide locutus est [19], quod propter neminem, sive presentem sive absentem, obmisit dicere quod [20] sua conscientia sibi [21] dictabat. Secundo, cum [22] esset valde pra[c]ticus in decisione et prosecutione causarum, amore Dei et [23] intuitu pietatis [24], pauperibus litigantibus, quos sciebat justas fovere causas, consilia dabat [25], eorum processus videbat, positiones et articulos ac alia eis ad hoc oportuna dictabat, formabat et ordinabat; salaria [26] etiam notariorum, procuratorum et [27] advocatorum, de proprio ministrabat [28], et etiam quandoque victus necessarios [29] secundum quod eorum inopia exigebat [30]. De bonis etiam a Deo sibi datis, in studio Perusino [31] fundavit et dotavit notabile collegium pauperum scolarium, quod Sancte

1. habundantem, *E.* — 2. ipso, *B; omis par E.* — 3. statibus, *E.* — 4. ille, *A*, *B.* — 5. etiam, *B.* — 6. ipso, *E.* — 7. *omis par E.* — 8. kathedralem, *E.* — 9. et, *Bal.* — 10. *omis par E.* — 11. subnectione, *B.* — 12. erat, *E.* — 13. sustentor, *A.* — 14. omnibus et *au lieu de* enim, *A*, *B.* — 15. et in, *omis par B.* — 16. de ipso, *omis par E.* — 17. notabilia, *A*, *B.* — 18. conciliis, *E.* — 19. *omis par A.* — 20. illudque *(sic) au lieu de* quod, *E.* — 21. *omis par B.* — 22. quod, *B.* — 23. *omis par A*, *B.* — 24. pietatis intuitu, *Bal.*, *E.* — 25. causas, consilia dabat, *omis par E.* — 26. celaria *(sic)*, *E.* — 27. *omis par E.* — 28. administrabat, *A*, *B.* — 29. necessaria, *E;* victui necessaria, *Bal.* — 30. inopie exigebant, *E.* — 31. Parisiensi, *B*, *E.*

Sophie voluit nominari. Fecitque [1] etiam multa bona ecclesie Sancte Marie Majoris de Urbe, ubi jacet miraculis corruscando.

Eodem anno [1368], ex ordinatione apostolica [2] et voluntate dicti Urbani pape, corpus sancti Thome de Aquino, quod a [3] tempore obitus sui tumulatum remanserat in monasterio Fossenove, ordinis Cisterciensis, ubi decessit, translatum fuit ad conventum Predicatorum Tholose, ubi per ministerium fratris Helie [4] Raymundi, tunc generalis magistri dicti [5] ordinis (qui idem [6] corpus a [7] prefato monasterio, licet cum inani gloria [8], prius extraxerat [9]) fuit sibi sepulcrum mire pulcritudinis preparatum, habeturque [10] ibi usque in presens tempus in magnis devotione et veneratione.

Eodem etiam anno [1368], in die Nativitatis beati Johannis Baptiste [24 junii], dictus Urbanus papa, de consilio cardinalium fratrum suorum, ordinavit quod in missa dicte festivitatis et per octabas ejusdem diceretur in antea [11] *Credo in* [12] *Deum*, quod perprius non fiebat secundum antiquas regulas. Licet enim non fuerit de numero apostolorum, non tamen reputandus est ipsis fuisse minor, et sic ejus festivitas in hoc non minus debet [13] honorari.

[14] Eodem anno [1368], die XXIJ [15] mensis septembris, que fuit feria sexta quatuor temporum, prefatus Urbanus papa in Montefiasconis [16] dominos Guillermum Judicis, Sancte Marie in Cosmedin, et Stephanum Alberti, Sancte Marie in Aquiro [17] antiquos dyaconos cardinales, in presbiteros ordinavit; et [18] etiam septem alios [19] in presbiteros cardinales noviter assumpsit, videlicet: dominum Philippum Cabassole [20], Avinionensem [21], tunc [22] patriarcham Jherosolimitanensem; Symonem de Langari [23], Anglicum, tunc archiepiscopum Cantuariensem, monachum ordinis sancti Benedicti; Bernardum de Bosqueto [24], Caturcensem [25], tunc archiepiscopum Neapolitanum; Johannem de Dormannis [26], Gallicum, tunc episcopum Belvacensem [27] et cancellarium regis Francie;

1. Fecit, *A*, *B*. — 2. *omis par A*, *B*. — 3. *omis par E*. — 4. Heliie, *A*; Thelie, *B*. — 5. ejusdem, *A*, *B*. — 6. dictum, *A*, *B*, *Bal*. — 7. in, *E*. — 8. cum Mauchla *au lieu de* cum inani gloria, *E*. — 9. extraxerunt *(sic)*, *A*, *B*. — 10. haberetturque, *A*, *B*. — 11. missa, *B*. — 12. unum, *ajouté par Bal*. — 13. debet minus, *Bal.*; inique debet, *B*. — 14. Sed, *ajouté par E*. — 15. XIJ, *B*. — 16. Montefalsconis, *B*. — 17. Aquino *(sic)*, *E*. — 18. *omis par B*. — 19. sex alios, *B*; et etiam die septima alios, *E*; et eadem die septem alios, *Bal*. — 20. Cabassolbe, *B*; Cabasole, *E*. — 21. de Avinione, *E*. — 22. *omis par A*, *B*. — 23. *lege* Langam; Langan, *Bal*. — 24. Busqueto, *E*. — 25. Cartucensem, *A*. — 26. Normannis, *E*. — 27. Belvascen., *E*; Balvacen., *B*.

Stephanum de Parisius, Gallicum, tunc episcopum Parisiensem; Petrum de Banhaco [1], dyocesis Lemovicensis, tunc [2] abbatem Montismajoris; et Franciscum de Cabaldesis [3], Romanum, tunc priorem basilice Sancti Petri de Urbe.

Eodem anno [1368] Leonellus, filius secundo genitus regis Anglie, dux Clarentie, duxit in uxorem filiam Galeacii [4] de Vicecomitibus Mediolani [5]; venitque ad civitatem Papiensem [6], in qua modico tempore post supervixit [17 octobris].

Eodem anno [1368], de [7] mense octobris, Karolus Romanorum imperator venit Viterbium, ad dictum Urbanum papam, ad cujus requestam cum magno exercitu intravit [8] Ytaliam, invasores et occupatores terrarum Ecclesie et oppressores [9] debellaturus. Veniensque Veronam, cum nobilibus de Scala peccuniis et pactis intervenientibus concordavit [10]. Deinde contra Mediolanenses acies suas direxit, sed tandem nichil profecit. Propter quod iter [11] suum continuare habuit versus dictum papam; quem cum Viterbii, ut premittitur, adiisset [12], ex ordinatione inita [13] versus Romam eum precessit [14], ipsumque [15] post sequentem expectavit [16] in introitu Urbis; ibique [17], scilicet in porta que est juxta castrum Sancti Angeli, de suo equo descendens, stratoris vicem gessit, ac usque ad basilicam beati [18] Petri, pedester equi pape frenum tenens ipsum adextravit [19], ac demum usque ad altare majus deduxit. Mansitque in Roma, expectando [20] adventum imperatricis; quam [21] demum die Omnium Sanctorum in altari beati Petri, dictus Urbanus papa, prius inunctam per episcopum Ostiensem cardinalem, prout moris est [22], coronavit. Quo facto, dictus imperator satis cito post recessit de Urbe, versus Boemiam [23] dirigens gressus [24] suos; secumque duxit ex ordinatione pape dominum Guidonem de Bolonia, episcopum Portuensem cardinalem, quem discedendo [25] de Ytalia suum vicarium [26] constituit [13 junii 1369], et in Lucha [27] suam mansionem ordinavit.

1. Banihaco, *B.* — 2. *omis par E.* — 3. *lege* Thebaldeschis, *Bal.;* Cabaldosis, *E.* — 4. Galiacii, *E.* — 5. Mediolanum *(sic)*, *B.* — 6. capiendam, *B.* — 7. *omis par A*, *B.* — 8. intraverat, *E.* — 9. Ecclesie et Imperii oppressurus, *E.* — 10. deliberavit, *E.* — 11. inter *(sic)*, *B.* — 12. adisset *(sic)*, *B.* — 13. mutua, *E;* juxta, *B.* — 14. comprecessit *au lieu de* eum precessit, *B.* — 15. que, *omis par E.* — 16. spectavit, *E.* — 17. ubique, *B.* — 18. Sancti, *B.* — 19. adestravit, *B*, *E.* — 20. spectando, *E.* — 21. imperatoris; quem, *B.* — 22. *omis par E.* — 23. Bononiam, *E*, *Bal.* — 24. *omis par E.* — 25. descendendo, *E.* — 26. fuerit *au lieu de* suum vicarium, *E.* — 27. Lucham, *E;* Lacham, *B.*

Dicto etiam anno [1368], die tertia mensis decembris, que fuit prima dominica Adventus Domini, natus est Karolo V, regi Francorum, filius, cui nomen suum, scilicet Karolus, impositum est [1]; fuitque in [2] ejus nativitate magnum gaudium toti regno [3], cum pro tunc nulla spes esset quod ipse ulterius [4] prolem esset habiturus.

Anno Domini [MCCC]LXVIIIJ, die xv mensis aprilis, Rome, dictus Urbanus papa canonizavit et sanctorum confessorum cathologo annotavit sanctum Alziarium [5], quondam comitem Ariani [6], natione [7] Provincialem, multis et magnis miraculis corruscantem; in cujus commendationem fecit sermonem valde solempnem, et audientibus multum utilem et edificativum [8].

Eodem currente tempore [1368], contigerunt [9] multa magnalia, ymo et terribilia, fere in toto mundo. Nam Ludovicus dux Andegavensis, tunc locumtenens regis Francorum [10] in partibus Occitanis, conatus est [11] usurpare Provincie comitatum hostiliterque [12] invasit, ac per Rodanum obsedit et demum cepit [22 maii] locum de Tarascone [13], ab inde ulterius progredi et procedere [14] intendens in usurpatione memorata [15]. Sed [16] per mediationem dicti Urbani pape, qui per nuncios suos circa hoc se interposuit, a suo hujusmodi proposito totaliter destitit, et locum predictum dereliquit [17].

Henricus etiam comes [18] de Trastamara [19], frater naturalis Petri regis Castelle, qui, ut supra scriptum est [20], bello victus in fugamque conversus [21] regnum Castelle [22], quod semel usurpaverat [23], fuerat [24] compulsus exire, viribus resumptis, coadunatis sibi aliis quamplurimis [25] ad bella doctissimis, presertim illis quos dictus Karolus [26], rex Francorum, sub ducatu militis incliti Bertrandi de Claykin [27], conestabularii [28] sui, in ejus subsidium et [29] adjutorium ordinaverat, regnum predictum reintravit [1368], dictumque regem Petrum,

1. natus est Karolus, regis Francorum filius, cui nomen impositum est, *E.* — 2. de, *E.* — 3. suo, *ajouté par E.* — 4. *omis par B, Bal.* — 5. Alziarum, *E.* — 6. Aziani, *B;* Anciani, *E.* — 7. *omis par E.* — 8. edificaturum, *E.* — 9. contingerunt, *mss.* — 10. Francie, *B.* — 11. *omis par Bal.* — 12. hostiliter, *Bal.* — 13. Tarasco, *Bal.;* hostiliterque invasit... Tarascone, *passage omis par A, B.* — 14. procederunt, *E.* — 15. usurpationem memoratam *au lieu de* in usurpatione memorata, *A, B.* — 16. *omis par A, B.* — 17. derelinquit, *A, E;* totaliter derelinquit, *B.* — 18. *omis par B.* — 19. Trestamar, *A;* Trestomar, *B.* — 20. *omis par Bal.* — 21. qui, ut supra scriptum est, bello victus in fugamque conversus, *omis par A, B.* — 22. *omis par B.* — 23. usurpavit, *Bal.* — 24. a quo fuerat, *A, B.* — 25. quampluribus, *B.* — 26. *omis par E.* — 27. Clakin, *A, B, Bal.* — 28. conestabilem *(sic), B.* — 29. *omis par B.*

qui propter sui tirannidem et atrocitatem maximam [1], quas inhumaniter in suos diutius [2] exercuerat, paucos sibi fideles habebat, adeo viriliter et intrepide persecutus est quod satis cito ipsum cepit, et [3] manibus propriis interfecit [1369]; et ab inde regnum ipsum obtinuit et possedit, nomen regis sibi [4] etiam assumendo; nec fuit qui in hiis sibi tunc non [5] ap[p]lauserit, vel saltim attemptaverit sue resistere potestati. Et sic hereditas Ysaac ad Ysmaelem est perducta; quod an [6] juste vel injuste, Dei est discernere, cujus judicia sunt abissus multa.

Petrus insuper rex Cipri [7] supra sepius nominatus, qui ultra omnes reges et principes suos contemporaneos ad recuperationem et acquisitionem [8] Terre Sancte aspiraverat, et ad hoc alios multos incitaverat et induxerat, pro viribusque suis infideles [9] multimode expugnaverat [10], totus etiam bonus, virtuosus et animosus, velud alter justus Abel vel Joseph innocens, per operationem et machinationem fratrum suorum, fuit malitiose et crudeliter interemptus [17 januarii 1369].

[Fuit] preterea [1369] denuo suscitata guerra inter reges Francie et Anglie, occasione ressorti seu superioritatis ducatus Acquitanie, in quo, absque hujusmodi recognitione, pro tunc [11] dominabatur Edoardus princeps Vallie [12], qui in signum denegationis superioritatis hujusmodi, etiam se principem Acquitanie faciebat nominari. Cumque etiam per ipsum aut officiarios suos in dicto ducatu gravamina inferrentur, non erat qui provocare presumeret aut quomodolibet appellare; si quis enim hoc attemptaret, gravissime puniebatur personaliter vel in bonis. Ex quo prelati, magnates, nobiles, communitates, et generaliter omnes dicti ducatus, se merito gravatos [13] extimantes, et [14] amplius in posterum gravari formidantes, quasi communicato consilio, saltim pro majori parte, deliberaverunt [15] premissis possetenus obviare. Habueruntque recursum ad regem Francie, petentes [16] ut pro sui et eorum juris conservatione, ipsorum appellationes [17] vellet admittere, eosque appellantes [18]

1. dictumque Petrum regem propter sui tirannidem et atrocitatem innumeras, *E.* — 2. *omis par A, B.* — 3. ac, *A, B.* — 4. regni sui *au lieu de* regis sibi, *E.* — 5. nec fuit in hiis qui non sibi tunc, *E.* — 6. ad *(sic)*, *E; omis par B.* — 7. Cipri rex, *B.* — 8. adquisitionem, *B.* — 9. infidelibus, *B.* — 10. viribus quam suis infideles multimode expugnaverant, *E.* — 11. *omis par B.* — 12. Edouardus princeps Guellie, *B;* Wallie, *A.* — 13. gravati *(sic)*, *E.* — 14. *omis par A, B.* — 15. deliberarunt, *E.* — 16. petentesque, *E.* — 17. oppositiones, *A.* — 18. appellavit *(sic)*, *E.*

protegere et defendere, loco et tempore oportunis. Qui eorum votis annuens, ipsorum appellationes admittere, eosque protegere ac [1] tueri promisit. [2] Quibus ad sui notitiam perductis [3], dictus Edoardus fuit turbatus vehementer, indignatusque graviter contra suos subditos memoratos [4], quos occasione hujusmodi incepit [5] multimode prosequi et hostiliter impugnare. Qui sibi resistere non valentes, adversus eum consilium et [6] auxilium expetierunt dicti regis, nolentes [7] etiam [8] sub dominio ipsius amplius [9] remanere; ne forte in posterum eis deteriora contingerent, se ex toto sibi submiserunt, reddiderunt et tradiderunt. Quos ipse gratiose recepit, et ad eorum [10] defensionem se disposuit et paravit, per ministerium Ludovici ducis [11] Andegavensis, fratris sui supra nominati; fueruntque occasione hujusmodi in dicto ducatu hinc inde insultus varii, locorum captiones, cedes hominum, et alia mala et discrimina infinita.

Anno etiam prenotato [12], scilicet [MCCC]LXVIIIJ, ad dictum Urbanum papam Rome existentem [13] venit [14] Johannes Paleologus [15], imperator Grecorum; fuitque receptus honorifice ac [16] tractatus per dictum papam et cardinales paulo minus quemadmodum si fuisset imperator Romanorum [17]. Qui demum fuit reductus ad romane Ecclesie unitatem, juravitque eidem perpetuo obedire ac fidem ipsius servare in futurum. Super quo certam bullam [18] grece et latine conscripsit, et sua bulla aurea sigillavit, quam in archivis Ecclesie conservandam [19] dicto pape assignavit. Quo expedito, paulo post ad propria remeavit, de dicto papa a [20] quo gratias et favores multos reportaverat [21], valde bene consolatus et contentus.

Per idem tempus [1369], prefatus Urbanus papa tam spiritualiter processus et sententias fulminando, quam temporaliter ipsos manu [22] armata expugnando, processit contra Perusinos, eorumque territorium, pro eo quod [23] sibi et romane Ecclesie obedientiam denegando se ab ejus dominio, ad quod pertinebant [24], malitiose subtrahebant. Cujus occasione etiam ipsi [25] multa mala passi

1. protegi et, *E.* — 2. De, *ajouté par E.* — 3. productis, *E.* — 4. *omis par B.* — 5. recepit, *A.* — 6. consilium et, *omis par A*, *B.* — 7. volentes, *E.* — 8. esse, *B.* — 9. *omis par E.* — 10. earum, *E.* — 11. regis *(sic)*, *E.* — 12. prenominato, *Bal.* — 13. existentem Rome, *B.* — 14. accessit, *Bal.* — 15. Polcogus, *B;* Pelagosus, *E.* — 16. et *A*, *B.* — 17. *omis par B.* — 18. *omis par E.* — 19. asservandam, *B.* — 20. de, *B.* — 21. reportavit, *B.* — 22. *omis par B.* — 23. quia, *E.* — 24. pertinent, *E.* — 25. et ipsius, *E.*

sunt, et etiam terris et locis dicte Ecclesie [1] eis [2] convicinis intulerunt; et presertim [3] cum per satellites suos discurrerent ante Viterbium [4], dicto Urbano ibidem existente, in ejus [5] opprobrium multa ignominiosa et alias fere inaudita perpetrarunt [6]. Deus tamen eorum demum [7] justus vindex [8] extitit : nam ipsorum patratores tandem mala morte perierunt.

Memoratus etiam Urbanus papa [9], anno [MCCC]LXX currente, volens quod in monasterio Cassinensi, in quo, ut supra memoratum est, religio monachorum nigrorum, ex institutione et ordinatione beati Benedicti suum quasi sumpsit exordium, vigeret [10] precipue, essentque religiosi in ipso vitam exemplarem ducentes, quemadmodum alias extiterant [11]; postquam de episcopali dignitate ipsum ad abbatialem reduxit, tria fecit. Primo, quia erat quasi col[l]apsum in edificiis, que propter terre motum erant [12] pro majori parte diruta [13], ipsum fecit reparari et reedificari, et in hoc voluit exponi proventus ipsius, quamdiu vacavit. Secundo, advocavit [14] et collegit monachos [15] religiosos et devotos de diversis aliis monasteriis in quibus sciebat vitam monasticam melius et strictius observari, quos ibidem instituit, et ordinavit perpetuo residere, amotis abinde pluribus vagabundis et insolentibus qui vitam secularem potius quam regularem erant ibi [16] soliti observare. Tertio, deliberavit eidem in abbatem preficere aliquem, qui, juxta regulam prefati beati Benedicti vivens, ad sic vivendum prefatos monachos suo exemplo alliceret et etiam compelleret, ubi ad contrarium eos inclinatos inveniret.

Et cum, licet diutius perquisitum, talem juxta suum votum in cenobiis monachorum nigrorum [17] non inveniret, ne in suo hujusmodi sancto desiderio frustraretur [18], ad heremum fratrum Camaldulensium [19] sub regula eadem Domino [20] famulantium, aspectum habuit, in quo quod optabat [21] adinvenit : virum [22] videlicet [23] qui

1. et etiam terre dicte Ecclesie, *B.* — 2. ejus, *E.* — 3. *omis par A*, *B.* — 4. discurrerunt autem Viturbium, *E;* decurrerunt autem Viterbium, *B.* — 5. cujus, *E*, *Bal.* — 6. perpetraverunt, *B*, *Bal.* — 7. demum eorum, *A*, *B.* — 8. ultor, *B.* — 9. *omis par B.* — 10. vigerent, *B;* vigent, *E.* — 11. extiterat, *E.* — 12. fuerant, *A*, *B.* — 13. dirupta, *E;* dirruta, *A.* — 14. advocabat, *B.* — 15. adnotavit monachos et collegit, *E.* — 16. sibi, *B.* — 17. *omis par A*, *B.* — 18. perfrustraretur, *B.* — 19. Calmaldulencium, *A*, *E.* — 20. servientium seu, *ajoutés par B*, *Bal.* — 21. obtabat, *A.* — 22. vir *(sic)*, *E.* — 23. *omis par E.*

totus erat devotus, orationi et lectioni assidue deditus, et alias Dei servitio semper intentus, beneque moriginatus [1], et in agendis circumspectus; qui etiam omni tempore ab esu [2] carnium abstinebat, alias insuper abstinentias ordinationesque monasticas [3] juxta precepta et instituta dicte regule indeffectibiliter observabat. De quibus ipse plene informatus, eum ad se vocavit, et licet satis invitum et renitentem, eidem monasterio prefecit in abbatem; et ad perseverantiam in bonis operibus, ac ut [4] cum [5] timore Domini officium sibi traditum [6] sollicite et debite exerceret, ipsum caritative et dulciter admonuit et induxit. Qui tam onus sibi impositum, quam monita hujusmodi humiliter suscipiens, monachos sibi subditos ad similiter vivendum induxit, et in debitis religione et obedientia tenuit, monasteriumque [7] ipsum pro tunc satis in spiritualibus et temporalibus reformatum in statu debito conservavit [8], deditque formam et aperuit viam suis successoribus et posteris ut similia [9] facerent in futurum.

Eodem anno [1370], cum dictus Urbanus papa jam fecisset fieri seu fabricari ymagines seu statuas pro conservandis capitibus beatorum apostolorum Petri et Pauli, que erant de auro et argento mirabiliter operate, [10] ornateque multis gemmis et [11] lapidibus pretiosis, valorque earum communi extimatione esset [12] triginta milia florenorum et ultra, devote et solempniter, astantibus multis personis, magnis et notabilibus [13], capita dictorum sanctorum reponi et includi fecit infra ipsas. Que [14] etiam demum fuerunt processionaliter et publice, universis clero et populo Romanis ad hoc convocatis, presentibus etiam aliquibus [15] dominis cardinalibus et prelatis multis [16], per Urbem deportate, et demum collocate super [17] altare Lateranense, in loco, seu alto et [18] eminenti ciborio [19] super quatuor columpnas marmoreas, ad [20] hoc specialiter miro opere preparato, magnisque et fortibus januis ferreis circumdato.

Adveniente insuper tempore estivo, anno predicto [1370], idem [21] Urbanus recedens de Urbe, vadensque ad Montemflasconis, decli-

1. *lege* morigeratus. — 2. esois, *E.* — 3. ecclesiasticas, *A*, *B.* — 4. *omis par E.* — 5. Dei, *ajouté par B.* — 6. creditum, *E.* — 7. que, *omis par E.* — 8. confirmat, *B.* — 9. similiter, *B*, *Bal.* — 10. et *(sic)*, *ajouté par B.* — 11. magnis notabilibusque, *ajoutés par B*, *Bal.* — 12. ad, *ajouté par Bal.* — 13. multis et magnis notabilibusque personis, *B*, *Bal.* — 14. Quas, *A*, *B.* — 15. *omis par B.* — 16. que, *ajouté par B.* — 17. supra, *E.* — 18. *omis par A*, *B.* — 19. altaris, *B*; ciloris, *A.* — 20. de, *B.* — 21. ibidem, *E.*

navit Viterbium [1], ubi primum palam et [2] publice manifestavit se velle redire de proximo ad civitatem Avinionensem, et, ut omnes curiales ad hoc se disponerent, ferias indixit [3] a principio mensis junii tunc instantis usque ad principium mensis octobris postea sequentis [4]. Et ad hoc faciendum dixit se esse motum, inclinatum, precipue et [5] inductum, pro eo quia ab una parte videbat [6] regionem illam pro tunc esse satis in pacifico et transquillo statu; et si quid fortassis esset dissentionis, illud sperabat breviter et ante discessum suum, per tractatum aut alias, debite terminari. Ab alia vero audiebat mala que [7] continue [8] fiebant, et majora fieri sperabantur occasione guerre noviter suscitate [9] et exorte inter reges [10] Francie et Anglie memoratos; quibus ut obviare posset, multum inerat menti sue, eratque intentionis sue [11], Domino favente, circa hujusmodi guerre sedationem totis viribus laborare et intendere, etiam in propria ad dictos reges accedendo hac de causa, ubi alias super hoc se non posse proficere reperiret.

Eodem anno [1370], die sexta [12] mensis junii, que fuit feria sexta quatuor temporum post Penthecosten, in Monteflasconis, idem Urbanus creavit duos novos presbiteros cardinales, videlicet dominos Petrum de Stagno [13], dyocesis Ruthenensis, monachum ordinis sancti Benedicti, tunc archiepiscopum Bituricensem, et Petrum de Corsinis, Florentinum, tunc episcopum Florentinum [14].

Dicto autem domino Petro de Stagno [15], cui jam titulum Sancte Marie in trans Tiberim assignaverat, vicario in Patrimonio et aliquibus circumadjacentibus provinciis ordinato, idem [16] Urbanus papa iter suum arripiens, mare intravit [17] in Corneto [18] die v [19] mensis [20] septembris, ubi invenit galeas et navigia ad sufficientiam [21], de quibus cum magnis [22] excellentia et apparatu sibi providerant reges Francie et Aragonum, regina Sicilie [23], civitas Avinionensis et Provinciales. Sicque divino sibi assistente presidio, iter suum continuando, Massilie feliciter applicuit die xvj dicti mensis,

1. Viturbium, *E.* — 2. *omis par E.* — 3. induxit, *A*, *B.* — 4. secuturi, *E.* — 5. et precipue, *A*, *B.* — 6. pro eo quod videbat ab una parte, *B*, *Bal.* — 7. et, *ajouté par A.* — 8. cotidie, *B.* — 9. succitate, *E.* — 10. regem *(sic)*, *E.* — 11. sibi, *E.* — 12. *lege* vii. — 13. Stangno, *B;* Scanno, *E.* — 14. tunc episcopum Florentinum, *omis par B.* — 15. Scanno, *E; omis par A*, *B.* — 16. *omis par A*, *B.* — 17. intravit mare, *A*, *B.* — 18. in Corneto, *omis par E.* — 19. vj, *B.* — 20. *omis par E.* — 21. excellentiam, *E.* — 22. magna *B*, *E.* — 23. Cecilie, *B*, *E.*

et XXIIIJ [1] Avinione, ubi cum gaudio et exultatione [2] maximis receptus fuit [3].

Eodem tempore, civitas Lemovicensis, que noviter subtrahendo se ab obedientia et dominio Edoardi [4] principis Vallie [5] et Acquitanie, dominio regis Francie se submiserat, secundum quod fecerant [6] fere omnes alie civitates et loca notabilia dicti ducatus, obsessa fuit per dictum principem et tam diu viriliter expugnata quod tandem vi et potentia armorum per eum capta fuit, cum omnibus in ea existentibus, tam incolis quam aliis qui pro sui tuitione ad eam confugerant, ac multis notabilibus viris [7] qui pro ejus succursu et adjutorio illuc advenerant. Fuitque demum totaliter demolita et destructa, et edificia ejus ad terram prostrata, et exinde effecta inhabitabilis et deserta, sola ecclesia cathedrali dumtaxat remanente [19 septembris 1370].

Dictus etiam [8] Urbanus papa, quasi [9] a principio sui pontificatus, in plerisque locis continue edificavit. Et primo, in palatio Avinionensi, quod in magna parte [10] ampliavit, in illa videlicet que hodie [11] vulgariter Roma appellatur; in qua facte [12] camere [13], habitationes, deambulatoria et viridarium mire pulcritudinis et amenitatis, habent [14] in se majorem delectabilitatem [15] quam etiam quecumque alie in toto [16] palatio existentes. In loco etiam de Bedeosco [17], dyocesis Mimatensis, ubi erat [18] ecclesia baptismalis et parrochialis loci sue originis, spectabatque ad domum suam paternam, a solo edificavit pulcram et satis notabilem [19] ecclesiam, quam muris altis et turribus ad modum castri circumdedit; in qua [20] constituit [21] collegium certorum canonicorum secularium et decani, qui ibi haberent Deo perpetuo deservire in memoriam sui et parentum suorum, quorum sepultura est et erat ibi ab antiquo; dotavitque dictum collegium tam de bonis paternis quam aliis, bene et sufficienter. In [22] ecclesia etiam de Quesaco, dicte dyocesis, ubi est [23] oratorium spirituale et devotum beate Marie Virginis,

1. *lege* XXVII. — 2. exaltatione, *E.* — 3. est, *Bal.;* fuit receptus, *A*, *B.* — 4. ad obedientiam et dominium Edouardi, *E.* — 5. Wallie, *A;* Guellie, *B.* — 6. fecerat, *E.* — 7. hominibus, *E.* — 8. *omis par E.* — 9. *omis par B.* — 10. magnam partem, *E.* — 11. in illa que hodie videlicet, *E.* — 12. sunt, *ajouté par Bal.* — 13. sunt tamen *au lieu de* facte camere, *E.* — 14. habentia, *Bal.;* etiam, *ajouté par E.* — 15. delectationem, *Bal.* — 16. quecumque in alio toto, *A;* quecumque in toto, *B.* — 17. Bedeasco, *B;* Bedrosco, *E.* — 18. *omis par A.* — 19. nobilem, *E.* — 20. quo, *B.* — 21. instituit, *A.* — 22. Item, *B.* — 23. *omis par E.*

collegium novum instituit certorum canonicorum secularium [1] et decani qui ipsis habeat presidere [2]; pro quorum sustentatione sufficienti [3] redditus et proventus multos acquisivit et ordinavit; fecitque dictam ecclesiam [4] muris et turribus altis circumdari. Et idem [5] fecit in plurimis [6] aliis locis et ecclesiis Dei servitio deputatis, in dicta dyocesi constitutis, de quibus dubitavit [7] quod tempore guerre faciliter possent capi aut hostiliter impugnari [8].

In Roma etiam existens, ecclesias Lateranensem et Sancti Pauli, quarum tecta erant totaliter demolita, fecit mirabiliter et sumptuose reparari. Et [9] idem fecit de ecclesia Sancti Petri, in ea parte in qua reparatione indigebat. Ibidem etiam juxta [10] palatium suum fodi et aptari fecit unam vineam maximi ambitus, de qua [11] communiter, si bene et debite colatur et operetur [12], annuatim colligentur CCC [13] dolia vini; in qua etiam noviter plantari fecit multas vites et arbores fructiferas, quas de diversis et longinquis terris et [14] partibus fecit asportari.

Ipse insuper tam in Urbe quam aliis ecclesiis [15] ac [16] locis religiosis et ecclesiasticis, prout eorum necessitas exigebat, vestes sacras, calices, ornamenta ecclesiastica, et libros ad officium divinum oportunos, innumerabiliter distribuit atque dedit, reliquiasque multorum sanctorum [17] auro et argento, gemmis ac lapidibus pretiosis adornatas, reposuit [18] in eisdem [19].

Ipse preterea fuit multum diligens [20] in tenendis [21] consistoriis et consiliis, diebus et horis ad ea debitis et ordinatis, vacavitque cum omni sollicitudine circa debitam et celerem expeditionem negotiorum Ecclesie et [22] aliorum sibi incumbentium, et presertim illorum que pauperes concernebant, que [23] etiam sepius, aliis pretermissis, expedivit. Justitiam permaxime fovit et dilexit, deditque ordinem, quo mediante, suo tempore, in [24] curia mirabiliter fuit [25] observata, et [26] hoc specialiter ne fierent brige,

1. regularium, *B.* — 2. et qui ipsis presideret decanus, *E.* — 3. sufficientes, *B.* — 4. dictam ecclesiam, *placés après* turribus *par E.* — 5. Et idemque, *E:* Idemque *au lieu de* Et idem, *Bal.* — 6. plerisque, *A*, *B.* — 7. dubitabat, *A*, *B.* — 8. guerre possent faciliter et hostiliter impugnari, *B.* — 9. *omis par E.* — 10. juxta etiam, *A.* — 11. *omis par B.* — 12. aptetur *au lieu de* et operetur, *E.* — 13. CCCC, *B.* — 14. terris et, *omis par B.* — 15. quam in aliis ecclesiis, *Bal.;* quam in ecclesiis, *B;* tam ecclesiis, *A.* — 16. *omis par E.* — 17. sanctorum multorum, *B.* — 18. disposuit, *B.* — 19. eodem, *E.* — 20. et, *ajouté par E.* — 21. et intendens *au lieu de* in tenendis, *B*, *Bal.* — 22. ac, *E.* — 23. qui *(sic)*, *E.* — 24. sua, *ajouté par B.* — 25. fuit mirabiliter, *A*, *B.* — 26. ad, *A*, *B.*

dissentiones, aut insultus, prout alias fieri solebant, per familiares cardinalium [1] et alios curiales, de quibus, cum talia attemptarunt, per suos officiarios ordinavit sic fieri justitie complementum, quod ceteri eorum exemplo perterriti a [2] similibus se multimode retraxerunt [3]. Abusus [4] etiam et [5] observantiam, seu verius corruptelam [6] advocatorum et procuratorum curie, ex quibus cause ibidem vertentes plurimum [7] protrahebantur, et ne ad expeditionem venirent impedimenta prestabant, una cum exactionibus indebitis, que in magnum gravamen et prejudicium litigantium antea per ipsos fiebant, cassavit, an[n]ullavit, et interdixit, et ne a cetero servarentur aut [8] fierent prohibuit, certas ordinationes etiam penales super hiis specialiter faciendo [9].

Concubinarios et alios vitam inhonestam publice ducentes, quam [10] maxime ecclesiasticos, rigide compescuit, et ad correctionem et emendationem venire coegit. Usurarios admodum persecutus est, adeo quod justitia mediante, suo tempore, de male ablatis [11] in curia [12] occasione hujusmodi restituta dicuntur ultra ducenta milia florenorum. Symoniacos [13] execratus [14] est : ementes enim aut [15] vendentes beneficia sive spirituales gratias, aut super eis mercimonia [16] illicita facientes, tractantes aut procurantes, aut etiam occasione talium exactiones indebite [17] facientes, puniri multimode ordinavit, ymo et eorum quamplurimos curiam exire coegit.

Beneficiorum multiplicationem, presertim incompatibilium, in eamdem personam concurrentium [18], invitissime toleravit; ymo multos ex illis qui plurima [19] obtinebant privavit, relictis eis tantummodo illis que suis [20] statui et sufficientie congrue convenire [21] judicavit. Super quo etiam constitutionem edidit que incipit *Horribilis;* in qua quod suo tempore licere sibi non passus est, suis successoribus indicavit [22].

Viros litteratos valde dilexit, multosque ex ipsis promovit

1. cardinales *(sic)*, *B.* — 2. et, *E.* — 3. detraxerunt, *E.* — 4. Adusus *(sic)*, *A*, *B.* — 5. seu, *E.* — 6. corruptelas, *E.* — 7. plurimi, *E.* — 8. *omis par E.* — 9. fiendo, *E.* — 10. inter quos, *B.* — 11. allatis, *Bal.* — 12. persecutus est... in curia, *passage omis par A*, *B.* — 13. Si nominatos *(sic)*, *E;* autem, *ajouté par Bal.* — 14. extractus, *A*, *B.* — 15. aut enim, *B;* autem et, *E;* et, *Bal.* — 16. in symonia *au lieu de* mercimonia, *B.* — 17. exactione videbitur *(sic)*, *E;* occasionem talium occasionum indebite, *B.* — 18. *omis par A*, *B.* — 19. plura, *A*, *B.* — 20. suo, *E.* — 21. congruere et convenire, *A.* — 22. Super quo etiam... indicavit, *phrase omise par B.*

et exaltavit; et ut daret ceteris addiscendi [1] materiam et [2] oportunitatem, quamdiu vixit in papatu, suis expensis tenuit in diversis studiis mille studentes [3]; ex quibus cum [4] aliqui jam erant provecti, aut alias deficiebant, illorum loco alios continuo [5] subrogavit. Libros necessarios tam eis quam aliis pluribus, quos scivit studio esse intentos ipsisque indigere [6], etiam ministravit.

In Montepessulano, ubi specialiter solet [7] vigere scientia [8] medicine, instituit unum collegium duodecim scolarium qui studerent [9] in dicta facultate et [10] in ipso [11] haberent residere; pro quorum sufficienti sustentatione redditus certos acquisivit et ordinavit. Libertates et jura ecclesiarum posse tenus manutenuit et conservavit; et si qui essent eis derogantes, ubi post admonitiones et exhortationes debitas [12] se non proficere vidit, contra ipsos processus et sententias faciendo, viriliter et rigide [13] insurrexit, cordatum, constantem et animosum, licet benignus cum quibuscumque existeret, in hoc se mirabiliter [14] demonstrando, sic et taliter quod suo tempore ecclesie [15] satis ubique [16] in quiete et libertate permanserunt. De pauperibus et egenis, aliisque [17] miserabilibus personis, semper sibi [18] singulariter cura fuit, adeo quod ubi ipsos [19] esse pauperes [20] cognovit, ipsorum inopie liberaliter et gratiose subvenit; presertim illorum qui alias [21] habundantes extiterant, et demum ad paupertatem deducti erubescebant [22] mendicare. Sciens etiam [23] plures de clero multimode fore vexatos propter guerras, talliasque, et deveria [24] que [h]actenus earum occasione eis imposita extiterant, ipsisque pro [25] affectu compatiens, in diversis provinciis tam regni Francie quam aliquorum [26], eorum decimam ad mediam partem [27] reduxit, ut [28] si in posterum eam ipsis [29] indici contigerit, ex ejus [30] solutione minus gravarentur [31].

1. ad discendum, *E.* — 2. *omis par E.* — 3. mille studentes in diversis studiis, *Bal.* — 4. tamen, *B.* — 5. continue, *B, E.* — 6. indigerent, *A, B.* — 7. solent, *B.* — 8. scientie, *B.* — 9. studentes, *E.* — 10. *omis par E.* — 11. ipsa, *Bal.* — 12. *omis par A, B.* — 13. rigidum, *B.* — 14. mirabiliter se, *B.* — 15. *omis par B.* — 16. vique *(sic)*, *E.* — 17. que *omis par B.* — 18. *omis par E.* — 19. ipse, *B.* — 20. *omis par E.* — 21. *omis par A, B.* — 22. erubescant, *E.* — 23. *omis par E.* — 24. onera, *E;* talliasque denarias, *B.* — 25. pio, *Bal.* — 26. aliorum, *Bal.* — 27. *omis par Bal.* — 28. et, *E.* — 29. ipsi, *E;* imposita extiterant... eam ipsis, *passage omis par A, B.* — 30. earum, *A, B.* — 31. minus gravarentur, *omis par A, B.*

Non etiam [1] nova subsidia imposuit, nec alias impositis [2] usus fuit, nisi [3] in quantum necessitas Ecclesie ad hoc [4] ipsum artavit [5]. Non enim curavit coacervare [6] pecunias; et si quas aliquando habuit, ipsas feliciter aut in Ecclesie negotiis [7] exposuit, aut in piis [8] operibus erogavit.

Ad beneficiorum collationes provisionesque ecclesiarum et monasteriorum habens procedere, magnam inquisitionem solertemque examinationem fieri semper [9] fecit super meritis et sufficientia illorum, de quorum provisione aut promotione [10] actum fuit; per quas cum bene meriti [11] et sufficientes inventi sunt, ipsos liberaliter et gratiose promovit, etiam quandoque inscios et non procurantes. Ubi vero [12] inventum est oppositum, presertim si fuerunt [13] in vita vel conversatione maculati, aut scientia vel etate notabiliter defectuosi, etiam quarumcumque precum seu intercessionum obtentu, eos nullatenus, saltim scienter, admisit.

Toto tempore suo diligentiam maximam adhibuit, inquirendo mores et vitam generaliter omnium suorum subditorum, et presertim ecclesiasticorum; super quo modum tenuit valde notabilem et honestum. Secretissime namque fere de omnibus nationibus advocavit ad se aliquas personas devotas et [14] discretas, Deum et suam conscientiam pertimescentes, quas super inquisitione hujusmodi, per earum quamlibet [15] in suis locis seu regionibus occulte fienda et demum sibi referenda [16], specialiter oneravit. Sicque actum est quod saltim notabilium fere omnium, morum et [17] vite satis notitiam habuit; qua habita, bonos in bono confirmavit, malos vero a malo cohibuit, aut corrigi et [18] emendari procuravit per visitatores aut reformatores quos ad hoc demum specialiter deputavit. Volensque curiales ecclesiasticos sic honeste vivere quod essent ceteris in exemplum, a principio sue creationis penaliter ordinavit quod omnes generaliter et indistincte in Adventu Domini, et duobus diebus quartam feriam Cinerum [19] immediate precedentibus, ab esu carnium abstinerent, et in dictis duobus [20] diebus seculares sive laycos [21] in curia existentes etiam voluit comprehendi.

1. *omis par A, B.* — 2. impositas *(sic)*, *B.* — 3. usus est, in, *E.* — 4. ad hoc, *omis par A, B.* — 5. [h]ortavit, *A, B.* — 6. conservare, *E.* — 7. negotiis Ecclesie, *Bal.* — 8. imperiis *au lieu de* in piis, *E.* — 9. semper fieri, *B.* — 10. aut promotione, *omis par E.* — 11. meritis *(sic)*, *B.* — 12. non, *E.* — 13. fuerint, *B.* — 14. *omis par E.* — 15. quaslibet, *E.* — 16. referende *(sic)*, *B.* — 17. in, *B.* — 18. aut, *A, B.* — 19. cum enim *au lieu de* Cinerum, *B.* — 20. *omis par E.* — 21. layci *(sic)*, *B.*

Affectum carnalem nequaquam ad suos se habere demonstravit : nullum enim ex eis ad quamcumque prelaturam promovit, nisi duos dumtaxat, videlicet memoratum fratrem suum, et unum nepotem ex consanguineo germano, doctorem decretorum, aliasque bonum et sufficientem, quem ecclesie Sancti Pa[p]uli in episcopum prefecit. Alios autem, quanquam essent boni et ydonei, aut beneficiis satis simplicibus aut officiis curie voluit remanere contentos. De laycis etiam nullum exaltavit, ymo nec per alios exaltari permisit. In cujus evidentiam expresse recusari ordinavit per patrem suum V^c [500] [1] libras renduales [2] quas rex Francie sibi dederat ob sui favorem. Nepotem etiam suum unicum, [3] ad quem sua [4] paterna hereditas pertinere debebat, non cum [5] altiori [6], ymo nec cum equali sibi in genere voluit matrimonialiter copulari. Suscepit namque sibi in uxorem filiam cujusdam mercatoris Montispessulani satis simplicis, sui generis respectu; quam tamen, ut creditur, ipso adhuc in minoribus existente, dictus nepos minime recepisset.

Ipse etiam [7] paternaliter et caritative omnes dilexit, in hiis tamen que pertinent ad Deum neminem timuit nisi cum cujus gratia suffultus sic et taliter rexit quod universaliter amabatur a bonis, et verebatur [8] a malis. Fuit enim sancte et juste intentionis faciendi in omnibus que [9] Deo credebat fore placitura, et contraria evitandi [10]; habuitque in mente constantiam, veritatem in ore, et efficaciam [11] seu virtuositatem in operatione.

Postquam rediit de partibus Ytalie, totaliter mente disposuit in propria laborare circa pacificationem dictorum regum Francie [12] et Anglie, ad quod etiam circa [13] preparativa [14] ordinavit. Sed satis [15] cito magna infirmitas ipsum arripuit, ex qua sentiens se gravari, mortemque sibi propinquam extimans, ad ea vacare destitit, sed ad illa que anime sue salutem concernere poterant totaliter se convertit [16]; humiliterque et devote sepius confessus est, et cetera ecclesiastica sacramenta suscepit. Presentibus etiam camerario, confessore, pluribusque [17] aliis familiaribus suis, ac aliis multis notabilioribus [18] personis [19], dixit et asseruit se tenere

1. DC, *B*, *Bal.* — 2. reddituales, *B.* — 3. et, *ajouté par E.* — 4. *omis par Bal.* — 5. deberet, non tamen, *B.* — 6. locupletiori, *A*, *B.* — 7. *omis par A*, *B.* — 8. verabatur *(sic)*, *E.* — 9. a, *ajouté par E.* — 10. evitendi, *A.* — 11. efficiam *(sic)*, *E.* — 12. Francorum, *E.* — 13. certa, *Bal.* — 14. preparata, *A*, *B.* — 15. *omis par A*, *B.* — 16. converti, *A.* — 17. que, *omis par B.* — 18. notabilibus, *E.* — 19. viris, *B.*

et credere firmiter, sicque [1] confessus est simpliciter [2] quicquid sancta, catholica et apostolica [3] tenet, docet et predicat Ecclesia [4]. Et si perprius docendo, legendo [5], conferendo [6], predicando, aut [7] disputando, vel alias aliud [8] quovis modo, vel [9] dixerat, totum [10] id revocavit voluitque haberi pro non dicto, submittens se et dicta sua hujusmodi correctioni et determinationi dicte sancte matris Ecclesie, a qua asseruit nunquam se deviasse scienter.

Tandem vero post multa bona et virtuosa opera in Domino requievit die XVIIIJ mensis decembris, anno Domini MCCCLXX, pontificatus sui anno nono; fuitque sepultus in ecclesia majori Avinionensi, demum transferendus ad monasterium Sancti Victoris Massiliensis, ubi vivens suam perpetuam elegerat sepulturam, magnis et stupendis miraculis corruscando. Vacavitque Sedes diebus undecim [11].

1. secundoque, *E.* — 2. simpliciter confessus est, *A*, *B.* — 3. sancta catholica Ecclesia apostolica, *A*; sancta Ecclesia catholica tenet, *B*, *Bal.* — 4. *omis par A*, *B*, *Bal.* — 5. legendo, docendo, *A*, *B.* — 6. *omis par E.* — 7. vel, *B.* — 8. alias aliud, *omis par A*, *B.* — 9. aliud, *A*, *B.* — 10. *omis par B.* — 11. undecim diebus, *E.*

SECUNDA VITA

URBANI V

AUCTORE WERNERO

CANONICO ECCLESIAE BUNNENSIS

Peractis exequiis domini Innocentii more solito, alias novem diebus, die decima cardinales numero viginti intraverunt conclave, die videlicet beati Mauritii [22 septembris 1362]. Et, cum inter se concordare non possent, in dominum Guillelmum Grimoardi, natum domini Guillelmi Grimoardi, militis, domini baronie de Grisaco, Mimatensis dyocesis, tunc abbatem Sancti Victoris Massiliensis, absentem [1], in regno Sicilie nuntium Sedis apostolice, vota sua major pars et sanior direxit [28 septembris 1362]. Qui, decreto electionis recepto, in vigilia Omnium Sanctorum [31 octobris 1362] reversus [est] Avinionem.

Interim vero domini cardinales erant in conclavi. Prelati quolibet die [2] missas celebrabant [3] et sermones faciebant, rogando Deum pro celeri et felici pontificis provisione, quodam speciali officio misse ad hoc ordinato, quod incipit *Suscitabo michi sacerdotem fidelem*, etc. Die vero XXVIJ octobris [4] [1362], cum dominus

1. Urbanus quintus, natione Gabellitanus, ex patre Guillermo Grimoardi, milite, domino loci de Grisaco, Mimathensis dyocesis. Hic prius vocabatur Guillermus Grimoardi, filius domini Grimoardi supradicti. Hunc viginti cardinales in conclavi existentes, cum inter se concordare non possent, in papam elegerunt, tunc abbatem Massiliensem Sancti Victoris, absentem, *mis par B au lieu de* Peractis... absentem.— 2. *au lieu de* Interim... die *B met* Interim vero dum essent in conclavi, prelati quoque omni die.— 3. celebrant, *A*.— 4. dicto, *ajouté par A*.

Désignation des manuscrits employés :

A = Bibliothèque nationale de Paris, ms. latin *4931 C*, fol. 168 v°-172 r°.
B = Bibliothèque nationale de Paris, ms. latin *4980*, p. 276-282.

Guillelmus, papa futurus, applicuisset Massiliam, eodem die misit dominis cardinalibus, adhuc in conclavi existentibus, consensum electionis de se facte. Tanta vero fuit tunc inundantia [1] aquarum [2] Rodani et Durentie, quod usque ad fossata civitatis pertingerent, et dominus papa intrare non potuit usque in vigilia Omnium Sanctorum [3]. Tunc intronisatus fuit [4], et facta insinuatione ad populum quod Urbanus quintus vocaretur, mox ab omnibus cantatum fuit *Te Deum laudamus.*

Die dominica quoque [5] sequenti [6 novembris 1362] post festum Omnium Sanctorum, fuit in palatio apostolico coronatus per dominum Magalonensem, qui tunc erat Ostiensis episcopus [6]. Sed post coronationem non equitavit per villam, ut moris est, licet omnia parata fuissent, fastum vitans, prout [7] dicebatur.

Circa hec tempora [8] [5 decembris 1362] comes Fuxi cepit comitem Armaniaci cum multis nobilibus suis.

Hoc [9] tempore rex Anglie quasi totam Aquitaniam recuperavit de manibus regis Francie, videlicet Johannis supradicti.

Idem Johannes rex, novembris die xx [1362], intravit Avinionem; et in die veneris sancta [31 martii 1363], cruce signatus est per dominum papam, una cum multis nobilibus, contra Turcos [10].

Anno Domini MCCCLXIIJ [11], aprilis die xiiij [12], papa predicavit crucem contra Turcos, ordinans passagium generale, cujus capitaneum ordinavit Johannem regem Francie [13], tunc presentem, qui ibidem juravit passagium facere a martio preterito ad duos annos [14].

Maii die viiij [15], recessit rex Francie de Avinione versus Parisius, et nocte sequenti obiit dominus Magalonensis [16]. Ultima

1. inundatio, *B.* — 2. *omis par B.* — 3. anno Domini MCCCLXIJ, *ajoutés par B.* — 4. *omis par B.* — 5. quoque dominica, *B.* — 6. episcopus Ostiensis, *B.* — 7. ut, *B.* — 8. Eodem tempore, *B.* — 9. Eodem, *B.* — 10. *au lieu de* Idem Johannes... Turcos *B met* Idem rex Johannes, xx die novembris, intravit Avinionem; et die xxix martii [1363], Petrus rex Chipri intravit Avenionem etiam, et in die veneris sancta cruce signatus est per dominum papam, una cum filio dicti Johannis, regis Francorum, et multis nobilibus contra Thurcos; *puis il ajoute* Die xxij februarii [1363], rex Dacie venit ad curiam, qua de causa ignoratur. — 11. MCCCLXIIIJ, *B;* passagium generale, *répété ici par A.* — 12. et die xiv aprilis, *B.* — 13. Francorum, *B.* — 14. Tunc papa fecit diversos processus contra Bernabonem, *ajoutés par B.* — 15. Die ix maii, *B.* — 16. cardinalis. Die vero, *ajoutés par B.*

maii [31], recessit rex Cipri de Avinione[1], iturus ad principes mundi, eosque ad passagium inducturus.

Hoc anno [1363] fuit pestilentia gravissima quasi per omnes partes mundi. Et circa festum sancte Lucie [13 decembris] cepit gelu fortissimum, ita ut omnia flumina congelata[2] essent, me tunc Leodii morante et Mosam sepius transeunte, ac Johanne Girardi de Remis cum diversis personis Rodano congelato desuper transeuntibus[3]. Et duravit usque ad mensem martii [1364].

Circa hos dies[4] Barnabos reconciliatus fuit Ecclesie [3 martii 1364].

Obiit etiam dominus cardinalis Petragoricensis, Avinione, anno Domini MCCCLXIIIJ, januarii die XVIJ[5].

Dominus Johannes [rex[6]] Francie predictus, reversus in Anglia, obiit [8 aprilis 1364], et fuerunt ejus exequie in capella pape celebrate die martis, maii VIJ[7].

De mense maii intraverunt ambaxiatores Romanorum, supplicantes pape ut ad Urbem se transferret.

Die XVIIIJ maii[8], dominica sancte Trinitatis, coronatus fuit Remis in regem Karolus, primogenitus domini Johannis regis Francie supradicti, defuncti.

Die XJ julii, dominus papa ivit ad pontem Sorgie, et modicum stetit, reversus[9] Avinionem[10] die XVJ, Carpentorato et aliis locis quibusdam de comitatu Venaysini visitatis.

Hic fecit processus contra societates in regno Francie existentes, concedens euntibus contra eas[11] plenam indulgentiam in mortis articulo [1364].

Circa finem hujus mensis [julii] magne locuste[12] turmatim in tanta multitudine videbantur volare in aere, ut sole lucente umbram facerent super terram, nocte campos, germinata depascendo, cooperiebant, de quo multi multa presagiebant; sed finaliter evanuerunt.

Anno Domini MCCCLXV, anno vero domini pape scilicet pontificatus tertio[13], die XXIIJ maii, Karolus IV, imperator romanus[14],

1. de Avinione, *omis par B.* — 2. conglutinata, *B.* — 3. me tunc... transeuntibus, *passage omis par B.* — 4. Hiis diebus, *B.* — 5. anno Domini MCCCLXIIIJ, die XVIJ januarii, *unis par B au paragraphe suivant.* — 6. *omis par A.* — 7. VIJ maii, *B.* — 8. Die XIX ejusdem mensis, et, *B.* — 9. *omis par B, Bal.* — 10. Avinioni, *Bal.* — 11. eos, *A.* — 12. languste, *B, Bal.* — 13. pontificatus vero domini nostri pape tertio, et *au lieu de* anno vero domini pape scilicet pontificatus tertio, *B, Bal.* — 14. Romanorum, *B, Bal.*

venit Avinionem ad papam cum magna comitiva, et in [1] imperialibus insigniis intrando, a domino papa et cardinalibus cum gaudio et honore receptus. Qui quidem, visitata civitate Arelatensi, antiqua sede regni sui, reversus est Pragam, recedens de Avinione die lune, secunda mensis junii.

Eodem anno [2] Radulphus [3] dux Austrie, habens filiam Barnabonis in uxorem, Mediolani moritur [27 julii 1365].

Hoc tempore magna pestilentia fuit Colonie, tanta quod infra quatuor menses obierunt XXIJ millia hominum. Fuit etiam in Marchia Anconitana, et aliis diversis provinciis.

Eodem anno, die xj [4] octobris [1365], capta fuit Alexandria per Petrum, regem Cipri; sed eam non fuit ausus tenere, dubitans de inimicis Christi, predamque faciens et ignem immittens, eam dimisit.

Eodem anno et mense [octobri 1365], dominus papa existens in Massilia consecravit majus altare Sancti Victoris in monasterio Massiliensi [5]. Die xxiiij dicti mensis reversus est Avinionem, et in [6] die sequenti intraverunt ambaxiatores Romanorum.

Anno pontificatus domini pape quarto [1365], de [7] mense novembris, dominus papa cupiens [8] ut societates, quarum capitaneus erat Bertrandus de Claquino [9], exirent de regno Francie, multam pecuniam promisit eisdem, pro quibus solvendis decimas indixit [10] in Francia [23 novembris].

Anno Domini MCCCLXVJ, anno [11] domini pape quarto, Henricus comes Transtamare, frater naturalis Petri regis [12] Castelle, fretus auxilio dicti [13] domini Bertrandi et societatum suarum, intravit regnum Castelle, et coronam regni suscepit de manu episcopi Burgensis [5 aprilis], vivente adhuc rege Petro, de cujus sevitia et mala vita horribilia dicebantur. Et postea cepit Ispalim, et per consequens [14] totam Yspaniam obtinuit, predicto rege Petro interfecto per eumdem Henricum [1369].

Hoc tempore [19 junii 1369], Philippus, frater regis Francie, duxit uxorem filiam Ludovici comitis Flandrie [15], relictam ducis Burgundie, et eumdem ducatum obtinuit cum ipsa domina.

1. cum, *B, Bal.* — 2. *omis par B.* — 3. Rodulfus, *B, Bal.* — 4. *lege* 10. — 5. altare, in monasterio Sancti Victoris Massiliensis, *B, Bal.* — 6. *omis par B, Bal.* — 7. *omis par B, Bal.* — 8. *omis par B, Bal.* — 9. Cliquino, *B, Bal.* — 10. induxit, *B.* — 11. Eodem anno, pontificatus domini pape IIIJ, *B, Bal.* — 12. regis Petri, *B, Bal.* — 13. *omis par B, Bal.* — 14. consequenter *au lieu de* per consequens, *Bal.* — 15. viduam, *ajouté par B, Bal.*

Eodem anno, de [1] mense junii, dominus papa concessit regi Ungarie predicationem crucis contra Turchos.

Die VJ [augusti [2]], admiratus [3] Cipri banderiam qua [4] capta fuit Alexandria [5] domino pape presentavit, Avinione.

Circa idem tempus [15 augusti 1366], Amadeus [6] comes Sabaudie cepit Gallipolim de manibus Thurcorum, et tradidit [7] imperatori Grecorum, cujus consanguineus erat.

Eodem anno [1366], de mense septembris [18], dominus papa creavit tres cardinales, videlicet fratrem suum, et alios duos, episcopum Massiliensem, Predicatorum, et ministrum generalem ordinum [8] Minorum, qui erat de civitate Viterbiensi, ubi post mortuus fuit.

Eodem anno, die XVIJ octobris, moritur dominus Guillelmus de Grisaco, miles grandevus [9], genitor domini pape.

Hoc mense [21 octobris 1366], decime fuerunt indicte [10] per Alamaniam in subsidium [11] domini imperatoris ituri cum [12] papa in Ytaliam.

Anno Domini MCCCLXVIJ et die VIJ januarii, dominus papa ivit apud Montempessulanum, ubi cum gaudio et honore receptus consecravit monasterium novum per eum [13] fundatum, et de [14] mense martii reversus est Avinionem.

Eodem anno [1367], die ultima [30] aprilis, dominus papa recessit de Avinione versus Ytaliam, pergens Massiliam, ubi modicum stetit, et ubi, in presentia quinque cardinalium, ceteris Avinione morantibus, cardinalem de Agrifolio fecit. Et post intrans mare, eundo versus Ytaliam, die XXIIJ maii, que fuit dies dominica ante Ascensionem Domini, intravit Januam, cum magna sollempnitate et letitia populi receptus, ibique mansit usque ad diem veneris [28 maii]. Et relicto ibi fratre Marcho cardinali, ordinis Minorum, predicto, tractaturo pacem inter dominos Barnabonem et Galeam [15] de Mediolano cum civibus Januensibus dissidentes, cepit navigare; ita quod die quarta [16] junii, que fuit dies veneris ante Pentheosten, intravit Cornetum; ubi mansit usque ad diem Pentheosten [6] inclusive, qua die celebravit in ecclesia [17] Minorum.

1. in, *B*, *Bal.* — 2. *omis par A.* — 3. regis, *ajouté par B*, *Bal.* — 4. que, *Bal.* — 5. Alexandrie, *Bal.* — 6. Amodeus, *B;* Amedeus, *Bal.* — 7. reddidit, *B*, *Bal.* — 8. Minorum ordinum, *B*, *Bal.* — 9. grandevus miles, *B*, *Bal.* — 10. fuerunt indicte decime, *B*, *Bal.* — 11. subcidium, *A.* — 12. domino, *ajouté par B*, *Bal.* — 13. eumdem, *B*, *Bal.* — 14. sequenti, *B*, *Bal.* — 15. Galeacium, *Bal.;* Galiam, *B.* — 16. tertia, *Bal.* — 17. fratrum, *ajouté par B*, *Bal.*

Et die VIIIJ dicti mensis, intravit Viterbium, cum magna jocunditate populi receptus, in rocha constituta pro Ecclesia per dominum Egidium episcopum Sabinensem, legatum Ecclesie [1] valentem, qui terras Ecclesie quasi ex toto perditas recuperavit; qui die XXIIIJ [2] augusti obiit, sepultus in Assisio in ecclesia Sancti Francisci.

Eodem anno [1367], de [3] mense [5] septembris, orto rumore inter cives Viterbienses et familiares aliquorum cardinalium, sex [4] de civibus et quatuor de familiaribus mortui sunt; et facta fuit justitia de civibus aliquibus, ita quod decem fuerunt suspensi ante domos suas.

Eodem mense [septembri 1367], Ambrosius [5] filius Barnabonis de Mediolano predicti, qui cum magna societate armatorum [6] intravit regnum Apulie, per dominum Gometium [7] militem, nepotem dicti legati, missum per dominum papam contra dictam societatem, fuit in bello devictus, ipso capto, et suis omnibus vel captis vel interfectis.

Eodem anno [1367], die VIJ octobris, venerunt Viterbium Amedeus [8] comes Sabaudie, et patriarcha Constantinopolitanus, et cum eis octo ambaxiatores imperatoris Constantinopolitani, promittentes redire [9] ad Ecclesie unitatem.

Die sabbati XVJ dicti [10] mensis, dominus papa intravit Urbem cum indicibili letitia Romanorum receptus; ubi dominus marchio Estensis, qui destraverat dominum papam, in [11] platea Sancti Petri fecit duodecim milites, domino papa tunc gradus Sancti Petri ascendente. Die lune sequenti [18 octobris], visitavit ecclesiam Lateranensem. Die dominica [31 octobris], que fuit vigilia Omnium Sanctorum, celebravit in altari sancti Petri, in quo a tempore [12] Bonifacii [13] VIIJ non fuerat celebratum.

Hoc tempore, dominus cardinalis [Albanensis [14]], frater pape, factus fuit vicarius in terris Ecclesie [15 novembris 1367], et ivit Bononiam, ibi moraturus.

Anno Domini MCCCLXVIIJ, die V januarii, luna eclipsata est quasi media [15], circa tertiam horam noctis.

1. *omis par B, Bal.* — 2. *lege* XXII. — 3. anno, de, *omis par B, Bal.* — 4. *omis par B, Bal.* — 5. *omis par B, Bal.* — 6. gentium armorum, *B. Bal.* — 7. Guillelmum, *Bal.*; Guillermum, *B.* — 8. Asmodeus, *B.* — 9. reddire. *A.* — 10. predicti, *Bal.* — 11. *omis par B, Bal.* — 12. a tempore, *omis par B.* — 13. quo a Bonifacio, *Bal.* — 14. *omis par A.* — 15. *omis par B, Bal.*

Die I martii, dominus papa ivit Lateranum, et sequenti die capita apostolorum, que pluribus annis in conclavi retenta fuerant, ostensa [1] fuerunt populo innumerabili, quibus dominus papa fecit fieri thecas pretiosas de argento et gemmis, et ea in ipsis reponi fecit.

Hoc tempore, Petrus rex Cipri [2] venit Romam, et domina Johanna regina Sicilie [3] dominum papam visitavit, et habuit rosam de manu pape, tanquam nobilior, dominica qua cantatur *Letare Jherusalem* [4] [19 martii 1368].

Circa finem mensis aprilis, visa est cometa in occidente, comas ad meridiem protendens, quam secuta est caristia, anno sequenti.

Eodem anno [1368], de [5] mense maii, dominus papa ivit ad Montemflasconem, moraturus ibidem de estate.

Hoc tempore [1368], dominus Karolus imperator predictus, cum multis armatis [6] intrans Ytaliam, obsedit Veronam, quam non cepit.

Eodem anno, die V julii, dominus papa Montemflasconem, qui antea erat Balneoregensis dyocesis, in civitatem erexit, ponens ibi episcopum; mense cujus redditus [7] deputavit.

Eodem anno, de mense augusti, dominus papa declaravit canonizandum sanctum Alziasium [8], olim comitem Ariani, cujus corpus est in civitate Aptensi in Provincia, et claret miraculis multis.

Die IJ septembris, Viterbii, combusti sunt duo fratres Minores, propter heresim.

Die XXIJ dicti mensis, creavit octo cardinales, inter quos prior basilice Sancti Petri fuit unus.

Die VIIIJ octobris, rediturus [9] ad Urbem recessit de Montefiascone et intravit Viterbium, ubi imperator exiens de civitate Senensi venit ad papam die [10] XVIJ dicti mensis; et sequenti die iter arripiens precessit papam ad Urbem, cum gaudio et honore receptus per Romanos.

Die sabbati XXJ dicti mensis [octobris], dominus papa venit Romam; quem idem imperator, vice stratoris, addextravit a porta Col[l]ina [11], que est prope castrum Sancti Angeli, usque

1. fuerant, ostensa, *omis par B;* fuerunt [ostensa sunt], *Bal.* — 2. rex Chipri Petrus, *B*, *Bal.* — 3. Cicilie, *A.* — 4. dominica qua cantatur *Letare Jherusalem, unis à tort par Bal. au paragraphe suivant.* — 5. in, *B*, *Bal.* — 6. armorum gentibus, *B*, *Bal.* — 7. redditum, *B*, *Bal.* — 8. Alziacium, *B;* Alziarium, *Bal.* — 9. redditurus, *A*, *B.* — 10. papam. Die, *Bal.* — 11. Colonia, *A.*

ad basilicam Sancti Petri, pedester [1] eundo et tenendo frenum equi. Deinde, descendente domino papa [2], idem imperator ipsum deduxit usque ad altare. Mansitque in Urbe, infra canonicam habitando, expectans adventum domine imperatricis, uxoris sue, que venit Romam die XXVIIIJ dicti mensis cum decenti comitiva. Et die I novembris, domino papa celebrante in altari sancti Petri, dominus Ostiensis cardinalis inunxit eam, et idem dominus papa imposuit sibi dyadema. Ac comitantibus eam duobus episcopis cardinalibus, post prandium ad Lateranum coronata perrexit, in letitia gentis que eam sequebatur; et dominus imperator eodem die fecit milites.

In die sancti Clementis [23 novembris 1368], domina imperatrix recessit de Urbe, recepto congerio a domino papa. Die XVJ decembris, dominus imperator recessit de Urbe [3].

Hoc tempore imponitur sexagesima [4] omnibus monasteriis sub regula sancti Benedicti viventibus, pro reparatione monasterii Cassinensis de terre motu olim lapsi [5].

Hoc tempore dominus papa fecit reparare ecclesias multas [6] in Urbe, specialiter ecclesiam Sancti Johannis de Laterano, et ecclesiam Sancti Pauli.

Anno Domini MCCCLXVIIIJ, die dominica XV aprilis, ascripsit sanctorum cathalogo sanctum Alziasium [7] predictum, statuens ejus festum celebrandum XX die septembris.

Hoc anno [17 januarii 1369] supradictus rex Cipri per nobiles regni sui fuit interfectus [8].

Eodem anno et die XVIIJ dicti mensis [aprilis 1369], recessit de [9] Urbe dominus papa, eundo versus Viterbium.

Hoc tempore [1368] Perusini ceperunt movere guerram contra Ecclesiam [10].

Die I julii [1369], venerunt archiepiscopus Tharsensis [11] et alii ambaxiatores Armenorum, petentes a domino papa auxilium contra Sarracenos. Fuerunt etiam ambaxiatores [12] Januensium et Venetorum, qui concordes in liga contra soldanum obtinuerunt indulgentiam absolutionis pro transfretantibus [13] ad impugnandum Sarracenos.

1. pedestris, *Bal.* — 2. descendendo dominus papa, *B*, *Bal.* — 3. recepto congerio... de Urbe, *omis par B*, *Bal.* — 4. decima, *Bal.* — 5. collapsi, *B*, *Bal.* — 6. multas ecclesias, *B*, *Bal.* — 7. Alziacium, *B;* Alziarium, *Bal.* — 8. Hoc anno... interfectus, *phrase placée avant la précédente par B*, *Bal.* — 9. ab, *B*, *Bal.* — 10. guerram Ecclesie, *B*, *Bal.* — 11. Tresensis, *B.* — 12. Armenorum, petentes... ambaxiatores, *omis par Bal.* — 13. transfretando, *Bal.;* transferentibus, *B.*

Eodem anno [1369], die VIIJ augusti, dominus papa publicari fecit processus contra Perusinos. Et eodem die recessit de Monteflascone, ubi fuerat de estate, et ivit Viterbium. Et [1] stante ibidem et [2] vidente de rocha, exercitus Perusinorum intravit Patrimonium manu hostili. Et Johannes Acuti, miles Anglicus, ductor exercitus, venit ante Viterbium, et inde recessit cum exercitu quasi statim, cremando ligna [3] civium Viterbiensium, pergens versus Montem altum; ubi in suburbiis, aliquibus diebus mansit; contra quos pugnantibus dominus papa concessit indulgentiam.

Hoc tempore, monasterium Cassinense de ecclesia cathedrali reduxit in abbatiam [31 martii 1367].

Hoc etiam tempore [4] [1369], Viterbii fuit mortalitas transmontanorum, in qua mortui fuerunt quinque vel sex cardinales.

Eodem anno [1369], die XIIJ octobris, dominus papa venit ad Urbem, ubi jam dominus imperator Grecorum, nomine Johannes Paleologus, expectabat eum; qui in die sancti Luche [18 octobris], in domo Sancti Spiritus de Urbe, professionem [5] fecit in presentia quinque cardinalium et duorum prothonotariorum, et juravit se perpetuo servaturum. Postea suscripsit manu propria cum sanguine conchilii et bulla aurea sigillavit cartam scriptam grece et latine, repositam in archiviis Ecclesie. Et deinde, dominica XXJ dicti mensis, dominus papa veniens ad gradus Sancti Petri, eumdem imperatorem obvium ascendentem [6] excepit; et simul euntes ad ecclesiam, dominus papa in ejus presentia celebravit.

Hoc tempore, [7] Karolus de Duratio cum [8] Margarita matrimonium contraxit.

[9] De mense januarii [1369], renovatum fuit altare [10] Lateranensis ecclesie, super cujus [11] ciborium in cacumine [12] locata sunt capita apostolorum per dominum cardinalem Bellifortis, qui postea factus est papa, in duabus statuis argenteis quas papa, ut est dictum, fecit fieri.

Hoc tempore concessa est ecclesia Sancte Crucis in Jherusalem de Urbe fratribus Cartusiensibus [20 januarii 1370].

1. *omis par B, Bal.* — 2. ut, *B.* — 3. vineas, *correction postérieure dans B et reproduite par Bal.* — 4. Similiter hoc tempore, *B, Bal.* — 5. processionem, *A; une main postérieure a corrigé* processionem *en* professionem *dans B.* — 6. assendentem, *B.* — 7. dominus, *ajouté par B, Bal.* — 8. domina, *ajouté par B, Bal.* — 9. Anno Domini MCCCLXX, *ajoutés par B;* Anno Domini MCCCLXIX, *ajoutés par Bal.* — 10. altaris, *Bal.* — 11. super cujus, *omis par B.* — 12. ecclesie ciborium; in [cujus] cacumine, *Bal.*

Eodem anno, de mense martii [1370], recessit dictus imperator Grecorum cum quatuor galeis, cum quibus venerat. Tunc de novo prefectus Urbis movere fecit [1] guerram contra Ecclesiam.

Die lune, crastino Pasche, xv aprilis [1370], facta processione [2] per clerum Romanum de mandato domini pape a Sancto Petro usque ad Lateranum, portate fuerunt ibidemque reposite [3] statue argentee supradicte, date, una cum capitibus apostolorum Petri et Pauli, positis infra ecclesiam Lateranensem, per eumdem dominum papam.

Die mercurii sequenti [17 aprilis 1370], dominus papa recessit [4] de Roma, et venit ad Montemflasconem, [in] crastinum [5] sancti Marchi [6] envangeliste [26 aprilis].

Hoc tempore [22 aprilis 1370] exercitus Ecclesie obsedit Vetrellam [7], locum dicti prefecti; qui postea fuit reconsiliatus [8] per dominum papam, et venit ad eum apud Montemflasconem [maio 1370].

De mense maii [1370], dominus papa, rediturus [9] Avinionem, indixit vacationes a principio junii usque ad [10] octobrem, et tunc privavit plures scriptores qui eum non fuerant secuti in Ytaliam.

Die ultima [31] mensis maii [1370], dominus cardinalis Jherosolimitanus factus est Sabinensis episcopus.

Die veneris VIJ [11] junii [1370], fecit duos cardinales, Petrum episcopum Florentinum, et Petrum de Stagno archiepiscopum Bituricensem. Qui Bituricensis fuit factus vicarius, et antea fuit [12] missus pro Ecclesia romana contra Perusinos in ducatu Spoletano [13].

De mense julii eodem anno [1370], fuit apud [14] Sedem apostolicam domina Brigida [15] de regno Swecie [16], petens confirmari regulam sibi revelatam a Deo, secundum quam volebat vivere moniales et fratres in monasterio a se fundato in dicto regno, in loco de Vaztena [17], et obtinuit quod secundum regulam sancti Augustini viverent. Hec domina a [18] pueritia revelationes divinas habuit, et claruit miraculis [19] in vita et post mortem.

Eodem anno [1370], die XXVJ augusti, dominus papa recessit de Monteflascone, iturus versus Avinionem, manens Corneti usque

1. cepit, *B*, *Bal.* — 2. prossessione, *B.* — 3. portare fecit, fuerunt ibidem reposite, *B*, *Bal.* — 4. rescessit, *B.* — 5. crastino, *Bal.* — 6. sancti Marchi crastinum, *A.* — 7. *lege* Vetrallam; Vetrallum, *B*, *Bal.* — 8. *lege* reconciliatus. — 9. redditurus, *A*, *B.* — 10. VJ octobris, *au lieu de* ad, *B*, *Bal.* — 11. VI *(sic)*, *Bal.* — 12. erat, *B*, *Bal.* — 13. Spolatensi, *B*, *Bal.* — 14. *omis par B.* — 15. Brigidia, *B.* — 16. Succie, *B*, *Bal.* — 17. Ventena, *B*, *Bal.* — 18. de, *B*, *Bal.* — 19. *omis par B*, *Bal.*

ad diem v septembris; tuncque intravit mare, et applicuit Massiliam die XXVJ [1] dicti mensis, et post ivit Avinionem.

Post ejus recessum, Perusini pacem facientes se dederunt Ecclesie, et per sindicos suos missos Bononiam ad dominum legatum, fratrem domini pape, recognoverunt civitatem et districtum [2] eorum ad Ecclesiam romanam pertinuisse ab antiquo et pertinere. Tuncque est pax pronuntiata [3], et dominus Bituricensis, vicarius, intravit Perusim [4] et possessionem recepit pro Ecclesia; cepitque edificare citadellam. Eoque, post recessum domini Albanensis de Bononia, eunte Bononiam, mittitur dominus Philippus Jherosolimitanus, cardinalis Sabinensis, per dominum Gregorium papam XJ, qui operi cepto finem imposuisset, nisi quod morte preventus fuit ibidem. Et post eum missus fuit dominus Geraldus [5], abbas Majoris Monasterii prope Turonis, qui, cum opus ceptum quasi complevisset [6], Perusinis rebellantibus expulsus aufugit, ut infra dicetur.

Eodem anno [1370], de mense novembris, dominus papa existens in [7] Avinione [8], infirmitate arreptus portari se fecit de palatio apostolico ad domum fratris sui cardinalis Albanensis, adhuc commorantis Bononie, ubi die XVIIIJ [9] decembris [10] migravit ad Dominum. Et corpus ejus locatum [est] in capella pape Johannis XXIJ, que est in ecclesia Beate Marie de Dompnis; ibique mansit usque ad ultimam diem [11] maii anni sequentis, ubi Deus multa miracula operatur pro illis qui ipsum devote invocant [12]. Et [13] dicta die ejus ossa [14] translata fuerunt cum innumerabili multitudine gentium laudantium Deum in omnibus que de ipso audierant, ad monasterium Sancti Victoris Massiliensis, cujus pridem abbas fuerat.

Per quem Deus multa miracula facit, ut testantur infinite ymagines ceree appense ante sepulchrum et quasi per totam ecclesiam dicti monasterii, ap[p]ortate per liberatos a diversis periculis et infirmitatibus ad invocationem nominis ejus. Vix est ecclesia in mundo in locis solempnibus, quin sit ymago ejus depicta et cum vigiliis et oblationibus honorata. Sedit autem in papatu annis VIIJ, mense J, diebus XVIJ. Vacavit Sedes diebus XIIJ.

1. *lege* XVI. — 2. districtus, *Bal.* — 3. pronuntiata est pax, *B.* — 4. Perusium, *B*, *Bal.* — 5. Giraldus, *B.* — 6. complevit, *A*, *B.* — 7. *omis par B.* — 8. exiens Avinione, *Bal.* — 9. XX, *B*, *Bal.* — 10. anno Domini MCCCLXX, *ajoutés par B*, *Bal.* — 11. *omis par A.* — 12. invocant devote, *B*, *Bal.* — 13. de, *ajouté par B*, *Bal.* — 14. ossa ejus, *B. Bal.*

TERTIA VITA

URBANI V

EX CONTINUATORE WERNERI

CANONICI BUNNENSIS

Peractis exequiis domini Innocentii more solito VIIIJ diebus, die decima, cardinales numero viginti intraverunt conclave, die videlicet beati Mauritii [22 septembris 1362]. Et, cum inter se concordare non possent, in dominum Guillelmum Grimoaldi [1], tunc abbatem Sancti Victoris Massiliensis, absentem, in regno Sicilie nuntium Sedis apostolice, vota sua major et sanior pars direxit [28 septembris 1362]. Qui, decreto electionis recepto, in vigilia Omnium Sanctorum [31 octobris 1362] reversus est Avinionem.

Interim vero quod cardinales erant in conclavi, prelati quolibet die missas celebrabant et sermones faciebant, rogando Deum pro felici et celeri [2] pontificis provisione quodam speciali [3] officio misse ad hoc ordinato, quod incipit : *Suscitabo michi* [4] *sacerdotem fidelem*, etc. Die vero XXVIJ [octobris 1362], cum dominus Guillelmus, papa futurus, applicuisset Massiliam, eodem die misit dominis cardinalibus consensum electionis de se facte. Tanta vero fuit inundatio Rodani et Durance [5] quod usque ad fossata pertingeret civitatis et dominus papa intrare non potuit usque in vigilia Omnium Sanctorum; tuncque intronizatus fuit. Et facta insinuatione ad

1. Gramaldi, *C.* — 2. celebri *(sic)*, *A*, *D; le* b *a été rayé postérieuremen t dans B et C.* — 3. *omis par B.* — 4. in, *D.* — 5. Durence, *D.*

Désignation des manuscrits employés :

A = Bibliothèque nationale de Paris, ms. latin *16553*, fol. 123 v°-124 v°.
B = Bibliothèque nationale de Paris, *Baluze 56*, fol. 74 v°-75 v°.
C = Bibliothèque Ambrosienne, *I. 84, sup.*, fol. 85 r°-86 r°.
D = Bibliothèque Vaticane, *Vaticanus 3765*, fol. 84 r°-85 r°.

populum quod Urbanus V vocaretur, mox ab omnibus cantatum fuit *Te Deum laudamus.*

Die quoque dominica sequenti [6 novembris 1362], videlicet in festo sancti Leonardi, post festum Omnium Sanctorum, fuit in palatio apostolico coronatus per dominum Magalonensem, qui tunc fuit Ostiensis episcopus. Sed post coronationem non equitavit per villam, ut moris est, licet omnia parata fuissent, fastum vitans, prout dicebatur.

Hoc tempore rex Anglie quasi totam Aquitaniam [1] recuperavit de manibus regis Francie, videlicet Johannis supradicti. Idemque rex, mensis hujus die xx [novembris 1362], intravit curiam, et mane pransus cum domino papa, moram traxit apud Villamnovam, in domo quam dominus Clemens [VI] inhabitare consuevit. Eoque presente, et tota frequentia curie, corpus domini Innocentii [VI] fuit portatum ad monasterium Cartusiense, ibique tumulatum in die sancte Cecilie [2] [22 novembris 1362].

Circa hec tempora [5 decembris 1362], comes Fuxi cepit comitem Armeniaci cum multis nobilibus, pluribus interfectis.

Mensis hujus die xxviij [novembris 1362], dominus papa citari fecit coram se dominum Bernabonem, termino sibi [3] prefixo ad primam diem martii, ad audiendam sententiam condempnationis, quod esset [4] hereticus.

In die sancti Nycholai [6 decembris 1362], fuit duellum inter duos milites ultra pontem Rodani, in presentia regis Francie et plurium nobilium, neutro tamen interfecto.

Die lune, xij decembris [1362], dominus papa providit ecclesie Avinionensi de persona fratris sui, nomine Anglici, canonici regularis in monasterio [5] Sancti Rufli prope Valentiam; que vacaverat temporibus duorum pontificum, predecessorum suorum. Fecit etiam dominum Vabrensem, qui dyaconus cardinalis creatus fuerat [6] per dominum Innocentium et penitentiarius summus, presbiterum cardinalem [6 decembris 1362].

Januarii [1363] die viij, dominus papa sacram generalem celebrans, fratrem suum predictum consecravit episcopum, cum aliis tam abbatibus quam prelatis XXVIJ.

Die xxvj [7] mensis [8] februarii [1363], rex Dacie intravit curiam.

1. Angliam *(sic)*, *C.* — 2. Secilie, *A.* — 3. *omis par B.* — 4. erat, *B.* — 5. monte *(sic)*, *B.* — 6. fuerat creatus, *B.* — 7. xxvij, *B.* — 8. *omis par B, C, D.*

Martii die tertia [1363], in concistorio publico declaratus fuit hereticus dominus Bernabos [1] Mediolanensis; et non longe post perdidit conflictum prope Bononiam [6 aprilis].

Mensis hujus [martii 1363] die v [2] fuit eclipsis solis, hora none [3], quasi duabus horis.

Ejusdem mensis [martii] die mercurii xxviiij [4], dominus [5] Petrus, rex Cipri, intravit curiam, et in die veneris sancta [31 martii 1363] cruce signatus est [6] per dominum papam, una cum filio regis et multis nobilibus contra Turcos.

Aprilis die xiiij [1363], papa predicavit crucem contra Turcos, ordinans passagium generale, cujus capitaneum constituit Johannem regem Francie, tunc presentem, qui ibidem [7] juravit passagium facere a martio preterito ad duos annos.

Anno Domini MCCCLXIIJ predicto, missus fuit in Ytaliam dominus Cluniacensis cardinalis.

Maii die nona, recessit rex Francie, et nocte sequenti obiit dominus cardinalis Magalonensis.

Maii die ultima [31 maii], recessit rex Cipri de Avinione, iturus ad principes mundi eosque ad passagium inducturus.

Hoc anno [1363] fuit pestilentia gravissima [8] quasi per omnes partes mundi; et circa festum sancte Lucie [13 decembris] cepit gelu fortissimum, ita ut omnia flumina congelata essent [9], me tunc Leodii morante et Mosam sepius transeunte, et duravit usque ad mensem martii [1364].

Circa hos dies [3 martii 1364], dominus Bernabos [10] reconciliatus fuit Ecclesie.

Obiit dominus Petragoricensis cardinalis Avinione, anno [11] Domini MCCCLXIIIJ, mensis [12] januarii die xvij.

Dominus Johannes, rex Francorum [13], reversus ad captivitatem in Anglia, obiit [8 aprilis 1364]; et fuerunt ejus exequie in capella pape celebrate die martis, vij maii [14].

Maii die iij [1364], reversus fui Avinionem, prosecuturus litem contra capitulum Bunnense, eo quod me a fructibus prebende mee suspenderunt.

1. Barnabas, *A*; Barnabos, *C*. — 2. iv, *C*, *D*. — 3. nona, *C*; nonas, *B*. — 4. xxx, *B*. — 5. dictus, *A*, *B*. — 6. et *(sic)*, *C*. — 7. ibi, *B*. — 8. fecit pestilentiam gravissimam, *A*. — 9. fuissent, *B*. — 10. Barnabas, *B*, *C*. — 11. anno Domini... die xvij, *passage uni par B et C au paragraphe suivant*. — 12. mense, *C*. — 13. Francie, *D*. — 14. *omis par B*.

Hoc mense intraverunt ambassiatores Romanorum, supplicantes pape ut ad Urbem se transferret.

Dominus Engelbertus, Leodiensis episcopus, hoc tempore transfertur ad ecclesiam Coloniensem [15 aprilis 1364.]

Die XVIIIJ maii [1364], dominica Trinitatis, coronatus fuit in regem Karolus, primogenitus domini Johannis regis Francie supradicti, defuncti.

QUARTA VITA

URBANI V

EX CONTINUATORE WERNERI

CANONICI BUNNENSIS, DESUMPTA

Peractis exequiis domini Innocentii more solito IX diebus, die decima, cardinales numero viginti intrant conclave, die videlicet beati Mauritii [22 septembris 1362]. Et, cum inter se concordare non possent, [in] dominum Guillelmum Grimoardi, tunc abbatem Sancti Victoris Massiliensis, absentem, nuncium in regno Sicilie Sedis apostolice, vota sua sanior et major pars direxit. Qui, decreto electionis recepto, in vigilia Omnium Sanctorum [31 octobris 1362], reversus est Avinionem.

Interim vero quod cardinales erant in conclavi, prelati qualibet die missas celebrababant et sermones faciebant, rogando Deum pro celeri et felici[1] pontificis provisione, quodam speciali officio misse ad hoc ordinato, quod incipit : *Suscitabo michi sacerdotem fidelem*, etc. Die vero XXVIIJ [octobris 1362], cum dominus Guillelmus, papa futurus, applicuisset Massiliam, misit dominis cardinalibus adhuc in conclavi existentibus consensum electionis de se facte. Tanta vero fuit inundatio Rodani et Durentie quod usque ad fossata pertingerent civitatis, et dominus papa intrare non potuit usque ad vigiliam Omnium Sanctorum; tuncque intronizatus fuit. Et facta insinuatione ad populum quod Urbanus V vocaretur, mox ab omnibus cantatum fuit : *Te Deum laudamus.*

1. felicis, *ms.*

D'après la copie d'un manuscrit du chapitre cathédral de Bordeaux prise par André Duchesne; Bibliothèque nationale de Paris, *Baluze 56*, fol. 79 v°-81 r°.

Die dominica sequenti [6 novembris 1362] post festum Omnium Sanctorum, fuit in palatio apostolico coronatus per dominum Magalonensem, qui tunc fuit Ostiensis. Sed post coronationem non equitavit per villam, ut moris est, licet omnia parata fuissent : fastum vitans, prout dicebatur.

Hoc tempore rex Anglie quasi totam Aquitaniam recuperavit de manibus regis Francie, videlicet Johannis supradicti. Idem rex, mensis hujus [novembris 1362] die xx, intravit curiam, et mane pransus cum domino papa, moram traxit apud Villamnovam, in domo quam olim dominus Clemens [VJ] inhabitare consuevit. Eoque presente et tota frequentia curie, corpus domini Innocentii [VJ] fuit portatum ad monasterium Carthusiense, ibique tumulatum in die sancte Cecilie [22 novembris 1362].

Circa hec tempora [5 decembris 1362], comes Fuxi cepit comitem Armeniaci cum multis nobilibus, et pluribus interfectis.

Mensis hujus [novembris 1362] [die] xxviij, papa citari fecit coram se dominum Barnabonem, termino sibi prefixo ad primam diem martii [1363], ad audiendam sententiam condemnationis, quod esset hereticus; et per alias litteras mandavit citationes publicari per prelatos, sub alia data. Item fertur sententia contra eum in termino, et contra ad partem conceditur contra eum. Item proceditur contra communicantes, item contra faventes eidem. Demum lapso termino, mandatur inquiri contra inobedientes premissis, et iterum datur contumacia contra omnes, per alias litteras.

In die sancti Nicolai, fuit duellum inter duos milites ultra pontem Rodani, in presentia regis Francie et plurium nobilium, nullo tamen interfecto [6 decembris 1362].

Die lune, decembris xij [1362], dominus papa providit ecclesie Avinionensi de persona fratris sui Anglici, canonici regularis in monasterio Sancti Ruffi prope Valentiam; que vacaverat temporibus duorum pontificum, suorum predecessorum. Fecit etiam dominum Vabrensem, qui diaconus cardinalis creatus fuerat per dominum Innocentium [VJ] et penitentiarius summus, presbyterum cardinalem [6 decembris 1362].

Januarii [1363] die viij, dominus papa sacram generalem[1] celebrans, fratrem suum predictum consecravit episcopum, cum aliis tam abbatibus quam prelatis XXVIIJ.

1. generalia, *ms.*

Die XXVJ februarii [1363], rex Dacie intravit curiam.

Martii [1363] die IIJ, in consistorio publico declaratus fuit hereticus dominus Barnabos Mediolanensis; et non longe post conflictum habuit et bellum perdidit prope Bononiam [6 aprilis 1363].

Mensis hujus [martii 1363] die IIIJ, fuit eclypsis solis, hora none, quasi duabus horis.

Ejusdem mensis [martii] die mercurii XXIX, dominus Petrus rex Cypri intravit curiam. Die veneris sancta [31 martii 1363] crucesignatus est per dominum papam, una cum filio regis et multis nobilibus contra Turcos, ordinans passagium generale cujus capitaneum constituit Johannem regem Francie, tunc presentem, qui ibidem juravit passagium facere a martio preterito ad duos annos.

Anno [MCCC]LXIIJ fuit missus legatus ad Italiam dictus Cluniacensis cardinalis.

Maii die IX, recessit rex Francie, et nocte IJ obiit dominus Magalonensis cardinalis.

Maii die ultima [31], recessit rex Cypri de Avinione, iturus ad principes mundi eosque ad passagium inducturus.

Hoc anno [1363] fuit pestilentia quasi per omnes partes mundi et fuit gravissima; et circa festum sancte Lucie [13 decembris] cepit gelu fortissimum, ita ut omnia flumina congelata essent, et duravit usque ad mensem martii [1364].

Circa hoc tempus [3 martii 1364], Barnabas dominus reconciliatus fuit Ecclesie.

Obiit dominus Petragoricensis cardinalis Avinioni, die XVIJ januarii [1364].

Anno [MCCC]LXIIIJ dominus Joannes, rex Francie, reversus est ad captivitatem in Anglia, ubi obiit [8 aprilis]. Fuerunt ejus exequie in capella pape celebrate die martis, maii VIJ.

Hoc mense intraverunt ambassiatores Romanorum, supplicantes pape ut ad Urbem se transferret.

Die XX [1] [maii] coronatus fuit in regem Francie Karolus, primogenitus dicti Joannis regis Francie defuncti.

Mense julii [1364], ceperunt in partibus Occitanis [2] nasci animalia sine cauda, similia gliribus aut magnis [3] muribus que corche vulgariter dicebantur, blada omnia mirabiliter destruentia. Et paulo post bruchi cum grossis capitibus similes locustarum, in tanta multitudine ab Oriente venerunt ut omnem viriditatem

1. *lege* XIX. — 2. Orientis, *ms. et Bal.* — 3. magis, *Bal.*

usque ad radices vel duras fustes devorantes, terram sterilem [et [1] al]bam relinquerent; et solem quodam modo ad terram descendere impediret nubes multitudinis eorumdem; nulleque carnes porcine tunc essent in usu, sed propter esum bruchorum quasi venenate prohibebantur; ovaque gallinarum, que eis similiter vescebantur, erant omnia rubea ultra modum, et quodam modo similiter venenata. Nec poterant homines prohibere quovis remedio quin per ostia et tecta replerent domos et lectos earum. Hi faciebant foramina in terra [2] que horum semine replebantur. Ex quo pestis desolatoria putebatur [3]. Sed superveniens Favonius, dum volarent [4], eos in mari dejecit.

Idem dominus Urbanus V misit ad imperatorem Constantinopolitanum duos episcopos, ad sciendum an esset firmus in fide jurata per eum Rome in manibus sui predecessoris [eum [5]] omnibus magnatibus et populis suis. Qui respondit ei gratam responsionem, dicens omnes progenitores in fide catholica vixisse et obiisse, et se similiter agere et semper facturum, nihil discrepando a fide romane Ecclesie.

Anno MCCCLXV, Urbanus revocat omnia domanialia regni Sicilie, tam vendita, impignorata et perpetuo donata, quam alias distracta; et mandat restitui [instrumenta] inde confecta, cum gravissimarum penarum illatione. Et hoc fecit motu proprio et ad excusationem regine, in solemnissima forma.

Hoc tempore, vir magnanimus et magne virtutis, Egidius episcopus Sabinensis, apostolice Sedis legatus in terris Ecclesie, missus per Innocentium [6] ad parandum vias ipsi venturo, contra tyrannos occupatores terrarum [7] Ecclesie, mirabiliter triumphavit, eosque subjugavit modis quos in aliis cronicis habes extense; et tandem personaliter venit [augusto 1365] ad Apulie regnum [8]; et egit quod regina dicti regni, tunc potentissima, venit ad eum Aversam, et recepit ab ipsa [9] homagium. Deinde congregavit Neapolim concilium cleri et populorum regni, in quo actum est ut universi magnates in suis manibus fidelitatem jurarent; quod obtinere nequiverunt, cum ad id regi pro tempore tenerentur. Ex quo recessit non bene contentus, licet alios fructus magnos egisset.

1. *omis par Bal.* — 2. terram, *Bal.* — 3. putebatur *est souligné dans le ms.* — 4. velarent, *Bal.* — 5. *omis par Bal.* — 6. *le ms. met* Innocentem *que Baluze a corrigé en* Urbanum. — 7. ipsius, *ajouté par Bal.* — 8. remigium, *ms.* — 9. ipso, ms.

Anno Domini MCCCLXVJ, idem Urbanus publicavit suum accessum ad Urbem et propriam sedem, que diu caruerat gaudio proprii [1] presentis presulis. Et tandem impedimenta Gallie superans tam a fratribus procurata quam a rogantibus adhibita solerter, ultima die [30] aprilis [MCCC]LXVIJ iter arripuit, Avenione relicta, ad dictam Urbem cum LX galeis et pluribus navigiis, adeo quod una maxima [2] civitas ejus stolus videretur. Ipse in propria persona cum galea Antonicorum [3] mirabiliter fabricata, et nobilibus et aliis ornamentis ornata [4], [que [5]] pre omnibus aliis numero singularissima in toto mundo fuit reputata, ad civitatem Hostiensem [6] se deponi fecit. Et quam cito ibi fuit, misit diversos nuntios ad tractandum pacem in Ungaria, Sicilia et Barnabone, cum potestate monendi renitentes ut revocarent gravamina cleri. Sed contra Perusinos publicantur processus facti sub data idus augusti anno VIJ [13 augusti 1369].

Huic nuntiavit devota domina Brigida de Suecia, per Nicolaum comitem Nolanum, quod si recederet, esset insipiens et non perficeret iter suum. Et sic contigit.

Obiit autem XIIIJ kalendas januarii, pontificatus sui IX [19 decembris 1370].

1. *omis par Bal.* — 2. maxime, *ms.* — 3. *lege* Anconitarum. — 4. ornatus, *ms.* — 5. *omis par Bal.* — 6. *lege* Ostiensem.

QUINTA VITA

(TERTIA APUD BALUZIUM)

URBANI V

AUCTORE PETRO DE HERENTHALS

PRIORE FLOREFFIENSI

Urbanus papa V primo fuit abbas ordinis [sancti] Benedicti in civitate Antisiodorensi[1], deinde translatus fuit ad abbatiam Marsilie[2]. Ipsoque apud Lombardiam existente in legatione, defuncto Innocentio papa predicto, cardinales inter se discordantes in conclavi apud Avinionem, tandem mentione[3] inter ipsos facta de dicto Urbano, qui vocabatur Grimoaldus, subito in ipsum direxerunt vota sua atque eum in summum pontificem elegerunt[4]. Hic homo strictus fuit, pompositates odio habens, et maxime sumptuosos status cardinalium quos invenit.

Proposuit ergo ire Romam, sicut et fecit. Nam veniens Marsiliam, dum cardinales recusarent eum sequi, statim ibidem duos cardinales ordinavit[5], asserens quod in capillo capucii sui sufficientes habebat cardinales. Unde cardinales ejus constantiam videntes, suam audaciam prius habitam mutaverunt in timorem, et secuti sunt eum.

Veniens itaque Romam, primo constituit reparari ecclesias romanas. Fertur autem abbas ecclesie Sancti Pauli, Rome[6], dicto

1. Anthiciodorensis, *A*. — 2. Marsalie, *A*. — 3. mentio, *B*, *Bal*. — 4. elegerunt in summum pontificem, *B*, *Bal*. — 5. ordinavit cardinales, *B*, *Bal*. — 6. *omis par A*.

Désignation des manuscrits employés :

A = Bibliothèque royale de Bruxelles, ms. latin *12000*, fol. 146 r°.
B = Bibliothèque nationale de Paris, ms. latin *4931 A*, fol. 229 v°.

pape magnam summam florenorum optulisse[1], ad finem quod ad cardinalatum posset promoveri. Accipiens itaque papa hanc oblationem, de eadem constituit reparari ecclesiam Sancti Pauli, et abbatem in suo statu reliquit, absque promotione. Sicque factum est quod papa de dicti abbatis pecunia fecit quod ipse abbas facere debuit. Hic Rome imperatricem, uxorem videlicet Karoli de Bohemia, coronavit.

Multa bona in Roma fecit, et tandem reversus est Avinionem[2]; et non multum post ibidem diem clausit[3] extremum. Post cujus mortem multa dicuntur evenisse miracula circa ejus[4] corpus, tam in Avinione, ubi obiit, quam in Marsilia[5], ubi ipsum corpus translatum fuit in ecclesia ubi prius fuerat[6] abbas. Sed nondum propter dicta miracula exstat canonizatus, etc.

1. obtulisse, *Bal.* — 2. *omis par B, Bal.* — 3. clausit diem, *B, Bal.* — 4. cujus, *A.* — 5. Marsalia, *A.* — 6. fuit, *A.*

SEXTA VITA

(QUARTA APUD BALUZIUM)

URBANI V

AUCTORE AYMERICO DE PEYRACO

ABBATE MOYSSIACENSI

Urbanus quintus, monachus, felicis recordationis et bone memorie, multa construxit pro Ecclesia et ordine sanctissimi Benedicti, et pulcherrimam domum et ecclesiam et monasterium in Montepessulano fieri fecit. Et audivi ab eis qui dicti operis faciendi erant commissarii deputati, quod in [VII millia] francorum et ultra in opere illo expensa fuerant cum dependentibus subsequtis. Et de maximis donis et jocalibus dotavit[1] dictum locum, et de reliquiis pretiosis. Ubi constituit perpetuo monasterium monachorum tudentium et claustralium. Et dicebatur quod si diu vixisset, piscopatum vel abbatiam erexisset.

Marcilie[2], ubi prefuit abbas in Sancto Victore, multa hedificavit, reparavit et donavit, et inibi quasdam abbatias subjugavit. Muros pulcherrimos et fortes, cum vallatis, Avinionensis civitatis, et quamplurima alia citra montes et ultra sumptuosa construxit, que quasi incredibilia reputantur facta in parvo tempore suo.

Clericos diligebat, et libentissime dignos promovebat; et expensis suis et Ecclesie plures in diversis studiis tenebat. Et pro speciali dilectione, septem pueros, una cum magistro suo in scientia musicali peritissimo, destinavit studio Tholosano, qui in missa majori studii voce dulci [h]armonizarent, atque in aliis facultatibus proficerent

1. ditavit, *Bal.* — 2. Marsilie, *Bal.*

D'après le manuscrit *4991 A* de la Bibliothèque nationale de Paris, fol. 94 v°-98 r°.

et erudirentur. In studiis universis quosdam viros notabiles tenebat in habitu difformato, pro explorandis meritis studentium, et labores quos affectabat dignos nimium promovere. Symonie vitii fuit maximus extirpator[1] et omnium bonorum et virtutum propagator. A cunctis mundi principibus timebatur. Et si diu vixisset, sancta christianitas[2] incrementum habuisset.

E[ra]t magnanimus et valde robustus. Patrem carnalem habebat tempore sui papatus, bonum militem; cui parum dedit et assignavit, dicens quod bona Ecclesie sunt pauperibus dispensanda, et quod genitor suus de propriis suis red[d]itibus antiquis valebat congrue sustentari. Et quando predictus obiit, papa[3] presens fuit, et eidem concessit plenariam indulgentiam peccatorum, et eumdem benedictione papali sanctissima manu propria sanctifficavit et benedixit.

Fuit maximus clericus; et in Montepessulano, ubi specialem gerebat devotionem, legit ordinarie Decreta. Et vocabatur Guillermus Grimohardi, de diocesi Mimatensi in Gavaldano. Et ad ipsius pedum oscula beatorum fere cuncti christiani principes accesserunt, vel excusationes legitimas cum honorabilibus et notabilibus ambassiatoribus transmiserunt. Et in eo[4] refulserunt quasi omnia[5] dona Spiritus Sancti gratiarum.

Cum magna precum dominorum cardinalium instantia fratrem suum promovit ad cardinalatus fastigium, licet probissimus esset, ex eo quia scientiam eminentem non habebat. Qui fuit devotissimus, et maximus pauperum et clericorum relevator; et etiam multa construxit in Montepessulano, Avinione et multis locis; et supervixit pape predicto bene per viginti annos.

Dictus dominus Urbanus fuit in Marssiliensi monasterio debite traditus sepulture; quam in vita sua fecit non minimum sumptuosam de lapidibus edifficari. Et ibi per universum orbem miracula Deus pro ipso intercedente clementissime operatur. Et audivi sepius quod in vita sua etiam frater suus, dominus Albanensis, in quibusdam miraculis fuit gloriosissime exauditus.

Ejusdem pape tempore, universalis Ecclesia maxima pace et libertate plenissime fruebatur. Et dominum de Milano, tyrannum crudelissimum, qui ipsum in minoribus constitutum, nuntium apo-

1. Symonie fuit maximus vitii extirpator, *ms.* — 2. scientia christianitatis, *Bal.* — 3. predictus papa obiit, *ms.* ; predictus pater ejus obiit, *Bal.* — 4. eorum, *ms.* — 5. omnium, *ms.*, *Bal.*

stolicum, fere inhoneste tractavit, demum ad obedientiam romane Ecclesie compulit devenire. Magne societates totum regnum [1] Francie dissipabant; et quos [2] ferro nec potentia rex domare non poterat, subito censura ecclesiastica et orationibus institutis per eumdem exterminati [3] fuerunt. Huic congruunt notata in cap. *Si Dominum*, de reliquiis et veneratione sanctorum, in Clementinis [4].

De isto enim rege Francie Karolo, primitus receptis novis de nativitate ejusdem regis, nuntiis destinatis predixit quod erat natus Ecclesie et orbi universo, presignans in futurum que de misericordia Dei erant profutura.

Anno secundo pontificatus ejusdem domini [5] Urbani, qui fuit MCCCLXIIJ, hyemps solito acerbior, et nimis [h]orrida, et importuna fuit. Multi enim pauperum, infantium et mulierum nimietate frigoris deffecerunt; et in multis aquis pisces sub glacie [6] absorpti sunt. Glacies [7] enim adeo spissa erat et valida ut vehicula honusta super eam ducerentur, et quasi super soli[d]um [8] equitaretur. Acciditque eo tempore quod magne societates pervagantes et destruentes regnum Francie, properantes capere quemdam locum de nocte, quoddam magnum stagnum [9] illesi transsiverunt, extimantes se supra terram ambulare. Rigore dicti frigoris, quidam equitans supra equ[u]m, frigore nimio tactus, interiit; quem equ[u]s mortuum detulit in quodam hospitio Carcassone, in quo consueverat commeare; hospesque extimans ipsum vivum, quia per ap[p]arentiam [10] vivus putabatur ex rigore frigoris, volens ipsum tangere, recipiendo per manus, indilate et subito cecidit. Qui quidem homo judicatus fuit per expertos per spatium unius l[e]uce obiisse. Dictusque papa excommunicavit omnes transseuntes supra Rodanum sic congelatum, pro eo quia Arelatis [11] quidam submersi fuerunt, confidentes de fortitudine glaciei. Nam tunc dicebatur quod tunc Rodanus continebat in spicitudine XV pedes glaciei; propter quod predicta vehicula honusta super glaciem ducebantur, et Rodanum sic congelatum, tam pedes quam eques, homines pertranssire non verebantur.

1. nuntium apostolicum, demum ad obedientiam romane Ecclesie compulit devenire, magne societatis, fere inhoneste tractavit. Totum regnum, *Bal. et ms.* — 2. quod, *ms.* — 3. exterminari, *ms.* — 4. Huic congruunt... Clementinis, *passage omis par Bal.* — 5. *omis par Bal.* — 6. galicie, *ms.* — 7. Galicies, *ms.* — 8. solum, *Bal.* — 9. staginm, *ms.* — 10. apparentia, *Bal.* — 11. Arelati, *Bal.*

Pontificatus etiam domini Urbani anno tertio, anno Domini MCCCLXV, fuit factus doctor Tholose, sub domino Guidone de Malesic[c]o, nunc cardinale Prenestino, dominus Guillermus de Agrifolio, prothonotarius pape. Et eadem die, quod admirabile et inauditum fuerat temporibus retroactis, dictus dominus Guillermus doctoravit : videlicet dominum Bertrandum de Pelaiano, abbatem Sancti Severii [1] de Bigorra, postque abbatem de Monteolivo, ordinis sancti Benedicti; Petrum Olerii, abbatem Calesii, ordinis Cisterciensis; Bernardum de Malodunio [2], priorem Beate Marie Deaurate Tholose, vita, religione, doctrina, predicatione, pietate et [3] aliis multis [4] virtutibus insignitum (cujus memoriam dum recolo, vix lacrima conquiescit, sub cujus magisterio gradum licentie [et] doctoratus assumpsi); Petrum de Cosnaco, priorem de Briva, nunc episcopum Tu[te]llensem; Johannem Alberti, priorem Sancti Orientii, diocesis Auxitanensis, post abbatem Mansi Garnesii [5]; Guillermum Noveleti, postmodum cardinalem Sancti Angeli; Guillermum Sabbaterii, canonicum Agat[h]ensem; Rigaldum Astergii, canonicum Lingonensem, officialem Biterrensem; Bertrandum de Gregiis, canonicum Agen[n]ensem. Qua die fuit etiam doctor in jure civili dominus Guido Lesteria, dein miles et senescallus Ruthenensis. Et anno Domini MCCCLXVIJ, dominus Urbanus predictus, de cujus mandato, ut extimo, predictus actus excellentissimus factus fuit, dictum dominum Guillermum de Agrifolio prothonotarium, in presbiterum cardinalem motu proprio promovit in civitate Marciliensi, anno XXVIJ etatis dicti domini Guillermi.

Dictus dominus Urbanus privilegiavit Tholose studium legendi et studendi et gradus utrosque recipiendi in facultate theologie; de quo civitas et studium magno jubilo exultavit [6]. Idemque dominus Urbanus corpus beati Thome de Aquino, ordinis Predicatorum, in jocale theologie, ordinavit in ecclesia Predicatorum Tholose perpetuo persistere. Quod quidem corpus fuerat pridem sublatum furtive de monasterio Fossenove, Cisterciensis ordinis, in quo ab olim fuerat depositum. Et idem doctor gloriosus, plenus miraculis, in magna devotione ibi colitur, mirabili sepultura, artificioso opere et valore auri, argenti, et lapidibus pretiosis dignissime perornata, quod mauceolum [7] potest dici. Mauceolum dictum est

1. Severi, *Bal.* — 2. Maloduino, *Bal.* — 3. et pietate, de, *ms.* — 4. ac multis aliis, *Bal.* — 5. Agenesii, *Bal.* — 6. exaltavit, *ms.* — 7. *lege* mausoleum, *Bal.*

a quodam qui dicebatur Mauceolus, qui fuit vir potens et ab Artemisia ejus uxore valde dilectus; adeo quod eo deffuncto ipsa gloriosissimum ei construxit sepulcrum quod vocavit mauceolum, a nomine viri sui. Exinde mos inolevit ut quelibet pretiosa sepultura mauceolum nuncupetur. De quo in capite *Bene quidem*, XCVJ distinctione, circa principium [1].

Tempore quo dictus Urbanus fuit Viterbii prope Romam [1367], fuit maximus populi tumultus in predicta civitate contra papam et totam curiam, dicentes : *Vivat populus, Ecclesia moriatur!* Dictusque tumultus exordium habuit propter inhonestam tractationem [2] cujusdam fontis vocati Griffols. Et propter hoc dominus Guillermus Bragose, cardinalis Vabrensis, maximus canonista et homo magni cordis, fuit a populo male tractatus. Idemque papa dictum tumultum malum sedavit [3], et dixit quod hoc erat initium malorum, et Ecclesia debebat multa mala tollerare, quod perdiu non differretur.

Fratricellos vocatos nonnullos, a fide catholica divertentes, igne fecit concremari in Roma, dum Rome fuit.

De illis clericis quos dictus papa in diversis scientiis et in diversis studiis, sumptibus propriis tenebat, Ecclesia Dei multipliciter illustratur, qui columpnas Ecclesie viriliter sustentarunt. Legitur quod Rome, tempore Octoviani imperatoris, fuit taberna emeritoria, per quam fons olei, tempore nativitatis Christi, extera emanavit, que maximo rivo fluxit. In qua non nisi emeriti solatio fovebantur; et ille locus, propter emeritos, ad consolandum fuit specialiter deputatus, qui sine merito laboris indignos, tales recipere taberna dedignabat. Namque in diversis studiis digni merito provehuntur, ideoque insignibus et notabilibus locis studia generalia deputantur, que magnis gaudent privillegiis; in capite *Tue*, de clericis non residentibus [4]. Ideo in predictis studiis generalibus, considerando quod Ecclesia sancta Dei viris litteratis maxime eget ad columpnas Ecclesie sustentandas, studiosos [5] et in ipsis scientiis graduatos multipliciter ad beneficia et dignitates assumebat et promovebat: et sic Ecclesiam virtuosissime et sanctissime regebat.

Anno ejusdem pontificatus tertio [6], fuit maximus conflictus sive bellum, et [7] asperrimum et durissimum, inter magnas comittivas

1. Mauceolum dictum... circa principium, *passages omis par Bal.* — 2. spectationem, *Bal.* — 3. cedavit, *ms.* — 4. Legitur quod Rome... non residentibus, *passages omis par Bal.* — 5. studiosis, *ms.* — 6. *lege* quarto [14 augusti 1366]. — 7. *omis par Bal.*

jam per ipsum papam excommunicatas et dampnatas, indebite fere totum regnum Francorum dissipantes, et gentes armorum regis Francie, in plano de Villa Dei, diocesis Montisalbani. Et ex parte societatum erat principalis Bertrucatus[1] de Lebreto, et Aymarus de Duchelo, olim presbiter, et alii usque ad numerum mille ducentorum[2] hominum armorum. Gal[l]ici vero strenuissime se habuerunt; et communiter dictum fuit quod, judicio militum, plus honoris tunc in dicto bello habuerunt victi quam victores, qualitate facti circumspecta et strenuitate Gallicorum[3]. Sed et[4] quia sub justo clipeo quamplures Dei judicio succumbunt, gentes regis Francorum fuerunt devicte in illo campo; inter quos fuit captus Guido de Basio, senescallus Tholosanus[5], A[rnaldus] de Yspania, prudentissimus et fidelissimus[6] miles, senescallus Carcassone. Interfuit etiam senescallus Bellicardi[7], qui de genere Baussorum in provincia Provincie, vicecomes Narbonensis, vicecomes de Caramanho, dominus de Terrida, et quasi flos militie totius patrie. Et quia *granum frumenti mortuum multum*[8] *fructum* produxit[9] seminatum, dicta victoria fuit destructio illarum maledicarum societatum. Nam ex post, certis institutis orationibus dicti pape, et maledictionibus publice contra eas fulminatis, indignationem Dei et populi incurrerunt, et fere cuncti fuerunt interfecti, et quasi ut fumus dissipati et turpissime dispersi evanuerunt.

Contigit tunc res mirabilis satis, prout per informationem sufficientem fuit denuntiatum pape predicto. Ex parte societatum, illi qui interfecti et mortui fuerant, supino corpore et facie versus terram eversi reperiebantur, in signum maledictionis; illi vero qui ex parte Gallicorum, seu patrie, facie erecta ad celum et corpore adverso. Ego vero interfui prope dictum campum, habito conflictu, statim fere per tres dies, per ibidem faciens transitum, de studio rediens ad larem proprium; auditis attestationibus multis, predictorum veritatem percepi[10]. Gloriosus enim Deus Jhesus Christus mirabilia opera propter dictum papam faciebat.

Sane papa quilibet, Christi vicarius, non umbra, curat infirmos, sicut Petrus faciebat. Quamvis enim cujusque pastoris sententia ex[11] divina parte procedat, Deus per sanctiores[12] interdum mira-

1. Perducatus, *Bal.* — 2. decem millium, *Bal.*; XII^{c}, *ms.* — 3. Gallorum, *Bal.* — 4. *omis par Bal.* — 5. senescallus Tholosanus, *omis par Bal.* — 6. et fidelissimus, *omis par Bal.* — 7. *lege* Bellicadri, *Bal.* — 8. nullum, *Bal.* — 9. producit, *Bal.*, *mieux.* — 10. predicta veritate potiri, *Bal. et ms.* — 11. et, *ms.* — 12. sanxiores, *ms.*

bilia operatur. Ecce quanta cautela est homini christiano ne *in laqueum incidat diaboli*, ne sua culpa consortium amittat communicationis sancte, cujus confederatione gratus Deo est, et separatione stat miraculorum novitate infeliciter prostratus ! In cibo sacrificii, orationum et helemosinarum, atque bonorum operum universitatis ecclesiastice participatione[1], christianus calefit[2] et vivit, et anat[h]emate putrescit[3], et a bonorum separatus consortio morte prevenitur, sententiis ecclesiasticis innodatus, et ad nichillum redigitur, velut jumentum sine adjutorio factus. Ut ergo populo lapidei cordis satisfiat, stupescat christianus, et ecclesiasticam censuram merito per[h]orrescat : in *Cep[isti habere]*, XJ, q. III ; *Si homo esses*, XXVIJ, q. I. Vivere inter homines et eorum carere consortiis, lex utraque detestabile reputat, et op[p]robrium et dampnum manifestum. Sententia enim censure ecclesiastice letaliter jugulat[4] quem sane reperit[5] contemptorem ; prodest tamen in juguo humili a proprio pastore prolata, in cap. *Sententia*, XJ, q. I ; *Cum medicinalis*, de sententia excommunicationis, li. VJ, *Cum non*, ibidem[6].

Tempore dicti Urbani quinti [1368], princeps Acquitanie Eduardus, qui ducatum Acquitanie tunc tranquille, strenue et pacifice regebat, tenuit quoddam sollempne concilium in civitate Petragoricensi, ubi interfuerunt XXIJ[7] episcopi dicti ducatus. Atque sermo fuit commissus domino Ostencio, episcopo Sarlatensi, maximo et famoso theologo, in spiritualibus et temporalibus circumspecto, et affluenter[8] in divitiis temporalibus communito. Qui episcopus eumdem principem, in sermone, in quibusdam Filio Dei comparavit. Propter quod quidam invidi, qui ejusdem celebrem famam offuscare volebant, in curia romana predictum episcopum absque causa rationabili nisi fuerunt diffamare, pervertendo ejus tunc catholice dicta sane intellecta. Et quia tela previsa minus feriunt, volens obviare eorum verbis malitiosis et suggestionibus[9] falsis, ad curiam romanam accessit, sperans se defendere veraciter de objectis clam contra ipsum prolocutis. Et nec ibidem interessendo personaliter, quisquam partem fecit contra ipsum publice vel occulte. Dumque vocatus fuisset ad prandium, in collatione dominus Urbanus interrogat ipsum si papa et Ecclesia debebant gaudere de morte crudelissima

1. participationis, *ms.* — 2. calescit, *ms.* — 3. putrexit, *ms.* — 4. jaculat, *ms.* — 5. repertum, *ms.* — 6. Sane papa quilibet... ibidem, *paragraphe omis par Bal.* — 7. XVII, *Bal.* — 8. affugienter, *ms.* — 9. subjestionibus, *ms.*

Petri quondam regis Yspanie, noviter interfecti per spurium Yspanie, fratrem suum, pro eo quia rebellis erat Ecclesie, fautor Sarracenorum et Judeorum, et quasi infidelis, infidelium propagator, et patrator malorum, et populi christiani interemptor; allegans sibi exemplum beati Benedicti, de presbitero qui beato Benedicto invidens de solio corruit, et de ejus subita [1] morte Maurus exultavit. De quo pater Benedictus discipulo penitentiam imposuit, quia [2] de morte ejus presbiteri gavisus fuit, ut beatus Gregorius in secundo libro Dyalogorum latius ostendit.

Qui episcopus taliter respondit quod de expiatione vitiorum ipsius exultabat, sed tanquam de homine condolebat; quia odio execrari debent peccata, non homines, pro fraternitate et dilectione caritatis. Et papa ait : Nonne legi[s]tis in psalmo : *Letabitur justus cum viderit vindictam?* Tunc episcopus propter sanctitatem sue dignitatis [3] supersedens responsioni, dixit quod totum remittebat ordinationi et definitioni papali. Et taliter petitio remansit insoluta, ad alia verba divertendo. Et hoc mihi dominus episcopus predictus retulit, tempore quo prioratum de Tanerio, in ecclesia sua existens monachus, tunc habebam. Et ultra michi adjecit quod dictus princeps non gratum accepit quod ad laudem, in conspectu sui, dixerat, secundum quod sibi retulit quidam amicus suus; qui dum secrete exfabularentur [4], dixit eidem principi : quid dicebat de sermone dicti episcopi coram eo pridie dicto? Qui sibi respondit quod dictus episcopus, quanquam esset et eloquentia et scientia mirabilis, et perspicatissimi ingenii, ab eo joculatorum debebat habere mercedem; quia nec ma[g]nifice in conspectu suo quisquam erat extollendus, maxime ma[g]nus princeps, qui propter casus sinistros fortune inopinate consternari, et sic actus precedentes famosi poterant offuscari, et ad nichilum redigi, et penitus confundi. Qui quidem episcopus predicta michi asseruit, comprobando sapientiam [5] dicti principis Eduardi.

Sepe ex laudis preconio innascitur superbie inflatio, ut notatur in § hoc capitulo, XJ, in Sexto. Ideo etiam vana laus viventis non ap[p]robatur, vel quia suspectus est laudator, ut rogatus; vel quia veritatis regula est ut nichil facias commendandi tui causa, quo minor alius fiat; nec si quid [6] boni operis habeas, id ad defformationem alterius et vituperationem exerceas; non deffendas impro-

1. subitanea, *Bal.* — 2. qui, *Bal.* — 3. sanctitatis sue dignitatem, *Bal.* — 4. confabularentur, *Bal.* — 5. sapientia *(sic)*, *ms.* — 6. quis *(sic)*, *ms.*

bum, et sancta indigno committenda non arbitreris; nec iterum arguas et impugnes eum cujus crimen non deprehendis, ut ait Ambrosius in libro de Officiis; in capit. *Si quis vero*, X.I, q. III. Ideo superflua laus, et sui et alterius, est prorsus evitanda, et ibi de gloria, non de laude seu honorum appetitione [1].

Ad dictum dominum Urbanum venit imperator Romanorum, imperator Grecorum, Johannes rex Francie, Johanna regina Sicilie [2], et fere cuncti principes seculi hujus eumdem timebant. Percepique quod quidam familiaris cardinalis Petragoricensis, eximi[i] clerici et potentis domini, paulo post creationem dicti pape interrogavit ipsum, quid dicebat de papa predicto. Qui dicitur respondisse : *Modo habemus papam. Alios ex debito honorabamus, et istum necesse est nobis timere* [3] *et revereri, quia potens est opere et sermone.*

Idem papa volebat quod omnes clerici et studentes ostenderent honestatem in gestu, ut in eis nichil indecorum esset. Inhibuitque monachis nigris quod de eorum capuciis aufferrent cornetas, nec in papali palatio quemquam monachorum cum predictis cornetis introducere patiebatur; alioquin a capucio per officiarios suos illico et incontinenti, interdum cum violentia, evellebantur [4]. Cluniacenses etiam hunc morem observant, et per statu[t]a habent, in capuc[i]is eorum non defferendi cornetas.

Etiam ipse certum modum et forum parvum pannorum et vestium statuit in multis [5] studiis observari, ne clerici pretiositate vestium confunderentur, et a continuatione studii penuria desistere [6] haberent; quod et vidi in studio Tholosano tunc de facto observari.

Rome accessit, ubi multa laudabilia et magnalia egit, et fere in omni Ytalia, ubi per tres annos moram traxit continuam. Inchoataque noviter guerra inter reges Francie et Anglie, volens personaliter dicta regna visitare, et dictos reges insimul congregare, rediit Avinionem pro pace inter eos pertractanda. Ubi paulo post adventum suum, infirmitate naturali detentus, in Domino laudabiliter obdormivit et obiit, pace imperfecta dictorum regum et regnorum, anno Domini MCCCLXX [7].

De cujus obitu, sub talis orationis precamine, exclamo querelosus : O mors crudelis et fera bestia, festine Urbanum papam roma-

1. Sepe ex laudis preconio... appetitione, *paragraphe omis par Bal.* — 2. Ceeilie, *ms.* — 3. timeri *(sic)*, *ms.* — 4. evelabantur, *ms.* — 5. universis, *Bal.* — 6. desisti, *ms.* — 7. *ici se termine Bal.*

num sanctissimum de mundo sustulisti, Ecclesie et orbi universo accom[m]odum! O terra, quare in foveam retines, et in cinerem non erubescis capere, quem ad lumen Ecclesie Dominus educavit! Per cujus absentiam aruerunt scientiarum rivuli, cujus fonte facie-bantur clerici! Hic erat pater justitie, doctor veritatis, malorum extirpator, monachorum propagator, ecclesiarum potentissimus defensor, totius scientie illuminator, validissimus expugnator perversorum, regni Francorum precipuus amator, et oppressorum [1] ejusdem validissimus submotor. O pater sanctissime, cur nos dimisisti in hac val[l]e miserie desolatos? Dignissime Ecclesiam militantem sancta[m] Dei tenuisti, et in triumphanti, ut pie credimus, refulges gloriosus, dupplici corona tibi justitie misericorditer at[t]ributa. Et ut pie capiamus sollatia militantis civitatis [2] tribulate, ut pro ea interpellare digneris munificentiam divine largitatis exordiis omnimoda puritate supplices deprecamur, gloria[m] paradisi prestante Domino nostro Jhesu Christo Dei Filio benedicto. Amen.

1. expressorum, *ms.* — 2. civitate *(sic)*, *ms.*

PRIMA VITA

GREGORII XI

Gregorius papa XJ, natione Aquitanicus [1], de loco de Malomonte, dyocesis Lemovicensis, oriundus, post dictum Urbanum V fuit Avinione electus in papam die penultima [30] mensis decembris anno Domini MCCCLXXJ [2] et die IIIJ [3] mensis januarii subsequentis [1371] presbiter ordinatus, in crastinum vero consecratus et coronatus.

Hic prius vocatus erat Petrus Rogerii; cujus pater erat Guillermus [4], comes Bellifortis. Et in adolescentia sua fuit primo [5] notarius Sedis apostolice [6], et demum Sancte Marie Nove dyaconus cardinalis factus per Clementem papam VJ, cujus erat nepos ex fratre.

Hic, quanquam [7] esset satis juvenis quando [8] fuit factus cardinalis, cum nondum attingeret XVIIJ annum sue etatis, erat tamen [9] totus ingeniosus et aptus ac studio litterarum valde intentus; volensque in eis proficere amplius post promotionem suam ad statum hujusmodi, accersitis sibi notabilibus clericis, quos secum continue habuit, audiendo et legendo circa legalem scientiam diutius insudavit, et adeo in ipsa profecit quod unus de profundioribus et sufficientioribus totius orbis [10] in ea fuit effectus. Demum se

1. Acquitanicus, *A. B.* — 2. *lege* 1370. — 3. *lege* V; decembris anno Domini MCCCLXXJ et die IIIJ, *passage omis par E.* — 4. *omis par B.* — 5. primo erat, *B.* — 6. notarius Sedis apostolice, *omis par E.* — 7. postquam, *B.* — 8. postquam, *B.* — 9. tamen erat, *E*, *Bal.* — 10. urbis, *B.*

Désignation des manuscrits employés :

A = Bibliothèque nationale de Paris, ms. latin *14617*, fol. 265 v°-275 r°.
B = Bibliothèque nationale de Paris, ms. latin *15011*, fol. 523 v°-532 r°.
E = Bibliothèque de la ville de Toulouse, ms. *474*, fol. 36 v°-46 v°.

convertit ad canones, ad theologiam [1] ac [2] philosophiam moralem [3] in quibus adeo se [4] notabiliter profundavit quod in collationibus [5] et consiliis ac [6] aliis actibus suo statui congruentibus, in quibus de pertinentibus ad hujusmodi facultates [7] actum fuit, sufficientissime peroravit. Cum hoc [8] etiam circa decisionem [9] causarum diligenter institit, habuitque in ipsa tam juris quam facti experientiam tantam [10] quantam quicumque [11] alius status sui. In expeditione vero negotiorum sibi commissorum aut aliorum que secum aut per eum tradenda occurrerunt adeo modum peritum, gratum, benignum et mansuetum habuit quod de ipso universaliter omnes [12] secum agere habentes multum remanserunt contenti. Et cum esset humilis, modestus, circonspectus [13] et liberalis, ac aliis multis virtutibus dotatus, omnes tam seculares principes quam prelati et alii [14] quicumque ad ipsum recursum habentes, eum potissime [15] dilexerunt. Habuit etiam magnam gratiam in collegio cardinalium, adeo quod demum suis suffragantibus meritis per debitam concordiam fuit, ut premittitur, ab ipsis electus in papam die supradicta [16] de mane, quam sola nox [17] precesserat ab introitu conclavis eorumdem. Fuit tamen ipse in [18] consentiendo multum renuens [19] et contradicens, ymo difficillime ad hoc [20] potuit inclinari. Sed tandem cum omni humilitate divine et ipsorum se supposuit [21] voluntati.

Eodem anno [1371], quasi toto tempore vernali, fuit terre motus in Avinione et [22] locis circumvicinis, et [23] in partibus Tholosanis permaximus. Ex quo perierunt loca multa, et habitationes corruerunt.

Dictus etiam [24] Gregorius papa satis cito [25] post assumptionem suam ordinavit [1371] nuntios suos legationis officio fungentes dominos Symonem de Langan [26], tituli Sancti Sixti, et Johannem de Dormannis [27], tituli Sanctorum Quatuor [28] Coronatorum presbiteros cardinales, quos destinavit ad reges Francie et Anglie

1. theologiamque, *mss.* — 2. et, *E.* — 3. naturalem, *E.* — 4. *lege* se adeo, *Bal.* — 5. collectionibus, *A.* — 6. et, *B*, *E.* — 7. facultatem, *E.* — 8. *omis par B.* — 9. circa decisionem etiam, *E.* — 10. *omis par A*, *B.* — 11. quantamcumque *au lieu de* quantam quicumque, *E.* — 12. *omis par A*, *B.* — 13. circumspectus, *Bal.* — 14. utplurimi, *E.* — 15. piissime, *Bal.* — 16. suprascripta, *A*, *B.* — 17. vox, *E.* — 18. hoc, *ajouté par A*, *B.* — 19. renitens, *E.* — 20. potuit ad hoc, *B:* per eos, *ajoutés par E.* — 21. subiit, *E.* — 22. in, *ajouté par B*, *Bal.* — 23. *omis par A.* — 24. *omis par E.* — 25. scito, *B.* — 26. Longanari, *E.* — 27. Normannis, *E.* — 28. *omis par A*, *B.*

causa tractandi [1] pacem et concordiam inter ipsos. Sed tamen, licet diutius circa hoc laboriose et diligenter [2] institerint [3], nichil proficere potuerunt, tum [4] quia inimicitie erant [5] inter dictos [6] reges nimium indurate, tum [7] etiam quia ipsi cardinales videbantur partiales potius existere quam tractatores, et merito, cum primus Anglie et secundus Francie regum predictorum cancellarii et familiares perprius extitissent. Hoc etiam non obstante, dictus Gregorius papa [8] successive, simili de causa, ad dictos reges plures alios nuntios suos, alterius tamen status et conditionis, misit, ymo et quamdiu Ecclesie prefuit, continue aliquos notabiles inter eos habuit circa tractatum hujusmodi laborantes [9].

Eodem anno civitas Perusina cum suo territorio fuit reducta ad obedientiam et dominium dicti Gregorii pape et romane Ecclesie, cui longo tempore perprius inobediens extiterat et rebellis. Et intravit ipsam dominus Petrus de [10] Stagno [11], tituli Sancte Marie in Transtiberim presbiter cardinalis, vicarius pro dicta Ecclesia in provincia illa. Fuitque receptus multum honorifice et solempniter in eadem; cujus etiam regimen et gubernationem ab inde suscepit et tenuit, donec de alio per dictum papam fuit ordinatum.

Dicto etiam anno [1371], die VJ mensis junii [12], que fuit feria sexta quatuor temporum post Penthecosten, dictus Gregorius papa [13] fecit ordinationem duodecim novorum cardinalium, videlicet octo presbiterorum et quatuor dyaconorum. Presbiteri autem fuerunt dominus Petrus Gometii, Yspanus, tunc archiepiscopus Ispalensis [14]; dominus Johannes de Crosso [15], dyocesis Lemovicensis, tunc episcopus Lemovicensis, consanguineus ipsius [16] pape in tertio gradu; dominus Bertrandus de Cosnaco, dyocesis Lemovicensis, canonicus regularis ordinis sancti Augustini, tunc episcopus Convenarum; dominus frater Bertrandus Latgerii [17], Alvernigena, ordinis Minorum, tunc episcopus Glandatensis; dominus Robertus de Gebennis, frater comitis Gebennensis, tunc episcopus Cameracensis; dominus Guillermus de Chanaco [18], dyocesis Lemovicensis,

1. ad tractandum *au lieu de* causa tractandi, *A; Anglie et Francie ad tractandum, B.* — 2. et diligenter et laboriose, *A, B.* — 3. institerunt. *B.* — 4. tamen, *B.* — 5. *omis par B.* — 6. ipsos, *E.* — 7. tamen, *B.* — 8. papa Gregorius, *A, B.* — 9. continue... laborantes, *passage omis par A, B.* — 10. *omis par B.* — 11. Scanno, *E.* — 12. *omis par B;* Die autem VJ dicti anni *au lieu de* Dicto etiam anno, die VJ mensis junii. *E; lege* 30 maii. — 13. *omis par B.* — 14. Ispaliensis, *B.* — 15. Crosto, *A. B.* — 16. *omis par B.* — 17. Largerii, *B.* — 18. Clanco, *A, B;* Canhaco, *E.*

monachus [1] ordinis sancti Benedicti, tunc episcopus Mimatensis; dominus Johannes Fabri, dyocesis Lemovicensis [2], tunc episcopus Tutellensis, consanguineus germanus ipsius pape; et dominus Johannes de Turre in Alvernia, tunc abbas monasterii Sancti Benedicti Floriacensis. Dyaconi vero fuerunt dominus Jacobus de Ursinis, Romanus, tunc Sedis apostolice notarius; dominus Petrus Flandrini, dyocesis Vivariensis, tunc decanus Bajocensis; dominus Guillelmus Noelleti [3], dyocesis Engolismensis, tunc archidiaconus Carnotensis; et dominus Petrus de Vernhio [4], dyocesis Tutellensis, tunc [5] archidiaconus Rothomagensis. Et isti tres ultimi erant etiam auditores sacri palatii et dicti Gregorii pape referendarii.

Eodem insuper anno [1371], dictus Gregorius papa destinavit ad partes Ytalie pro regimine certarum [6] terrarum romane Ecclesie dominum Philippum Cabassole, Sabinensem episcopum cardinalem [7].

Eodem etiam tempore currente [1371] fuit pacificatus et reconciliatus Karolo, regi Francie, Karolus, rex Navarre, cui [8] in recompensam certarum [9] terrarum, quas perprius habere consueverat in ducatu Normannie, fuit datus locus Montispessulani cum pertinentiis suis [10]; qui etiam pro tunc venerat [11] ad dictum Gregorium papam causa ipsum visitandi et de sua promotione sibi congaudendi.

Per idem tempus [1373], cum ducatus Aquitanie [12] jam pro majori parte rebellasset [13] regi Anglie et dominio ac [14] regimini Edoardi, principis Wallie [15], sui [16] primogeniti, ad hoc per ipsum constituti, qui pro tunc satis graviter infirmabatur [17], et ad hoc personaliter intendere [18] non poterat, dictus rex deputavit Johannem, ducem Lancastrie, filium suum secundogenitum, qui vice sua dictum ducatum adiret, eumque ad ipsum, si posset, reduceret [19], aut alias hostiliter expugnaret [20]. Qui accersitis secum quamplurimis bellatoribus [21], ipsum intravit, discurrit, vastavit et [22] dampnificavit ubi [23] et [24] quantum potuit. Sed quia ejus adventus satis

1. monachi, *B.* — 2. tunc episcopus Mimatensis; dominus Johannes Fabri, dyocesis Lemovicensis, *passage omis par A, B.* — 3. etc., *A, B.* — 4. Veruchio, *B.* — 5. *omis par E.* — 6. *omis par B.* — 7. *omis par B.* — 8. cum, *E.* — 9. certarum, *omis par B, Bal.* — 10. *omis par Bal.* — 11. venit, *E.* — 12. Aequitanie, *A, B.* — 13. rebellisset *(sic)*, *E.* — 14. et, *E.* — 15. Vallie, *E;* Guellie, *B.* — 16. suo *(sic)*, *E.* — 17. infamabatur, *A, B.* — 18. inedere, *E.* — 19. cum reduceret, si posset, *B.* — 20. impugnaret, *E.* — 21. bellatorum, *Bal.* — 22. *omis par B.* — 23. vi, *E.* — 24. in, *ajouté par B, Bal.*

antea presecitus fuerat, optatis [1] potiri non potuit ut volebat. Loca namque fortia [2] utplurimum [3] gentibus et [4] victualibus munita fuerunt, adeo quod ipsa [5] intrare non potuit [6], sed in campis aut locis apertis seu debilibus ipsum oportuit permanere. Victualia insuper in locis clausis invenit recondita aut ab extra totaliter devastata. Et sic cum magno discrimine stetit diebus quampluribus per dictum [7] ducatum equitando. Licet enim continue peteret et appeteret inire prelium cum suis adversariis, non tamen fuit qui reciperet, ut sic ipse cum suo exercitu marcescerent [8] et deficerent [9] in se ipsis interirentque [10] aut [11] saltim absque ense vel gladio, scilicet fame et inedia, vincerentur; quemadmodum ipsis demum [12] contigit [13], cum plures ex eis modo premisso in via defecerint, equis eorum et evectionibus [14] pro majori parte mortuis aut consumptis. Qua de re coacti sunt nedum cum dampnis innumeris [15], sed etiam cum vituperio ad propria remeare.

Eodem anno, scilicet [16] MCCCLXXIJ [17], qui fuit pontificatus dicti Gregorii pape secundus, in [18] mense maii, per ipsum missus est legatus ad regna Yspanie dominus [19] Guido de Bolonia, episcopus Portuensis cardinalis, causa sedandi discordias et dissensiones que jam oriebantur inter Henricum, Castelle, Petrum, Aragonum, et Karolum, Navarre reges. Qui per Dei gratiam post multos labores sic operatus est quod ipsos ad bonam concordiam inclinavit, fueruntque confederati ad invicem per parentelas inter eos contractas. Nam Johannes primogenitus dicti Henrici, regis Castelle, filiam Petri, regis Aragonum, et Karolus, primogenitus regis Navarre, filiam dicti Henrici, receperunt in uxores.

Eodem etiam [20] tempore [maio-junio 1372] translatum fuit de Avinione corpus Urbani pape [21] V ad monasterium Sancti Victoris Massiliensis, in quo vivens [22] suam perpetuam elegerat sepulturam, concomitantibus [23] ipsum sex cardinalibus per ipsum ordinatis. Fecitque Deus eo [24] tunc multa et magna [25] ac [26] stupenda

1. optatus, *B;* obtatus, *E.* — 2. *omis par A, B.* — 3. utplurimi, *E.* — 4. *omis par E.* — 5. ipse, *B;* ipsam, *E.* — 6. poterat, *B.* — 7. predictum *au lieu de* per dictum. *E.* — 8. marcesserent, *B.* — 9. et, *ajouté par E.* — 10. interierentque, *B.* — 11. interirent qui autem, *E.* — 12. demum ipsis, *B.* — 13. contingit, *mss.* — 14. revertionibus *au lieu de* et evectionibus, *A, B.* — 15. nimiis, *A; omis par B.* — 16. *omis par B.* — 17. scilicet MCCCLXXIJ, *omis par E.* — 18. de, *E.* — 19. dictus, *E.*— 20. *omis par A, B.*— 21. *omis par B.*— 22. vivus, *B.*— 23. comitantibus, *A, B.* — 24. ex, *Bal.* — 25. et magna, *omis par B, E.* — 26. et, *B.*

miracula suorum meritorum obtentu, prout etiam perprius fecerat continue a die obitus ipsius [1], et demum continuavit in presenti.

Eodem etiam tempore currente [2] [1371-1375] cum Barnabos et Galeas [3] de Vicecomitibus Mediolani [4] invaderent [5] et occuparent aliquas terras ad romanam Ecclesiam [6] pertinentes, dictus Gregorius papa fecit contra ipsos processus [7] juridicos et contra talia attemptantes in dicte Ecclesie prejudicium alias fieri consuetos. Et inter alia volens quod novos favores aut amicitias cum aliis magnatibus et principibus non acquirerent [8] per parentelas inter ipsos contrahendas, prohibuit et interdixit ne aliquis cum ipsis aut eorum filiis et [9] filiabus matrimonialiter conjungeretur [10], decernens irritum et inane quicquid in contrarium attemptaretur [11]; quod alias vix aut raro legitur fuisse factum. Ejus tamen [12] occasione plures ab eorum confederationibus se pro tunc retraxerunt, qui alias libenter ad eas [13] processissent. Cumque processus hujusmodi ipsos non plene a suis malitiis cohiberent [14], idem Gregorius papa, totus bene cordatus, manu armata contra ipsos procedere decrevit, aggregavitque adversus eos magnum exercitum armatorum tam de terris et [15] colligatis suis quam de [16] regno Francie et confinibus ejus, cujus generalem capitaneum ordinavit Amedeum, comitem Sabaudie : qui onere hujusmodi in se assumpto viriliter aggressus est terras et dominia ipsorum, et per cedes, [17] incendia et alia in guerris [18] fieri solita eis intulit multa dampna, loca etiam quamplurima acquisivit. Sed quia nec sic ex toto domari potuerunt, locis jam captis penes ipsum aut Ecclesiam remanentibus, fuit facta quedam sufferentia [19] seu treuga [4 junii 1375] inter dictum papam et ipsos; que, licet a principio reputata fuerit utilis et expediens pro Ecclesia, tamen effectus subsequens ipsam multimode demonstravit esse dampnosam. Nam ipsa durante predicti se colligaverunt cum Florentinis et aliis civitatibus Tuscie; sicque eorum pars fuit reddita fortior et difficilior ad vincendum.

Predictis peractis, memoratus Gregorius papa [20] ordinavit et destinavit [1373] vicarium suum generalem pro regimine civitatis

1. suiipsius, *E.* — 2. *omis par A, B.* — 3. Galacias, *A*; Galatas, *B*; Galeacius, *Bal.* — 4. *omis par B.* — 5. invaderant, *A, B.* — 6. Ecclesiam romanam, *B.* — 7. contra ipsos processus fecit, *E.* — 8. acquirerentur, *E.* — 9. aut, *B.* — 10. conjungerentur, *E.* — 11. attemptarentur, *E.* — 12. Ejusque *au lieu de* Ejus tamen, *E.* — 13. ad eas libenter, *B.* — 14. cohiberentur, *A, B.* — 15. *omis par A, B.* — 16. *omis par E.* — 17. et, *ajouté par A, B.* — 18. guerris, *B, Bal.* — 19. suffrentia, *A, B.* — 20. *omis par A, B.*

Bononiensis et aliarum terrarum adjacentium dominum Guillermum Noelleti [1], tituli [2] Sancti Angeli dyaconum cardinalem. Gubernationem vero civitatis Perusine [3], Patrimonii beati Petri et certarum [4] aliarum provinciarum commisit domino Geraldo [5] de Podio [6], tunc abbati Majoris monasterii Turonensis, volens quod etiam [7] nomine et officio vicariatus [8] fungeretur [1372].

Eodem etiam tempore [1372] dictus Gregorius papa reconciliavit sibi et Ecclesie romane insulam Sicilie [9], que eidem fere sexaginta annis inobediens extiterat et rebellis [10], fueratque per idem tempus ecclesiastico subjecta interdicto; et hoc [11] ideo [12] quia [13] cum esset de feudo Ecclesie ac pars potissima regni Sicilie [14] se subtraxerat a dominio et subjectione regis Sicilie [15] et Jherusalem, vassalli specialis [16] Ecclesie supradicte [17], et in ipsa tirannice Fredericum de Aragonia dominari permiserat in ipsius Ecclesie et dicti regis prejudicium, vituperium et jacturam. Fuitque pax reformata inter Johannam [18], tunc reginam Sicilie [19] et Jherusalem, et dictum Fredericum, dictam insulam detinentem. Pro cujus confirmatione fuit in dicta insula per dictum papam regnum noviter erectum, quod Trinacrie nuncupatur, cui noviter dictus Fredericus fuit confirmatus et [20] sublimatus in regem sub pacto expresso quod in posterum ipse et successores sui regnum hujusmodi tenerent in feudum immediate a dicta regina et successoribus suis, quodque darent sibi in tributum sive in [21] censum annuatim summam [22] quindecim millium ducatorum. Pro reconciliatione autem hujusmodi modo debito fienda, amotione dicti interdicti, dicti [23] regis novi coronatione, pacisque predicte confirmatione, ac [24] expeditione aliorum que circa hoc agenda videbantur, per dictum papam missus fuit ad dictam insulam dominus Johannes de Revelhone [25], episcopus Sarlatensis, qui omnia juxta sibi [26] imposita feliciter consummavit.

Anno Domini [MCCC]LXXIIIJ, fuit magna pestis mortalitatis tam in Avinione quam in [27] partibus circumvicinis; ob cujus

1. Morelli, *B.* — 2. *omis par E.* — 3. Perusie, *B.* — 4. *omis par B.* — 5. Giraldo, *A;* Guillelmo, *B.* — 6. Podro, *B.* — 7. ut, *ajouté par A, B.* — 8. vicariis *(sic)*, *B.* — 9. Cicilie, *E.* — 10. rebellus *(sic)*, *B.* — 11. *omis par B.* — 12. idem, *E.* — 13. quod, *Bal.* — 14. Cicilie, *E.* — 15. Cicilie, *E.* — 16. speciales *(sic)*, *E.* — 17. *omis par Bal.* — 18. Johannem *(sic)*, *B.* — 19. Cicilie, *E.* — 20. confirmatus et, *omis par A, B.* — 21. *omis par E.* — 22. *omis par E.* — 23. *omis par B.* — 24. et, *B.* — 25. Revolhue, *A, B;* Revellone, *Bal.* — 26. sui, *A, B.* — 27. *omis par E.*

timorem [1] dictus papa exiit Avinione et ivit ad alia [2] loca circumadjacentia, que dicta peste [3] non erant infecta.

Eodem etiam anno [1374] fuit in eisdem partibus magna bladi caristia, et permaxima in partibus Tholosanis, adeo quod ibi vendebatur quarto [4] frumenti pretio sexaginta florenorum, et quandoque [5] pro illo [6], ymo nec [7] etiam pro majori pretio [8] reperiebantur venditores [9]. Propter quod multi etiam [10] divites et pecuniis habundantes fame perierunt. Sed mirum de Dei misericordia et pietate, que sic disposuit et ordinavit quod, eodem anno, in dictis partibus ante novorum fructuum recollectionem [11] fuit frumenti tanta sufficientia quod quarto habebatur pro decem florenis, ymo et pretio minori.

Eodem anno [1374] Jacobus, nomine [12] rex Majoricarum, accersitis sibi pluribus armigeris, intravit regnum Aragonum causa recuperandi regnum et terras que alias fuerant patris sui, et que [13] jure hereditario ad se pertinere pretendebat [14]. Sed nequaquam prevalere potuit. Ymo ipso [15] ibidem absque prole vita [16] functo [17] [1375], sui commilitones [18] satis inanes et vacui ad propria retrocedere sunt compulsi.

Paulo post vero [19], scilicet anno MCCCLXXV [20], Johanna, regina Sicilie [21], ejus conjux, recepit sibi [22] in virum Ottonem [23] de Brunsvich [24] etiam solo nomine ducem, cum nec terras haberet nec etiam [25] dominia. Erat tamen miles valde generosus, oriundus de Alamannia, statura pulcher et admodum strenuus in armis.

Anno [26] [MCCC]LXXV, die vigesima mensis decembris, que fuit jovis ante feriam sextam quatuor temporum, dictus Gregorius papa XJ [27] creavit novos cardinales, videlicet octo presbiteros et unum dyaconum. Presbiteri vero fuerunt dominus Petrus Judicis, dyocesis Lemovicensis, monachus ordinis sancti Benedicti, tunc archiepiscopus Rothomagensis, consanguineus [28] germa-

1. timore *(sic)*, *E.* — 2. *omis par A, B.* — 3. *omis par B.* — 4. carto, *A*; quarta, *B.* — 5. etiam, *ajouté par Bal.* — 6. illa, *B.* — 7. *omis par A, B, Bal.* 8. non, *ajouté par B, Bal.* — 9. venditiones, *E.* — 10. etiam multi, *B, Bal.* — 11. recollationem, *A.* — 12. *omis par B, Bal.* — 13. quas, *A, B, Bal.* — 14. pretendebant, *E.* — 15. *omis par A, B.* — 16. *omis par E.* — 17. finita, *B.* — 18. commilitiones, *Bal.* — 19. *omis par A, B.* — 20. scilicet anno MCCCLXXV, *omis par E.* — 21. Cecilie, *mss.* — 22. sibi recepit, *A, B.* — 23. Otonem, *E.* — 24. Brunsvye, *A*; Brunsviic, *B.* — 25. aut *au lieu de* nec etiam, *A, B.* — 26. Domini, *ajouté par B, Bal.* — 27. novem, *mss.* — 28. *omis par B.*

nus ipsius pape; dominus Symon de Brous[s]ano, Ytalicus, archiepiscopus Mediolanensis, referendarius ipsius pape; dominus Hugo de Montelegum [1], Brito, nunc episcopus Briocensis [2]; dominus Guido de Malesicco [3], dyocesis Tutellensis, tunc episcopus Pictavensis, consanguineus et referendarius ipsius pape; dominus Johannes de Grangia [4], dyocesis Lugdunensis, monachus ordinis sancti Benedicti, tunc episcopus Ambianensis; dominus Petrus de Sortenaco, Caturcensis, tunc episcopus Vivariensis; dominus Geraldus de Podio [5], tunc abbas Majoris monasterii, consanguineus ipsius pape et vicarius suus in Perusio; et dominus Johannes de Buxeria [6], Burgundus, tunc abbas Cistercii [7]. Dyaconus vero fuit dominus Petrus de Luna, Aragonensis, decretorum doctor, prepositus Valentinensis. Et [8] hic attendendum quod ista [9] creatio non fuit facta die veneris, secundum quod alias est fieri consuetum [10]; et hoc ideo quia illa die occurrit [11] festum beati [12] Thome apostoli, qua die non fuit tenendum consistorium. Fuit etiam protelata dicte creationis publicatio usque ad [13] diem sabbati subsequentem propter dictum festum, cum tamen alias in crastinum ipsius fieri debuisset.

Eodem tempore [1375] communitas Florentina [14] contra dictum Gregorium papam et romanam Ecclesiam [15] insurrexit, doloseque et malitiose operata est quod fere omnes civitates et loca [16] alia que ad dictam Ecclesiam in Ytalia pertinebant, ei se confederaverunt et colligaverunt [17], in unumque convenerunt ut amodo [18] excusso [19] a se quocumque alio superiori [20] vel domino, in sua libertate viverent et permanerent. Factoque vexillo, in quo solum [21] magnis litteris erat descripta Libertas, ordinaverunt magnam gentem armigeram, que [22] cum vexillo hujusmodi dicte lige [23] adherere volentes [24] confoveret, resistentes vero vi et potentia [25] ad eam sectandam comprimeret et artaret [26]. Sieque factum est quod quasi uno contextu sive impetu omnes civitates locaque

1. Monasterilegum, *E.* — 2. dominus Symon... Briocensis, *passage omis par A, B.* — 3. Mallesicco, *E.* — 4. Gragia, *B.* — 5. Podro, *B.* — 6. Vuxeria, *B.* — 7. Cisterciensis, *Bal.* — 8. Est, *B.* — 9. dicta, *B.* — 10. quod fieri alias consuetum, *E.* — 11. fuit, *E.* — 12. sancti, *B.* — 13. ubi in *au lieu de* usque ad, *B.* — 14. Florentinensis, *A, B.* — 15. et dictam Ecclesiam romanam, *B.* — 16. locaque *(sic)*, *E.* — 17. alligaverunt, *E.* — 18. modo, *A, B.* — 19. excluso, *E.* — 20. superiore, *E.* — 21. sine, *B.* — 22. qui, *E;* et, *B.* — 23. legi, *A, B.* — 24. vellent, *E.* — 25. vero vi et potentia, *omis par A, B.* — 26. animaret, *A, B.*

et castra dicte romane Ecclesie adversus eam spiritum rebellionis assumpserunt, officialibus ipsius aut interfectis aut turpiter ejectis, roche castraque [1] et munitiones que in ipsis erant aut ad terram funditus prostrata sunt, aut per alios tirannice occupata. Hiis autem dedit initium civitas Bononiensis, cujus incole prefatum dominum Guillermum Noelleti [2], Sancti Angeli dyaconum cardinalem, vicarium generalem, ibidem commorantem, primo captivaverunt, demum bonis suis spoliatum admodum ignominiose [3] ab inde exire coegerunt. Et [4] idem fere per omnia paulo post fecerunt cives Perusini [5] de domino Geraldo [6] de Podio [7], qui etiam vicarius ibidem permanens paulo ante [8] fuerat factus presbiter cardinalis.

Hiis vero ad notitiam dicti Gregorii pape deductis, ipse vehementer turbatus est et [9] tristis effectus, providitque circa ea quantum sibi possibile fuit. Et primo fecit processus suos contra dictos Florentinos, qui eisdem [10], prout premissum est, causam et occasionem prestiterant [11]; quos etiam aggravavit et reaggravavit. Et postquam eos sententialiter pronuntiavit hostes suos et Ecclesie, sub penis in [12] sententiis contentis [13] mandavit ne aliquis eis vel [14] eorum alicui [15] participaret loquendo, comedendo, bibendo, emendo, vendendo aut alias quovis modo, daretque [16] consilium, auxilium [17] vel favorem directe vel indirecte. In eorum etiam majorem detestationem pari modo mandavit quod panni [18] aut alie merces quecumque per eos aut in [19] eorum [20] territorio facte sive titulo emptionis, sive [21] donationis, aut alias qualitercumque ad usum aliquorum [22] nullatenus cederent aut [23] reciperentur, nisi in quantum hoc ad eorum dampnum seu jacturam cedere posset. Confiscavit nichilominus omnia [24] eorum bona tam mobilia quam immobilia, ubicumque consisterent. Personas insuper eorum capientium suas [25] fieri ordinavit. Quorum occasione multi tam in Avinione [26] quam aliis variis [27] partibus collocati, cum dampnis et [28] detrimentis innumeris, ad propria redire sunt compulsi. Ex

1. castra, *A*, *B*. — 2. Nocleti, *A*; Noeliti, *B*. — 3. innominiose, *E*. — 4. *omis par A*, *B*. — 5. Perusii, *B*. — 6. Gerardo, *B*. — 7. Podro, *B*. — 8. autem, *E*. — 9. *omis par E*. — 10. eidem, *A*, *B*. — 11. extiterant, *A*, *B*. — 12. *omis par B*: et, *E*, *Bal*. — 13. *omis par E*. — 14. nec, *E*. — 15. aliter, *B*. — 16. darent, *E*. — 17. auxilium, consilium, *A*, *B*. — 18. ipsam, *E*. — 19. *omis par E*. — 20. earum, *Bal*. — 21. vel, *A*, *B*. — 22. aliorum, *E*. — 23. vel, *B*. — 24. *omis par A*, *B*. — 25. sua *(sic)*, *A*, *B*. — 26. Avinionensibus, *B*. — 27. *omis par E*. — 28. *omis par E*.

quibus eorum communitas ad [1] cor minime reversa est, ymo fortius [2] in sua malitia extitit indurata, continue pejora [3] prioribus contra dictam Ecclesiam procurando et machinando, libellos etiam diffamatorios, falsa tamen et erronea continentes, contra statum ipsius Ecclesie et personam [4] dicti pape ubique [5] transmittendo [6] [1376].

Fecit preterea dictus Gregorius papa suos processus contra alios qui sibi et Ecclesie rebellaverant et alia [7] commiserant superius enarrata, prout [8] eorum cujuslibet [9] demerita exigebant. Et quia nec sic ad emendationem seu reductionem [10] inclinabantur, decrevit ad fortia apponere manum. Misit [1376] enim ad partes Ytalie legatum suum de latere dominum Robertum de Gebennis, basilice Duodecim Apostolorum presbiterum cardinalem, cum ingenti exercitu armatorum, causa confovendi [11] illos qui in fidelitate perstiterant [12], infideles vero et rebelles compescendi [13], aut alias ad sui obedientiam reducendi [14]. Cui, ne [15] in hiis majora obstacula occurrerent [16], dedit in mandatis ut [17] transeundo per terras Mediolanensium, inter ipsum et eos pacem et concordiam iniret, si et [18] prout sibi expediens videretur. Ipse vero cum terras predictas intravit, considerata negotiorum sibi impositorum qualitate, judicavit esse pro meliori ut ad dictam pacem firmandam procederet [19], prout et fecit. Oportuit [20] tamen quod pro ipsius solidatione ad predictorum dominium [21] loca perprius possessa seu detenta per ipsos [22], et que demum, guerra memorata [23] durante, per gentes Ecclesie ab ipsis erepta [24] fuerant, reducerentur. Quod non modicum fuit lamentabile aliquibus, illis presertim [25] qui se sponte Ecclesie [26] reddiderant, cum viderent [27] se reductos ad manus illorum quos sciebant se in premissis offendisse. Ab inde vero procedens venit [28] ad provincias Ecclesie suo regimini decretas, in quibus viriliter operatus est quicquid boni potuit, quoad conservationem illorum qui in bona fidelitate perstiterant. Quoad reductionem vero illorum qui rebellaverant nichil

1. *omis par E.* — 2. fortior, *E.* — 3. pejore, *A, B.* — 4. persone, *A, B.* — 5. ubicumque, *A, B.* — 6. transmutando, *E.* — 7. talia, *E.* — 8. pro, *A.* — 9. cuilibet, *B.* — 10. obedientiam, *A, B.* — 11. fovendi, *E.* — 12. perstiterent, *Bal.* — 13. compescendo, *E.* — 14. reducendo, *E.* — 15. nec, *E.* — 16. occurrent, *E.* — 17. *omis par A, B.* — 18. si et, *omis par B.* — 19. procederent, *E.* — 20. Portum *(sic)*, *E.* — 21. dominiorum, *Bal.* — 22. eos, *A, B.* — 23. *omis par E.* — 24. erepta ab ipsis, *E.* — 25. presertim illis, *E.* — 26. *omis par E.* — 27. viderunt, *A, B.* — 28. pervenit, *A, B.*

effectualiter profecit, duritia cordis eorum, malitiaque et astutia tam [1] Florentinorum quam aliorum, cum quibus erant colligati, sibi [2] obsistentibus ex adverso.

Dictorum autem rebellioni et revolutioni [3] occasionem [4] dedisse dicuntur tria : primo, naturalis inconstantia, que patriam illam et ejus incolas in eodem statu permanere diutius non sinere consuevit ; secundo, appetitus seu ambitus dominandi, qui sic innatus [5] est in cordibus [6] eorum quod invitissime vident [7] alium quam se dominari ; tertio, gabellarum, talliarum [8], daciarum et similium impositio, ex quibus [9] ipsorum judicio magna pars sue substantie eis subtrahebatur per illos sub quorum regimine perprius consistebant. Et si hoc ultimum non extitisset, aut saltim magis mitigatum fuisset, forsitan hec et eis similia tunc et alias retroactis temporibus non contigissent [10]. Sed quia qui nimis emungit, sanguinem elicit [11] et qui [12] nostra tollit, inimicus est, ideo non mirum, etc. [13].

Predicta autem durante tempestate fuit per litteras et nuncios [14] speciales [15] insinuatum dicto Gregorio pape quod, si ipse personaliter veniret ad partes Ytalie, confestim predicta omnia [16] recuperaret et alia quecumque premissa ad statum debitum reducerentur [17], cessarentque machinata, [18] procurata et tractata ultra [19] tam contra statum suum quam Ecclesie memorate, que secundum relationes et considerationes plurium majora ac [20] pejora prioribus existebant.

Ipse vero [21] volens circa ea providere et ipsis possetenus obviare, deliberavit se transferre ad partes Ytalie [22] memoratas suosque gressus dirigere versus Romam, cum etiam Romani sui optantes presentiam, causa ipsum ad hoc alliciendi [23], multa et magnalia [24] promitterent [25] se facturos in sui favorem et honorem, quam primum ad ipsos declinaret. Qui sic disposuit facere et ordinavit, quamvis contra consilium et deliberationem quasi totius collegii omniumque amicorum suorum [26], et [27] die decima tertia mensis septembris

1. *omis par A, B.* — 2. sibique, *A, B.* — 3. Dictis autem rebellionem et revelationem, *B;* ac revelationi, *A.* — 4. rebellionis et revelationis occasione *(sic)*, *E.* — 5. inventus, *B.* — 6. corde cujuslibet, *E.* — 7. videt *(sic)*, *E.* — 8. *omis par E.* — 9. quolibet, *E.* — 10. contingissent, *mss.* — 11. elixit, *A, B.* — 12. quia, *B.* — 13. etiam, *A.* — 14. nuntios et litteras, *A, E.* — 15. pluries, *E.* — 16. omnia predicta, *A, B.* — 17. reduceretur *(sic)*, *E.* — 18. et, *ajouté par Bal.* — 19. ea, *ajouté par E.* — 20. et, *B, E.* — 21. *omis par A, B.* — 22. *omis par E.* — 23. alliciendum, *E.* — 24. *omis par A, B.* — 25. promittentes, *E.* — 26. suum *(sic)*, *B.* — 27. in, *ajouté par E.*

anni [1] [MCCC]LXXVJ de Avinione recessit, iter suum arripiendo versus partes memoratas cum dominis cardinalibus; sex dumtaxat exceptis, qui Avinioni remanserunt. Intravitque mare in Massilia [2], ubi invenit galeas [3] et navigia ad sufficientiam pro se et concomitantibus eum. Et ab inde progressus est dictum suum iter prosequendo; in quo multas turbationes habuit ac [4] pericula plurima incurrit propter maris et temporis indispositionem, que [5] quasi continue duravit donec applicuit [6] in Corneto, ubi tenuit festum [7] nativitatis Domini et subsequentia festa. Demum [8] ab inde discedens, navigando intravit fauces Tiberis, et die XVIJ [9] mensis januarii anni [10] [MCCC]LXXVIJ ingressus est [11] Romam equitando de Sancto Paulo, ubi ad terram de navigio descenderat, usque ad Sanctum Petrum; fuitque ibidem receptus cum magnis [12] solempnitate et honore.

Sciendum tamen quod Romani de illis que sibi perprius promiserant paucissima attenderunt, presertim circa illa que concernebant regimen Urbis. Nam, licet in suo adventu Bandarenses [13] et duodecim capita regionum, per quos regimen hujusmodi perprius fuerat [14] occupatum, deposuerint [15], tamen illico eos reposuerunt ac ut regerent secundum quod prius voluerunt, nec potuit dictus papa sine scandalo in hoc eorum resistere voluntati. De quo, nec immerito, fuit ipse territus et turbatus, videns se fuisse deceptum et illusum tam per eos quam alios qui sibi suggesserant quod in ejus adventu tam predicta quam alia que [16] in sui et dicte Ecclesie prejudicium et jacturam prius attemptata fuerant in partibus illis [17], ad statum debitum reducerentur et ad nutum suum disponerentur, cum tamen de reductione aliquali nichil pro tunc actum fuerit, sed potius de nova rebellione locorum que [18] usque tunc in obedientia et subjectione suis se [19] persistere demonstrabant; quorum aliqua [20] de [21] Patrimonio Ecclesie in dicti adventus sui procinctu [22] realiter rebellarunt, operante et procurante Francisco de Vico, prefecto Urbis, qui Viterbium et alia loca plura ad dictam Ecclesiam pertinentia tunc detinens, tanquam ejus hostis,

1. Domini, *ajouté par B, Bal.* — 2. Maxillia, *A;* Maxilla, *B.* — 3. galleas, *A.* 4. et, *B.* — 5. *omis par E.* — 6. applicavit, *B.* — 7. *omis par E.* — 8. Deinde, *E.* — 9. XVIIJ, *A, B.* — 10. Domini, *ajouté par B, Bal.* — 11. fuit, *A, B.* — 12. magna, *Bal.* — 13. Laudarenses, *B.* — 14. fuerat perprius, *Bal.* — 15. disposuerunt, *B.* — 16. *omis par E.* — 17. Italie vel, *E.* — 18. aliquorum qui *au lieu de* locorum que, *A, B.* — 19. *omis par E.* — 20. aliqui, *A. B.* — 21. in, *E.* — 22. dicto adventu suo procinctu, *E.*

contra ipsam [1] guerram publice facere non expavit. Et idem fere [2] fecerunt alii nobiles et tirampni Ecclesie subditi, et jam [3] contra ipsam cum memoratis Florentinis confederati et colligati; adversus quos oportuit dictum papam, pro sui et terrarum suarum defensione, etiam [4] validiorem quam prius guerram subintrare non sine magnis sumptibus, periculis et detrimentis.

Per idem tempus Karolus, Romanorum imperator, qui aliquamdiu ante Venseslaum [5], regem Boemie, filium suum [6] primogenitum, per electores Imperii in regem Romanorum eligi procuraverat, misit ad dictum papam suos nuntios solempnes pro sui parte postulantes et requirentes dictos electum et electionem [7] per ipsum in forma consueta approbari et confirmari. Qui hoc facere, licet perprius requisitus, usque tunc distulerat, [8] principaliter propter teneritudinem etatis dicti regis, qui tempore sue dicte [9] electionis vix XVIJ annum [10] attingere dicebatur. Tamen quia ex tunc effluxerant [11] tres anni et amplius, et sic pro tunc erat majoris etatis, ad hoc procedere deliberavit [12]. Ordinavit tamen quod prepararentur et disponerentur illa que in simili facto erant alias fieri consueta; que adeo magni [13] ponderis erant quod bene non poterant perfici de toto anno subsequenti; quo currente, obitus dicti pape intervenit [14], prout infra sequitur [15].

Eodem anno [1377], adveniente tempore estivo, dictus Gregorius [16] papa, propter calores Rome vigentes, ab inde exivit venitque [17] Anagniam [18], ubi moram traxit per totam estatem, cum sit ibi bonus et purus aer.

Et eodem tempore [21 junii 1377] obiit Edoardus, rex Anglie, cui successit in regno Richardus, filius unicus Edoardi principis Wallie [19] primogeniti sui, qui [20] paulo ante premortuus erat [8 junii 1376]. Fueruntque in successione hujusmodi posteriorati [21] alii tres filii regis memorati vigore constitutionis Anglicane, que habet filium debere succedere in omnibus in quibus pater, si viveret, successisset.

Eodem anno [1377], dictus Gregorius papa, in principio mensis septembris, ob devotionem quam singulariter habebat ad passionem

1. ipsum, *B.* — 2. *omis par A, B.* — 3. *lege* etiam, *Bal.* — 4. et, *E.* — 5. Wenselaum, *A, B.* — 6. *omis par E.* — 7. dictum electum electionem *au lieu de* dictos electum et electionem, *E.* — 8. prius, *ajouté par B, E.* — 9. *omis par B.* — 10. annos, *A, B.* — 11. confluxerant, *B.* — 12. deliberaverat, *B.* — 13. magnis *(sic)*, *B.* — 14. intravit, *A, B.* — 15. prout infra sequitur, *omis par A, B.* — 16. *omis par B.* — 17. ad, *ajouté par E.* — 18. Agnaniam, *E.* — 19. Vallie, *E, Bal.* — 20. *omis par B.* — 21. posterioritate, *B.*

Christi et beatam Mariam virginem, ordinavit [1] que sequuntur. Primo quod in posterum fieret officium integrum, quod super hoc fecit solempniter ordinari de inventione et exaltatione sancte crucis diebus quibus occurreret [2], cum perprius in matutinis non dicerentur per earum quamlibet [3] dumtaxat [4], nisi tres ultime lectiones, et alie sex de certis sanctis quorum festivitates dictis occurrerent [5] diebus. Secundo quod Nativitas beate Marie virginis haberet vigiliam cum jejunio, pro qua etiam officium proprium misse ordinavit, cum tamen perprius nec esset die illa jejunium, nec missa de vigilia hujusmodi cantaretur.

In [6] mense vero novembris [7] [1377] post sequente, dictus Gregorius Romam rediit. Et paulo post memoratus Franciscus de Vico, prefectus Urbis, fuit sibi reconciliatus et pacificatus [8]. In cujus signum idem papa in propria baptizavit quamdam filiam suam, que hac de causa de Viterbio, ubi nata fuerat [9], Romam fuit asportata.

Intervenientibus autem et [10] tractantibus aliquibus, fuit tunc actum de concordia et pace [11] iniendis [12] inter dictum Gregorium papam et Florentinos cum eorum colligatis, qui erant, ut superius est expressum, fere omnes vassalli et subditi terrarum romane Ecclesie in partibus Ytalie consistentium, comitatu Campanie dumtaxat excepto. Fuitque pro appunctuatione et perfectione tractatus hujusmodi de communi partium consensu civitas [13] Lucana ordinata, ad quam venerunt certi pro parte partium hujusmodi deputati. Et inter ceteros pro parte dicti pape dominus Johannes de Grangia, tituli Sancti Marcelli presbiter cardinalis, illuc fuit destinatus. Qui iter suum prosequendo transitum fecit per civitatem Viterbiensem noviter Ecclesie reconciliatam, ubi fuit receptus cum debitis solempnitate et honore.

Predictis autem pendentibus, memoratus [14] Gregorius papa a juventute [15] satis [16] debilis et valitudinarius [17], ac gravi infirmitate detentus, devote receptis ecclesiasticis sacramentis cum magna cordis contritione, prout Domino placuit, die [18] XXVII mensis

1. ea, *ajouté par B, Bal.* — 2. occurrerent, *A, B.* — 3. diceretur pro earum qualibet, *E.* — 4. per earum quamlibet dumtaxat, *omis par B.* — 5. occurrunt, *A, B, E.* — 6. De, *E.* — 7. novembri, *Bal.* — 8. et pacificatus, *omis par B.* — 9. venerat, et *au lieu de* ubi nata fuerat, *E.* — 10. etiam *au lieu de* autem et, *A, B.* — 11. pace et concordia, *B. Bal.* — 12. *omis par B.* — 13. cujus, *A.* — 14. dictus *(sic), ajouté par A.* — 15. diu autem *au lieu de* juventute, *E.* — 16. *omis par A, B.* — 17. valetudinarius, *Bal.* — 18. *omis par A, B.*

martii anni predicti [MCCC]LXXVIIJ, in pace quievit. Fuitque primo corpus ejus [1] delatum ad ecclesiam beati Petri, et ibi, pro eo solempnibus exequiis celebratis, in crastinum translatum et sepultum in ecclesia beate Marie Nove, in qua prius cardinalis existens fuerat intitulatus. Ejus autem obitus fuit occasio ne dictus [2] tractatus perfectionem habuerit [3], aperuitque viam multis malis et scandalis que postea sunt subsecuta.

Ipse [4] multum dilexit suos, presertim patrem, fratres et nepotes, et alios de domo et genere [5] suis prodeuntes; quos licet de novo non exaltaverit [6], cum perprius satis per patruum suum Clementem papam VJ sublimati fuissent, tamen ipsos in suo statu hujusmodi conservavit, secumque tenuit, ac eorum consilio et instigatione ac favore [7] multa fecit, presertim in promotionibus nonnullorum quibus sufficientiores in moribus et scientia [8] forsitan reperiri [9] potuissent. Fuit tamen alias multum virtuosus, Deo et beate Marie virgini singulariter devotus, quibus preces assiduas [10], omni die, cum magnis fervore et [11] intentione effundebat. Fuit insuper pauperum et afflictorum pius sustentator, consolator et largifluus [12] benefactor. Dilexit etiam singulariter viros litteratos, multosque ex ipsis suo tempore promovit et exaltavit.

Quamdiu Ecclesie prefuit, quasi continue mentales anxietates habuit [13] propter turbationes que eidem Ecclesie suo tempore contigerunt [14], quibus, quantum potuit, cum omni [15] diligentia obviavit. Sed plene non valens occurrere, etiam non minus afflictus est in persona, quam gravella [16] adeo gravavit quod dies suos in magna parte minoravit. Nondum enim annum [17] XLVIJ [18] sue etatis [19] attigerat [20] quando ejus spiritus, ut pie [21] creditur, ad superos evolavit. Vacavitque [22] ab inde Sedes de jure carensque pastore vero et legitimo [23] mensibus V et [24] diebus XXIIJ.

Porro, ut etiam clareant et videantur illa que dicto currente [25] tempore Rome contigerunt [26], est [27] hic inserendum quod Romani [28]

1. ejus primo corpus, *B.* — 2. ejus, *ajouté par B.* — 3. habuerint *(sic)*, *E.* — 4. enim, *ajouté par E.* — 5. genere et domo, *A*, *B.* — 6. exaltaverat. *B.* — 7. ac favore, *omis par E.* — 8. scientia et moribus, *B.* — 9. reperire, *B.* — 10. assiduc, *B.* — 11. *omis par E.* — 12. largisfluc, *E.* — 13. habuitque, *B.* — 14. contingerunt, *mss.* — 15. *omis par A*, *B.* — 16. gravela, *A*, *B*, *Bal.* — 17. *omis par E;* alias, *ajouté par A.* — 18. LXVIJ, *A*, *B;* VIJ, *E.* — 19. etatis sue, *Bal.* — 20. attingerat, *mss.* — 21. *omis par A*, *B.* — 22. que, *omis par A*, *B.* — 23. viro et legitimo pastore, *A*, *B.* — 24. *omis par E.* — 25. durante, *A*, *B.* — 26. contingerunt, *mss.* — 27. et, *B.* — 28. Rome, *E.*

seu eorum officiales et rectores suo vocabulo Bandarenses [1] duodecim capita regionum nuncupati, coadunatis sibi aliis quampluribus tam civibus quam foraneis natione Ytalicis, adhuc vivente dicto [2] Gregorio, tamen infirmante, deliberaverant, succedente obitu ipsius, omnino [3] sic operari et facere [4] quod a cetero in Roma vel saltim in partibus Ytalie curia resideret [5] et [6] remaneret. Quod se non posse obtinere extimantes nisi per electionem in papam alicujus Romani vel Ytalici, continuatis et iteratis [7] vicibus sua fecerunt consilia, in quibus firmiter decreverunt cardinales efficaciter requirere et [h]ortari requisitosque et hortatos forte suis votis non acquiescentes viis et modis omnibus eis possibilibus compellere et artare ut eligerent in papam aliquem qui esset Romanus vel Ytalicus natione, prout ipsorum quamplurimi nonnullis ex dictis [8] cardinalibus retulerunt, ac etiam quod in consiliis hujusmodi intervenerant [9] prelati notabiliores [10] nationis ejusdem tunc Rome existentes, per eos specialiter ad hoc vocati. Quorum etiam aliqui ipsos ad hoc incitabant et inflammabant, ymo et eis donaria magna promittebant si ipsos [11] eligi procurarent [12]. Adveniente igitur obitu dicti Gregorii, predicta [13] ad effectum deducere volentes, fecerunt sequentia, de malo in pejus continue procedendo. Nam primo cardinales quandoque simul congregatos et [14] quandoque [15] ab invicem segregatos, sepe et sepius requisierunt et [h]ortati sunt [16] ut eligerent in papam aliquem qui esset Romanus vel saltim Ytalicus natione, continue subdentes ita fieri expedire pro conciliatione [17] totius Ytalie, et presertim Romani populi, qui ad hoc in tantum afficiebatur quod si contrarium fieret, contra eos graviter turbaretur, ex quo timendum erat ac [18] verisimile [19] quod insurgerent [20] contra ipsos, cum civium corda scirent sublevata et ad hoc fortiter inclinata. Petierunt [21] insuper ut dicti cardinales de intentione eorum [22] super hoc ipsos certificarent antequam conclave ingrederentur. Qui eis [23] responderunt quod de talibus tractari non debebat donec

1. Blandarenses, *B;* et, *ajouté par E.* — 2. *omis par E.* — 3. omnes, *A*, *B.* — 4. fecerunt, *E.* — 5. recederet, *A.* — 6. resideret et, *omis par B.* — 7. iterantibus, *B.* — 8. nonnulli ex predictis, *B;* et nonnulli expeditis, *A.* — 9. interfuerant, *A*, *B.* — 10. notabilioris, *E.* — 11. scipsos *au lieu de* si ipsos, *B.* — 12. procurabant, *E.* — 13. predicti *(sic)*, *A*, *B.* — 14. *omis par E.* — 15. singulos, *ajouté par E.* — 16. quando simul congregatos sepe et sepius requisierunt et quandoque ab invicem segregatos, *B.* — 17. reconciliatione, *Bal.;* consolatione, *E.* — 18. et, *B.* — 19. ac verisimile erat, *Bal.* — 20. insurgeret, *E.* — 21. etiam, *ajouté par E.* — 22. ipsorum, *B.* — 23. eos, *B.*

essent in conclavi, sed eo tunc super hoc cum Dei adjutorio mature et debite deliberare intendebant et facere illud quod videretur eis esse melius pro bono regimine Ecclesie et totius populi christiani. Rogaveruntque et requisiverunt ipsos [1] ut cessarent a requestis et verbis [2] hujusmodi, que minas expresse sapiebant, et ex quibus etiam impressionem [3] ipsis per eos fiendam vehementer suspicabantur [4]: quam si facerent, eos ex tunc advisaverunt et intimaverunt [5] quod si ejus occasione aliquem eligerent, ille non esset papa, sed intrusus. Sed ipsi de istis non curantes, a requestis et verbis suis hujusmodi desistere noluerunt, ymo in ipsis continue perstiterunt [6]. Et [7] ne cardinales possent Romam egredi aliumque locum adire, ubi eis faciendum fore videretur, pro electione futura liberius facienda, Romani predicti claves et custodiam portarum et pontium Urbis prius existentes in manibus officialium Ecclesie sibi usurpaverunt, passus etiam et portus sui districtus per terram et aquam adeo [8] claudi et custodiri ordinarunt [9] quod sine ipsorum [10] scitu, licentia et voluntate ab inde nullus egredi poterat seu exire, nec etiam essent [11] aliqui qui eorum malitie obviare possent, quique ne in dictos cardinales insurgerent providerent [12] de remediis opportunis. Nobiles insuper [13] et principes Romanos ad hoc sufficientes et opportunos, facto edicto publico [14], cum penarum magnarum adjectione [15], de Roma expulerunt, locoque ipsorum rusticos homines effrenatos [16], utique bestiales ac [17] ratione carentes, eorum vocabulo montanarios [18] appellatos, ad dictorum cardinalium terrorem in multitudine innumerabili [19] Romam intromiserunt; qui die noctuque [20] armati incedentes, ipsos eorumque [21] familiares verbis opprobriosis [22] et comminatoriis continue flagitabant. Contra ipsorum [23] etiam voluntatem de facto ordinarunt [24] custodes conclavis, qui per [25] ipsos eligi consueverunt esseque viri probati, in talibus experti, ipsisque confidati [26], homines satis eis [27] extraneos in talibus omnino inexpertos, de quorum etiam fidelitate multum

1. requisierunt eos, *A*, *B*. — 2. suis, *ajouté par A*, *B*. — 3. impressione *(sic)*, *E*. — 4. supplicabantur *(sic)*, *E*. — 5. incantaverunt, *mss*. — 6. persisterunt, *E*. — 7. secundo, *E*. — 8. sic, *ajouté par A*, *B*. — 9. ordinaverunt, *B*, *Bal*. — 10. illorum, *E*. — 11. erant, *A*, *B*. — 12. provideretur, *A*, *B*. — 13. *omis par E*. — 14. publice, *B*. — 15. ad[d]itione, *E*. — 16. effiminatos, *A*, *B*. — 17. et, *A*, *B*. — 18. montanerios, *A*, *B*. — 19. numerabiliter, *E*. — 20. nocteque, *E*. — 21. ipsosque eorum, *B*. — 22. opprobriis, *A*, *B*. — 23. *omis par A*, *B*. — 24. ordinaverunt, *B*, *Bal*. — 25. propter, *B*. — 26. confederati, *A*, *B*. — 27. *omis par B*.

timere et [1] suspicari poterant et debebant [2], cum essent Romani, qui in cibariis ministrandis et aliis contra ipsos multa mala poterant machinari [3] et operari. Erant etiam simplicis conditionis et infimi generis, sic quod non potuissent aliis malignare volentibus resistere quoquo modo. Ex eorum insuper ordinatione, hora qua cardinales intrare debuerunt conclave, nedum dicti montanarii et rustici, sed etiam ceteri populares Romani utplurimum [4] armati, congregati extiterunt in platea Sancti Petri de directo sita ante portam palatii, ubi dictum erat conclave [5] paratum. Qui omnes una voce tumultuosa et horribili clamarunt [6] et [7] vociferarunt [8], aliqui dispositive, *Romanum vel Ytalicum volumus* vel *habebimus;* aliqui preceptive, *Romanum vel Ytalicum habeamus; alioquin*, etc. Sicque clamantes et vociferantes una cum dictis cardinalibus conclave sunt ingressi [9]. Propter quorum pressuram nimiam [10], vix et cum magna difficultate, cardinales conclave intraverunt. Post quorum ingressum predictorum quamplurimi infra palatium remanserunt, ymo ipsum quasi totum occuparunt [11], se ipsos recludentes in cameris et locis quibus dictum conclave circumdabatur, et presertim illis qui de directo erant subtus ipsum [12], in quibus fractis portis et [13] muro violenter subintrarunt [14]. Alii vero ab extra circum circa dictum palatium remanentes, sic et taliter ipsum [15] circumdederunt quod illud intrare vel exire nullus [16] poterat nisi incideret in manus ipsorum. Dictis etiam cardinalibus infra [17] conclave [18] existentibus, ac in propriis logiis [19] seu cameris jam reductis, custodibusque conclavis ipsum claudentibus, contra morem solitum, qui est quod nullus debet ad ipsos in conclavi inclusos ingredi usque post electionis pape celebrationem et publicationem, de hoc certificati, ipsum intraverunt duodecim capita regionum cum aliis pluribus [20] ipsos concomitantibus [21], petentes quod statim simul omnes [22] in aliquo [23] loco congregarentur, quia ipsi eis [24] loqui volebant in communi; de quo ipsi valde turbati fuerunt. Dubitantes tamen [25] eorum indignationem ipsosque contra

1. multi timere ac, *E.* — 2. timebant, *A*, *B.* — 3. inclinari, *E.* — 4. utplurimi, *B*, *E.* — 5. conclave erat, *Bal.* — 6. clamaverunt, *B*, *Bal.* — 7. vel, *A.* — 8. vociferaverunt, *B*, *Bal.* — 9. egressi *(sic)*, *E.* — 10. nimia *(sic)*, *E;* nimiam pressuram, *A*, *B.* — 11. occupaverunt, *B*, *Bal.* — 12. cum, *B.* — 13. in, *E.* — 14. subintraverunt, *Bal.* — 15. totaliter illud, *B; omis par A.* — 16. nullus intrare vel exire, *B*, *Bal.* — 17. intra, *E.* — 18. conclavem *(sic)*, *B.* — 19. lotgiis, *A.* — 20. plurimis, *B.* — 21. comitantibus, *B.* — 22. omnes simul, *A*, *B.* — 23. alio, *E.* — 24. *omis par B.* — 25. *omis par E.*

eos amplius incitari, si[1] in hoc non[2] facerent quod petebant, licet eis admodum displiceret[3], omnes in capella convenerunt, ubi ipsi affuerunt dicentes : *Domini, pro parte Romani populi alias vos sepe requisivimus ut velitis eligere in papam aliquem qui sit Romanus vel ad minus Ytalicus. Et quia usque nunc quid super hoc facere intenditis nichil nobis clare respondistis, ideo iterato vos de hoc*[4] *nunc*[5] *requirimus volumusque ut modo expresse nobis dicatis voluntatem vestram, ut ipsam dicto populo nos mitti ad referre valeamus.* Quibus dicti cardinales dixerunt, secundum quod alias in similibus requestis per eos ipsis[6] factis fecerant, quod non[7] erat tunc hora de hoc[8] faciendi mentionem, tamen auxiliante Domino in hoc facere proponebant illud quod videretur eis esse utilius pro bono[9] regimine Ecclesie, ex quo, ut sperabant, totus mundus et ipsi deberent merito contentari. Qui hoc audientes et male contenti, quia non clarius exprimebant eis mentem suam, ipsis dixerunt : *Et nos*[10] *clare dicimus*[11] *vobis quod si non faciatis illud quod petimus, dictus populus de vobis male contentabitur et, ut tenemus, contra vos commovebitur, ex quo sequentur scandala et pericula maxima, quibus de difficili poterit obviari. Et ita prediximus*[12] *vobis, ut bene deliberantes in agendis, provideatis circa securitatem seu indempnitatem personarum vestrarum.* Ad que dicti cardinales responderunt, prout etiam alias in verbis similibus responderant, effectualiter protestando : *Ista verba manifeste sonant minas et clare indicant quod impressio et violentia per vos et illos pro quorum parte ea dicitis contra nos procurantur et machinantur. Et ideo expresse nos dicimus*[13] *vobis quod*[14] *si per vos aut ipsos aliqua contra nos attemptentur*[15], *prout sonant verba vestra, et contingat*[16] *nos*[17] *talium*[18] *occasione aut timore aliquem eligere, credetis habere papam, et non habebitis, quia non erit.* Et sic ipsi conclave exiverunt. Regens vero officium camerarii (qui pro tunc territus justo timore ipsorum, qui eum capere vel interficere fuerant machinati, in castro Sancti Angeli reclusus ad hoc vacare non audebat, prout moris est) ordinavit quod porta[19] conclavis et cetere partes palatii fortiter clauderentur, ne aliqui[20] ad loquendum cum ipsis cardina-

1. sed, *A*, *B*. — 2. *omis par B*. — 3. displicenter, *E*. — 4. de hoc vos, *A*. — 5. de hoc nunc vos, *B*. — 6. ipsos, *B*. — 7. nunc, *B*. — 8. de hoc tunc hora, *E*. — 9. *omis par B*. — 10. *omis par E*. — 11. diximus, *A*, *B*. — 12. predicimus, *Bal*. — 13. diximus, *A*, *B*. — 14. *omis par A*, *B*. — 15. attemptetur, *E*; attemptantur. *B*. — 16. contingant, *B*. — 17. vos, *E*. — 18. talium nos, *A*, *B*. — 19. porte, *E*. — 20. alius *(sic)*, *B*.

libus contra juris [1] dispositionem aut pro ipsorum invasione ad eos de facili pertingere possent. Sed deputati ad custodiam palatii, qui erant ex [2] officialibus eorumdem, hec [3] fieri minime permiserunt, ymo ex [4] ipsorum ordinatione alie partes omnes ab illa hora in antea ex toto aperte remanserunt, illam autem conclavis portam [5] vix et cum [6] magna difficultate claudi permiserunt satis debiliter, et hoc etiam hora tarda [7] et inordinata, cum jam fere omnes cardinales [8] lectos intravissent. Predicti [9] insuper palatium occupantes et [10] ab omni [11] parte circumdantes, tota illa nocte, non cessarunt clamare et vociferare vocibus altis [12] et terribilibus, aliqui : *Romanum vel ad minus Ytalicum volumus, habeamus* vel *habebimus;* aliqui vero : *Moriantur, moriantur.* Illi vero qui [13] de directo erant subtus conclave, cum gladiis [14] et lanceis, ipsius solarium fortiter concutiebant [15], ad eosdem cardinales peramplius terrendum [16] et molestandum. Ag[g]regarunt etiam arundines sive cannas siccas et sarmenta in grandi [17] quantitate ad supponendum ignem solario antedicto. Propter quod [18] dicti cardinales, nec inmerito, turbatissimi, fere totam noctem illam duxerunt insompnem. Qui dum [19] de mane essent congregati in capella suasque audirent [20] missas, Romani predicti in loco ipsi [21] capelle contiguo soloque tamen [22] pariete ab ipsis distante adunati voces suas terribiliores, ac [23] altiores [24] quam prius, exaltare [25] ceperunt in tantum quod vix audiri et intelligi poterant missas ipsorum celebrantes. Campanas insuper grossas campanilis ecclesie Sancti Petri, palatio contigui, ac etiam illam Capitolii [26] ad martellum seu modum quo pulsari seu percuti solent cum adunatur populus ad rumorem seu hostium invasionem, indesinenter uno impetu ac [27] eodem contextu pulsaverunt. Ad quarum [28] sonum [29] populares alii, velud furibundi, cucurrerunt [30] ad palatium, utplurimum armati ipsum intrantes, quot-[quot] infra [31] recipi potuerunt, aliis ab extra manentibus ipsum undique circuientibus [32], qui omnes una voce tumultuose et horribiliter cla-

1. *omis par B.* — 2. de, *Bal.* — 3. hoc, *A*, *B.* — 4. et, *B.* — 5. *omis par E.* — 6. *omis par Bal.* — 7. tarda hora, *E.* — 8. predicti, *ajouté par A*, *B.* — 9. Predicta, *E.* — 10. ac, *A*, *B.* — 11. sui, *ajouté par les mss.* — 12. artis, *A.* — 13. *omis par B.*— 14. glavis *(sic)*, *E.* — 15. concussiebant, *A*, *B.* — 16. terrandum, *A.* — 17. grande *(sic)*, *E.* — 18. que, *A*, *B.* — 19. cum, *B.* — 20. audierunt, *B.* — 21. ipsi in loco, *E.* — 22. teneri, *E;* tantum, *Bal.* — 23. et, *A*, *B.* — 24. arciores, *A.* — 25. exaltarunt *(sic)*, *E.* — 26. Capitoli, *E;* Capitollii, *A;* Capitoloii, *B.* — 27. ad, *B; omis par E.* — 28. quorum, *A*, *B.* — 29. sonitum, *E.* — 30. currerunt, *A*, *B.* — 31. intra, *E.* — 32. circumdantibus, *Bal.*

marunt [1] et vociferarunt se omnino [2] habere velle papam Romanum vel ad minus Ytalicum. Venientesque [3] ad portam conclavis, ictibus et percussionibus validissimis ipsam excutere [4] ceperunt, alta voce ab extra petentes ut ipsius fenestra per cardinales a parte interiori confestim aperiretur [5]. Quo facto, petierunt ut ipsorum aliqui ad eos ibi venirent locutum [6]. Ad quos de aliorum mandato iverunt tres priores cujuslibet ordinis, qui ibidem viderunt et invenerunt multitudinem innumerabilem armatorum paratorum, ut evidentissime demonstrabant, et eorum verba clare indicabant, statim in eos irruere ipsosque interficere. Clareque et intelligibiliter eis dixerunt quod statim et sine ulteriori mora eligerent in papam aliquem Romanum vel ad minus Ytalicum, haberentque pro firmo quod nisi ita facerent, confestim et indilate et absque quocumque remedio omnes inciderentur [7] per petias [8] sive frusta [9]. Et hoc idem eis dixerunt et super eo advisaverunt [10] ipsos aliqui eismontani, qui eos diligebant, ibi tunc existentes de eorum intentione jam certificati. Dicti autem tres cardinales [11] conati sunt ipsos cum bonis et blandis verbis retrahere. Sed tunc unanimiter fortius infremuerunt et voces suas exaltarunt. Que cum per ipsos aliis cardinalibus relata [12] fuissent, omnes, nec inmerito, at[t]oniti et stupefacti cogitare ceperunt et inter se mutuo loqui quid facturi essent. Sed cum clamor [13] et tumultus predictorum augerentur [14], de subito insultu timuerunt. Fuitque de voluntate aliorum quod dicti tres cardinales, qui prius eis locuti fuerant, ad dictam fenestram redirent causa ipsos retrahendi, si possent; quod si non possent [15] aliter, eis dicerent et promitterent pro parte omnium quod haberent papam Romanum vel Ytalicum, prout petebant, infra horam tertiarum [16] diei subsequentis, sperantes quod sub hujus promissionis pretextu a suo dicto furore retraherentur. Quod et dicti tres cardinales [17] fecerunt. Sed nec sic alii [18] se [19] retrahere voluerunt, ymo nec cessare ab inceptis. Tunc iidem [20] tres cardinales [21] ad alios redeuntes, et eos de premissis informantes, ad invicem conferre ceperunt quid Ecclesie et ipsis foret expedientius,

1. clamaverunt, *B*, *Bal.* — 2. omnes, *B.* — 3. que, *omis par A*, *B;* venientibusque *(sic)*, *E.* — 4. percutere, *E.* — 5. et confestim interiori aperirentur, *E.* — 6. locuturi, *E.* — 7. omnis incideretur, *E.* — 8. petras, *E.* — 9. frustra, *mss.* — 10. advisarunt, *B*, *E.* — 11. tunc, *ajouté par A*, *B.* — 12. revelata, *E.* — 13. conclamor, *A.* — 14. *omis par B.* — 15. quod si non possent, *omis par A*, *B.* — 16. tertiam, *B*, *Bal.* — 17. *omis par E.* — 18. illi, *Bal.* — 19. *omis par B.* — 20. idem, *B.* — 21. *omis par E.*

in predictorum manus incidere, aut contra conceptum [1] seu velle proprium aliquem eligendo ipsorum [2] inordinate condescendere voluntati. Sed, propter augmentum dictorum clamorum et fortificationem percussionis ad portam, extimaverunt ipsius subitam fracturam et sic mortem jam propinquam ipsis imminere; cujus timor [3] adeo corda eorum conturbavit quod circa [4] ulteriorem deliberationem insistere nequiverunt [5], sed solum ad [6] hoc declinaverunt ut omnino [7] ad mortis evitationem, totis viribus et viis omnibus, intenderent et vacarent [8]. Et quia visum hoc [9] fuit eis non esse tunc possibile nisi juxta predictorum petitionem et voluntatem eligerent Romanum vel Ytalicum, ad sic faciendum descenderunt et [10] ut instans periculum evitarent, alias tamen minime facturi [11], si tunc ibi vel alibi in suis debitis libertate et securitate fuissent, secundum quod aliqui eorum [12] prius secrete in presentia notarii et testium [13] fuerant protestati, et fere omnes saltim cismontani, duas partes facientes, effectualiter dixerunt in communi. Qui [14] demum sic angustiati [15] et molestati circa qualitates et merita persone eligende debite deliberare non valentes, tandem aspectum habuerunt ad Bartholomeum de Prinhano, tunc archiepiscopum Barensem [16], natione Ytalicum, utpote de Neapoli oriundum. Ipsumque subito et ex arrupto elegerunt, credentes firmiter [17] quod statum hujusmodi, etsi forte pro eorum indempnitate ad tempus acceptaret, ipsum tamen cito post dimitteret, cum de [18] voluntate eorum, que [19] ad hoc libera non fuerat, existeret informatus. Presens enim fuerat in consiliis dictorum Romanorum in quibus violentie pretacte ordinate extiterant, et cum illate fuerunt, oculata [20] fide perspexit [21]. Et cum inter alios prelatos tunc curiam sequentes extimaretur bone conscientie ac [22] timens Deum, essetque etiam informatus in jure, cum doctor in jure canonico existeret, ac stilo curie, cujus cancellariam tunc regebat, et sic sibi clare constare poterat talem electionem factam per tam notoriam [23] impressionem subsistere non debere, erat verisimiliter sperandum quod statum predictum eum

1. preceptum, *B.* — 2. eorum, *B, Bal.;* aliquem ipsorum eligendo, *E.* — 3. *omis par A, B.* — 4. citra, *Bal.* — 5. nequeuntes, *B.* — 6. de, *B.* — 7. omnes, *A, B.* — 8. vitarent, *B.* — 9. *omis par A, B.* — 10. *omis par Bal.* — 11. facturum, *B;* factum, *E.* — 12. eorum aliqui, *A, B.* — 13. testium et notarii, *E.* — 14. quid, *B.* — 15. sint angariati *au lieu de* sic angustiati, *E.* — 16. Barrensem, *A, B.* — 17. insuper, *E.* — 18. pro, *A, B.* — 19. *omis par A, B.* — 20. ocultate, *B;* occulate, *A.* — 21. prospexit, *B.* — 22. et, *B.* — 23. tam per notarium *(sic)*, *B.*

sua et aliorum dampnatione nullatenus retineret. Et ita expresse eo tunc dictum fuit inter dictos cardinales. Qui demum dictis Romanis presentibus, sicque cum instantia fieri poscentibus [1], ipsum intronizaverunt [2]. Qui, ab inde nomine proprio derelicto, Urbanus VJ voluit nominari. Nec fuit fas aut securum remedium dictis cardinalibus Rome existentibus quominus [3] paulo post ipsum coronaverunt, ipsumque in ceteris actibus tractaverunt tanquam papam [4], attento quod Romani in suo priori perverso proposito persistebant. Circa hoc etiam multa mala [5] intervenerunt que [6] temeritatem et [7] violentiam ac [8] impressionem Romanorum exag[g]erant, ag[g]ravant et clare demonstrant : que recitare omitto [9] gratia brevitatis, et quia ad eorum dampnationem [10] satis credo [11] sufficere que jam scripsi. Que etiam [12] extra conclave attemptata sunt ego ipse, tunc Rome existens, utplurimum [13] vidi. Super hiis vero [14] que intra conclave gesta vel dicta sunt me liquide informarunt [15] dicti cardinales, cum quorum pluribus super hiis sepius sum locutus; et prout ea ab eis didici [16], in hiis scriptis redegi, ut ea nescientibus nota fiant, veniantque in memoriam aliorum qui de ipsis mentionem jam fieri audiverunt vel audient [17] in futurum.

1. petentibus, *A*, *B*. — 2. intronisarunt, *A*. — 3. quo minus, *B*, *Bal*. — 4. tanquam papam tractaverunt, *E*. — 5. *omis par A*, *B*. — 6. qui *(sic)*, *A*. — 7. ac, *B*, *Bal*. — 8. et, *B*, *Bal*. — 9. obmitto, *A*, *B*. — 10. onerationem, *E*. — 11. credo satis, *B*. — 12. quantum, *ajouté par E*. — 13. utplurimi, *E*. — 14. *omis par E*. — 15. gesta sunt vel dicta me informarunt, *A*, *B*. — 16. dedisci, *E;* didisci, *A*. — 17. audirent, *B*.

SECUNDA VITA

GREGORII XI

Gregorius XJ, natione Lemovicus, ex patre Guillermo comite Bellifortis, fuitque [1] electus in papam penultima die [30] mensis decembris in Avinione, et ibidem coronatus in palatio apostolico quinta die januarii, que fuit die dominica, in vigilia Epiphanie. Hic prius vocabatur Petrus dyaconus cardinalis Bellifortis : qui quarta die dicti mensis per dominum cardinalem de Bolonia factus fuit presbiter, et in die Epiphanie celebravit pontificaliter. Sedit-que annis septem, mensibus duobus, diebus XXVIJ post annos nativitatis Domini MCCCLXXJ. Et in die sue coronationis equitavit per civitatem Avinionis, presente domino duce Andegavensi, qui eum destravit pedes.

Hic eodem anno, pontificatus sui anno primo, in feriis quatuor temporum post Penthecosten, fecit ordinationem [30 maii 1371] duodecim cardinalium, de quorum numero fuit dominus Robertus Gebennensis, qui tunc erat episcopus Cameracensis, qui successit in papatu domino Gregorio XJ.

Eodem anno, in estate sequenti, ivit ad Villamnovam, Avinionensis dyocesis, ubi stetit per aliquod tempus. Multa quidem et alia fecit illis temporibus que non sunt scripta hic.

Anno vero Domini MCCCLXXIIIJ [2], dictus dominus papa fecit processus contra Florentinos; et in fine fuerunt reputati scismatici, et fuerunt projecti de Avinione, et bona eorum capta.

Sequenti anno Domini MCCCLXXV et pontificatus sui anno quinto, in feriis quatuor temporum ante Nativitatem Domini [20 decembris], fecit ordinationem novem cardinalium, de quorum

1. que, *omis par Bal.* — 2. *lege* 1376.

D'après le manuscrit latin *4980* de la Bibliothèque nationale de Paris, p. 282-302.

numero fuit dominus Petrus de Judicia, consanguineus dicti domini pape, qui ante paucos dies fuerat archiepiscopus Narbonensis. postea archiepiscopus Rothomagensis, et in sequenti cardinalis, ut dictum est, post mortem domini cardinalis Guillelmi, fratris sui; qui obierat in domo sua propria anno Domini MCCCLXXIIIJ.

Et dictus dominus papa [1], recedens de Villanova, ivit versus castrum de Novis, et transiens Avinioni, noluit intrare palatium. et postea de Novis ivit ad Orgonum, et de Orgono ad Celonem. et in dictis locis stetit per totam [2] estatem.

Eodem anno [1375] fuit maxima caristia in tota lingua occitana et in multis aliis locis, taliter quod in Avinione valebat saumata frumenti decem florenis, et in multis aliis valebat viginti, et in aliis valebat XXV et ultra. In Avinione fuit ordinatum inter papam et dominos cardinales quod unusquisque provideret hospitalibus. taliter ut nullus juxta posse fame periret, et ita fuit factum et ordinatum inter eos.

Anno nativitatis Domini MCCCLXXVJ, die martis ante festum Penthecostes [27 maii], fuit missus legatus a latere in Ytaliam dominus Robertus, cardinalis Gebennensis, qui pro Ecclesia multa passus fuit. Et sequenti anno Domini [3] MCCCLXXVIIJ venit Romam, ubi tunc papa erat.

Anno nativitatis predicte MCCCLXXVJ, die sabbati intitulata die XIIJ mensis septembris, dictus dominus Gregorius papa undecimus recessit ab Avinione, causa eundi Romam. Et dum in palatio vellet ascendere equum, equus vix permisit ipsum ascendere; et quando fuit in villa juxta macellum, ex toto recusavit ipsum portare, et ipsum opportuit ibi descendere [4] et ascendere alium equum. Et propter hoc et multa alia pericula que postea evenerunt in mari cogitatum et dictum fuit a multis quod contra voluntatem Dei ibat Romam. Die vero XXIJ dicti mensis intravit Massiliam, transeundo [5] per Sanctum Maximinum ob reverentiam beate Marie Magdalene; et per dictam civitatem Massilie honorifice equitavit, et venit ad Sanctum Victorem, ubi stetit per aliquos dies. Et secunda die mensis octobris intravit galeam, gressum suum arripiendo, et nona die dicti mensis intravit portum Villefranche prope Niciam [6], et ibi stetit per aliquos dies, quia non erat ausus exire propter tempestatem maris. Et antequam esset ad dictum

1. qui, *ajouté par le ms.* — 2. totum *(sic)*, *ms.* — 3. *omis par Bal.* — 4. dessendere, *ms.* — 5. transceundo, *ms.* — 6. Nissiam, *ms.*

portum, dum esset in mari, fuit tanta pestilentia quod oportuit multa bona prohicere de galeis in mari propter elevationem. Die vero XVIIJ dicti mensis intravit Januam, ubi stetit per undecim dies; et exeundo Januam, intravit Portum Dalphinum, a quo non potuit exire propter tempestatem maris; sed ultima die dicti mensis [31] exivit in terram, et ivit ad quoddam monasterium monachorum nigrorum quod [1] vocatur Sancti Jeronimi, et distat a portu per tria miliaria; ubi celebravit, et fuit factum officium sollempniter, ut est moris. Die vero septima novembris intravit portum Livorne [2] prope Pisis, et stetit per novem dies propter tempestates maris. Et ibi presentaverunt Pisani domino pape vitulos, mutones, panem et vinum, et multa alia honorifice, et etiam cuilibet dominorum cardinalium duas botas vini, unam de greco, aliam de clareto, duos vitulos, duos mutones, et quatuor sac[c]os panis, et hospitia cuilibet sufficientia juxta qualitatem [3] loci. Postea venit ad portum de Plumbis [15 novembris] et intravit castrum, et stetit per aliquos dies. Deinde venit in Bacellum. Stetit etiam per aliquos dies. Et ubicumque staret, staba[t] proter tempestatem maris. Postea venit Cornetum [6 decembris], ubi stetit cum dominis cardinalibus per omnia festa Nativitatis Domini. Anno nativitatis Domini MCCCLXXVIJ, die mercurii XIIIJ mensis januarii, dictus dominus noster papa venit ad portum Hostie prope Romam XVJ miliaribus. Die jovis vero sequenti, que fuit XV ejusdem mensis, venit ad Sanctum Paulum, semper in galea stando per Tiberim. Die sabbati [17] vero fecit celebrare in altari beati Pauli, et ibi audivit missam; fueruntque ibi Romani semper cum eo. Et dicta missa, dictus dominus noster papa intravit Romam cum dictis Romanis satis honorifice, presentibus omnibus dominis cardinalibus, videlicet domino Petro episcopo Portuensi, Johanne episcopo Penestrino, Guillelmo tituli Sancti Stephani in Celiomonte, Francisco tituli Sancte Sabine, Bertrando tituli Sancte Cecilie [4], Hugone tituli Quatuor Coronatorum, Symone tituli Sanctorum Johannis et Pauli, Guidone tituli Sancte Crucis in Jherusalem, Johanne tituli Sancti Marcelli presbiteri[s] cardinalibus, Jacobo tituli Sancti Georgii ad Velum aureum, Guillelmo tituli Sancti Angeli, Petro tituli Sancte Marie in Via lata, Petro tituli Sancte Marie in Cosmedin dyaconi[s] cardinalibus. In Avinione vero remanserunt domini Anglicus Albanensis, Egidius Tusculanus, et Johannes Sabinensis

1. qui *(sic)*, *ms.* — 2. Liborne, *ms.* — 3. calitatem, *ms.* — 4. Scicilie, *ms.*

episcopi, Petrus tituli Sancte Anastasie et Guillelmus tituli Sancti Vitalis presbiteri, ac Hugo Sancte Marie in Porticu et Petrus Sancti Eustachii dyaconi cardinales, qui postea, [videlicet] dictus cardinalis Sancti Eustachii, sequtus fuit papam in Ytaliam. Petrus cardinalis Narbonensis, tituli Sancti Clementis, qui sequtus fuerat papam, obiit in civitate Pisana decima nona [1] die mensis novembris [1376], et in ecclesia cathedrali Sancte Marie fuit traditus in commendam anno MCCCLXXVJ, qui postea translatus fuit Narbonam et tumulatus in sepulcro suo pulcher[r]imo, quem ipsemet ibidem fecerat edificare. Et sic equitando dictus dominus papa per Romam pontificaliter venit ad Sanctum Petrum cum maxima multitudine populi, et erat quasi hora vesperorum; et etiam alia maxima multitudo Romanorum expectabat eum in platea [2] Sancti Petri cum magnis cereis illuminatis in maxima quantitate, et etiam omnes lampades ecclesie Sancti Petri illuminate [3], que erant in numero, ut dicitur, quasi octodecim mil[l]ia. Die vero vicesima prima dicti mensis [januarii], qua erat festum sancte Agnetis, celebravit summo mane secrete, januis clausis, in altari Sancti Petri, et posuit Veronicam sanctam supra altare; et dicta missa, retulit eam in loco suo. Item ibidem celebravit pontificaliter in festo cathedre sancti Petri, et etiam in festo Pasche [29 martii]. Item sextadecima die mensis maii ejusdem anni, que erat vigilia sancta [4] P[enthecostes], venit ad ecclesiam patriarchalem Sancte Marie Majoris, ubi in crastinum [17 maii] celebravit. Et in sequenti die [18 maii] ivit ad Sanctum Johannem Lateranensem; postmodum, die sequenti [19 maii], ad Sanctum Paulum. Extitit vero in dicta ecclesia Sancte Marie Majoris usque ad diem sabbati post festum corporis Christi [30 maii]. Et dicta die exivit de Roma pro eundo Anagniam, et secunda die junii anni predicti intravit Anagniam, et stetit ibi usque ad quintam diem novembris. Qua die exivit de dicta civitate pro revertendo Romam, et septima die ejusdem mensis intravit Romam. Die vero vicesima septima mensis martii anni Domini MCCCLXXVIIJ, in secunda hora noctis, in palatio apostolico, diem suum clausit extremum. Sollempnitas vero exequiarum suarum facta fuit honorifice, ut decebat. In crastinum [28 martii] vero fuit deportatum [corpus ejus] sollempniter ad Sanctam Mariam Novam sitam [5] prope Capitolium, ubi novena fuit

1. vigesima *au lieu de* decima nona, *Bal.* — 2. platea, *ms.* — 3. *omis par Bal.* 4. sancti *(sic)*, *ms.* — 5. scitam, *ms.*

integre completa. Factaque no[ve]na, omnes domini cardinales venerunt ad Sanctum Spiritum, et fecerunt ibi celebrare missam de Sancto Spiritu. Et dicta missa, fuerunt ibi Romani.

Et tunc [7 aprilis 1378] domini cardinales ordinaverunt inter eos quod quinque Romani, videlicet duo episcopi et tres layci, cum tribus Ultramontaneis seu Gallicis, quorum nomina erant ista : videlicet dominus episcopus Massiliensis, P[etrus] de Murlis et Bertrandus de Veyraco..... Qui quidem octo debebant cognoscere et honeste servare ipsum conclavum et ipsos dominos cardinales ab omni mala perturbatione, et impedimento ac molestia, etc., itaque attendere et servare juraverunt. Et dicta die[1] intravit fulgur inflammatum[2] in conclavi cum magno tonitruo, et fregit aliquantulum coperturam et plura alia, et postea exivit per fenestram, videntibus omnibus ibi presentibus. Sub illa vero confidentia sacramenti Romanorum dicti domini cardinales die septima aprilis intraverunt ipsum conclavum, officialesque Romanorum omnes armati cum maxima multitudine Romanorum intraverunt etiam cum dictis dominis cardinalibus. Et quando socii dictorum dominorum cardinalium et alii prelati,... dominus episcopus Massiliensis, qui locumtenens camerarii erat (qui dominus camerarius posuerat se in castro Sancti Angeli tam pro custodiendo personam suam quam pro custodiendo dictum castrum), dixit Romanis predictis ut exirent de conclavi, et permitterent ibi stare dominos cardinales, quia volebat et intendebat claudere conclavum, ut facere possent illud quod debebant. Tunc vero isti maledicti Romani nolebant exire; transactaque[3] quasi una hora, dominus Massiliensis fecit tantum quod exirent preter quadraginta vel quasi. Qui etiam armati erant, et ipsi nolebant exire; sed perquisiverunt totum conclavum per omnes lotgias seu cameras dominorum cardinalium, sub lectis et retro, et in latrinis, dicentes : *Volumus videre si hic sunt homines armorum absconsi, aut si sunt foramina per que aliquis posset intrare vel exire.* Alii vero qui exierant custodiebant portam conclavi clamantes et dicentes alta voce in lingua eorum : *Romano lo volemo lo papa, romano lo volemo.* Tunc vero dominus episcopus Massiliensis eisdem Romanis dixit quod male faciebant quia non exibant conclavum. Et ipsi Romani responderunt et dixerunt : *Expectamus alios duos officiales istius civitatis qui debent venire ad recipiendum licentiam a dominis car-*

1. *sic, lege* 6 aprilis. — 2. inflammatus *(sic)*, *ms.* — 3. transhactaque, *ms.*

dinalibus. Et tunc quasi in continenti veniunt illi duo; et dum fuerunt infra conclavum, sic [dixerunt] : *Volumus loqui cum omnibus dominis cardinalibus.* Tunc intraverunt omnes parvam capellam, et ibi dederunt eis audientiam. Unusque illorum inveteratus dierum malorum, Deum non habens pre oculis, proposuit coram dictis dominis cardinalibus, dicendo sic :

Reverendissimi domini mei et totius[1] *mundi, totus populus sanctus Romanus recommendat se gratie omnium dominationum vestrarum*[2], *supplicando ut dictum sanctum populum placeat et dignemini habere recommendatum. Qui quidem populus sanctus per septuaginta annos et ultra de summo pontifice et pastore stetit orphanus; et cum civitas ista sit capud totius christianitatis secundum ordinationem beatorum Petri et Pauli apostolorum, quibus Jhesus Christus claves regni celorum tradidit dicendo sic,* quia tu es Petrus, et super hanc petram edificabo Ecclesiam. *Quare cum dicti beati*[3] *apostoli fecerint et ordinaverint hic fundamentum totius*[4] *fidei christiane, videmus quia nulli pape efficiuntur sancti nisi illi qui visitant dictum sanctum populum, sicut dominus Urbanus papa V, qui ipsum populum sanctum visitavit, dominusque Gregorius, qui nunc diem suum clausit extremum, etiam sanctus est, prout firmiter credimus, quia etiam visitavit ipsum populum sanctum, Deus vero facit multa miracula pro eo. Quare supplicatur vobis pro consolatione totius populi sancti predicti facere habeatis unum papam romanum, quia hic invenietis multos magnos clericos nobiles, sapientes, ydoneos ad dictum officium papatus gubernandum. Si autem hoc facere non vultis, perquiratis totam Ytaliam; quia bene erit mirum si non invenitur unus ydoneus. Et si hoc facitis, magnam consolationem dabitis dicto sancto populo et etiam toti Ytalie. Si autem facere nolueritis, sciatis, sanctissimi domini mei, quod primo nos, qui officiales sumus, erimus mortui omnes et occisi*[5], *et certe*[6] *vos etiam omnes, quia bene potestis audire clamorem populi clamantis : Romano lo volemo lo papa, romano lo volemo, o al manco, al manco, italiano.* Quibus dixerunt dicti domini cardinales : *Exite aliquantulum foras, et loquamur insimul.* Qui exierunt. Consilio vero habito inter ipsos dominos cardinales, fecerunt dictos Romanos vocari. Et quando fuerunt coram dictis dominis cardinalibus, dominus cardinalis Florentinus, quia primus, dixit eisdem sic : *Nos miramur multum de vobis, quoniam*

1. toscius, *ms.* — 2. dominorum vestrorum, *ms.* — 3. *omis par Bal.* — 4. toscius, *ms.* — 5. sizi, *ms.* — 6. site, *ms.*

vos estis antiqui sapientes et clerici, habetisque canonicas auctenticas, et scitis bene quomodo debet fieri talis electio, quia talis electio tanti pastoris non debet fieri ex requisitione, favore, metu, aut aliquo strepitu, sed tantummodo dumtaxat ut omnes cardinales unanimiter et concorditer ex nudo in contemplatione divina et inspiratione [1] *Sancti Spiritus* [2] *debemus et volumus facere talem electionem, et cum ista non ignoretis, non debetis facere talem requisitionem, nec nos non debemus nec possumus aut tenemur aliquo modo vobis facere responsionem* [3]. Et in continenti facta ista responsione [4], alter Romanus fortius requisivit ipsos dominos cardinales, supplicando eis et minando sicut prius. Item etiam quidam alter Romanus eodem modo et fortius proposuit semper minando. Et tunc domini cardinales dixerunt eis sic : *Nos sumus in potestate vestra, et potestis nos occidere, si vultis; sed si sciremus mori, non faciemus nisi illud quod Deus nobis ordinabit et administrabit. Videte, eras dicemus unam missam de Sancto Spiritu, ut moris est, et postea faciemus quod Spiritus Sanctus nobis inspirabit* [5] *seu administrabit.* Hiis dictis, exierunt dictam cappellam, et Romani cum eis semper litigando, et alii Romani, qui stabant foris clamantes semper unanimiter et concorditer in lingua eorum dicentes ut supra, videlicet, *Romano lo volemo lo papa, ov* [6] *al manco, al manco, italiano.* Aliqui vero Ultramontani sive Gallici tunc [7] dicebant : *Si, si, aco isto playce* [8]. Tunc respondebant Romani : *Si en despetto de* [9] *Xristo o per las clavellatas deeu non l'averemo* [10] *romano o al manco ytaliano, e si no* [11] *lo fanno, toti quanti questi cardenali et Franchoyci seranno talhate a petse* [12]. Et hoc facientes et dicentes, venit unus illorum Romanorum qui erant infra conclavum; et aperuit fenestram conclavi, et dixit illis Romanis qui clamabant, in lingua sua : *State en pace, car li senhorre cardinali dixsono cossi que carx faranno dixcer una messa de lo Sancto Spirito, e poy faran que voy serete contente* [13]. Qui vero Romani maledicti tunc responderunt sic : *No, mo lo volemo, mo.* Et interim ridebant inter se, et unus faciebat alteri signum ut plus clamarent ut supra. In circuitu vero conclavi erat maxima

1. expiratione, *ms.* — 2. Spiritus sancti, *Bal.* — 3. responcionem, *ms.* — 4. responcione, *ms.* — 5. aspirabit, *ms.* — 6. o, *Bal.* — 7. *omis par Bal.* — 8. esto pla, *Bal.* — 9. in dispetto di, *Bal.* — 10. avremo, *Bal.* — 11. se non, *Bal.* — 12. tutti quanti questi cardinali et Francesi saranno tagliati a pezze, *Bal.* — 13. State in pace, perche li signori cardinali dicono cosi che domani faranno dire una messa dello Spirito santo, e poi faranno che voi sarete contenti, *Bal.*

multitudo Romanorum cum caboris et flautis, et eodem modo [1] clamabant fortiter juxta posse. Et transactis [2] quasi tribus horis noctis, dominus Massiliensis fecit tantum cum ipsis Romanis quod exierunt conclavum, sed non permiserunt conclavum claudere, ymo dicebant quod intendebant ipsum intrare et exire quando eis placeret. Et interim dominus Massiliensis duxit illos magnates et officiales in camera papali, et fecit poni mensas, et dedit eis ad comedendum et bibendum quantum voluerunt, et fecit tantum cum eis quod permiserunt claudere ipsum conclavum. Tamen bene perquisiverunt totum palatium et totum hospitium domini Camerarii, et totum illud quod invenerunt depredaverunt, et in majori parte vinum devastaverunt tam bibendo quam per terram prohiciendo. Omnis vero clamor iste duravit per totam illam noctem. Et quando venit in crastinum, in die jovis, que erat octava dies aprilis, dicti Romani miserunt quesitum omnes alios Romanos ad juvandum in clamore et terrore. Et ut citius [3] venirent et magis tumultus fieret et rumor, venerunt ad campanile Sancti Petri juxta palatium, et fregerunt portam, et ascenderunt ipsum campanile, et omnes campanas repicaverunt et pulsaverunt ita terribiliter quod videbatur esse ignis per totam Romam. Et in momento venit tantus tumultus et innumerabilis populus maledictus Romanus cum gladiis et fustibus quod videbatur quod vellent omnes Transmontanos et Gallicos occidere aut capere. Et quando domini cardinales audierunt tantos rumores et tumultus populorum, fecerunt quod dominus cardinalis Sancti Petri ivit ad januam conclavi, et fecit aperiri fenestram. Et dum loquebatur cum eis ut tacerent et expectarent aliquantulum, quia intentio erat dominorum cardinalium ut complacerent eis in hiis que petebant, illi autem qui stabant a longe querebant et petebant quid hoc esset. Qui responderunt : *Dominus cardinalis Sancti Petri.* Et illi intellexerunt quod dictus dominus cardinalis Sancti Petri esset papa, et clamaverunt : *Papam habemus cardinalem Sancti Petri.* Et cum ista voce exierunt Romani quasi pro majori parte clamantes per villam et dicentes : *Viva, viva, Sancto Pyetro.* Et iverunt ad hospitium suum sic clamantes, et depredaverunt et destruxerunt omnia que habebat in ipso hospitio, et interim dicti domini cardinales steterunt aliquantulum in pace. Et dum ipsi domini cardinales essent in miserrimo prandio, Romani videntes quod non aperiebant portas,

1. medio, *ms.* — 2. transhactis, *ms.* — 3. scitius, *ms*

venerunt cum terribili furore, et fregerunt portas ipsius conclavi. Et dum eas frangebant, nonnulli dominorum cardinalium fecerunt unum foramen ad fugiendum. Et dum fugam accepissent [1] per domum domini Camerarii, in qua domo multi maledicti Romani erant, qui in continenti invenerunt dominos cardinales et eos malitiose ceperunt et duxerunt in palatio per majorem portam ipsius in presentia omnium violenter, ut si essent digni morte, adduxerunt ad conclavum. Alii vero Romani intraverant et fregerant dictum conclavum, et depredabant[ur] omnia que habere poterant de cameris dictorum dominorum cardinalium. Tamen servitores dictorum dominorum cardinalium reservaverunt aliqua bona ex favore aliquorum Romanorum qui erant de familiaritate eorum. [2] Dicti vero maledicti Romani tenebant dominos cardinales et dicebant : *Vere ab hinc non exietis donec feceritis nobis papam Romanum vel Ytalianum.* Qui responderunt : *Nonne habetis vos dominum Sancti Petri?* Et dominus cardinalis de Britannia induit sibi clamidem. Tunc dicti maledicti Romani receperunt eum, et juraverunt sibi induere clamidem, ponentes eum supra altare, impendendo [3] eidem reverentiam, osculandoque eidem [4] pedes et manus. Et ipse, ut fidelis catholicus, noluit acceptare. Ymo clamabat : *Permittatis me ire, quia ego non sum papa, nec volo esse.* Tunc respondentes increpabant eum dicentes : *O caye me pilha aquesto bacone.* Qui plus clamabat et maledicebat eos ut eum dimitterent. Et dicti Romani, videntes hoc, dixerunt : *Va, que tu sies maledicto* [5]. Et dimiserunt eum. Et tunc servitores sui accesserunt ad eum, et receperunt eum quasi mortuum pre nimia fatigatione Romanorum, et deportaverunt eum in cameram papalem, ministrantes ei, et ibi requievit. Et interim omnes domini cardinales dixerunt Romanis : *Permittatis nos recedere, quia vere* [6] *vos habetis papam, et cras veniemus hic, et sollempniter, ut moris est, publicabimus eum.* Et tunc dimiserunt eos. Et recesserunt pedes, unus sine capa, alter cum capa, alter sine capucio, soli, sine sociis scutiferis. Sed maledicti Romani armati associabant eos taliter quod videbatur ut ducerent eos ad carcerem. Et dum associabant dominum cardinalem de Luna transeuntem [7] per pontem Sancti Angeli, illi qui erant in custodia castri cogitantes quod ducerent ipsum ad car-

1. arripuissent, *Bal.* — 2. et, *ajouté par le ms.* — 3. incumbendo, *ms.* — 4. ejusdem, *Bal.* — 5. che tu sia maledetto, *Bal.* — 6. vero, *Bal.* — 7. Lune transientem, *ms.*

cerem, irruerunt in eos; sed dominus cardinalis dixit eis : *Permittatis, quia ipsi associant me usque ad domum meam.* Et permiserunt. Et interim aliqui dictorum Romanorum, qui erant bene armati, furore repleti, reversi sunt ad plateam Sancti Petri clamantes terribiliter : *Mueyro le bratone*[1] *toti quanti et le franchilone.* Et cum isto clamore venerunt ad domum domini cardinalis de Britannia, et depredaverunt omnia que invenerunt, et abstulerunt sibi capam, et ceperunt omnes familiares suos quos poterant invenire, vestes et omnia que habebant eis abstulerunt, et aliquos ad carceres duxerunt. Et interim venit dominus Guido de Proinis, qui tunc erat senator Urbis, et increpavit Romanos, et invenit dictum dominum cardinalem solum, et ordinavit quod iret ad domum domini cardinalis Sancti Eustachii, et ivit sine capa et capucio. Domini cardinales stabant unusquisque in domo sua cum maximo timore. Facta autem nocte[2], aliqui illorum[3] dominorum cardinalium pre timore dissimulate intraverunt castrum Sancti Angeli, et aliqui exierunt Urbem, aliqui vero in domibus suis remanserunt. Et die crastina, que erat die veneris IX aprilis, post prandium, venerunt ad palatium, ex[e]eptis illis qui exierant Urbem; et congregati insimul in capella[4] vocaverunt archiepiscopum Barensem, et publicaverunt ipsum fore papam, et induerunt, cantantes cum miserrima voce *Te Deum laudamus*, pulsando campanam, et impenderunt[5] ei reverentiam, ut moris est. In die vero sancto Pasche, que erat XVIJ[6] aprilis, fuit coronatus, et equitavit processionaliter, ut moris est, ad Sanctum Johannem Lateranensem, et ibi fecit cerimonias[7] suas, et reversus in prandio ad palatium Sancti Petri.

Post paucos vero dies domini cardinales inceperunt exire Romam, duo una die, unus alia, unus cum licentia, alter sine licentia, et sic de aliis, taliter quod nullus Gallicus remansit; et omnes iverunt Anagniam, volentes procedere contra dictum intrusum, qui sic violenter voluit tenere papatum.

Et videns dictus intrusus sic omnes cardinales recessisse, exivit[8] Romam et die XXVJ junii equitavit quasi stultus sine cruce precedente et sine corpore Christi et sine ullo cardinali, et ivit ad unam civitatem que vocatur Tiburis, que distat ab Urbe per XV miliaria, et tenetur a Romanis. Et post paucos dies venerunt ad eum domini

1. bracore, *Bal.* — 2. nox *(sic)*, *ms.* — 3. *omis par Bal.* — 4. cappellam *(sic)*, *ms.* — 5. incumberunt, *ms.* — 6. *lege* XVIIJ. — 7. serimonias, *ms.* — 8. exire *(sic)*, *ms.*

cardinales Ytalici, videlicet de Florentia, de Sancto Petro, de Mediolano, et de Ursinis, et steterunt continue per aliquos dies.

Et stando domini cardinales, videlicet Lemovicensis, de Agrifolio, Gebennensis, Glandevensis, Pictavensis, Britannie, Ambianensis, Vivariensis, Majoris monasterii, Sancti Eustachii, Sancti Angeli, de Vernhio et de Luna in Anagnia [1], et ibi steterunt per aliquos dies in consilio cum eis, et postea reversi sunt ad dictum intrusum. Et post paucos vero dies dominus cardinalis de Ursinis venit iterum Anagniam, deinde reversus est ad dictum intrusum; et mora facta cum eo per paucos dies, ex toto omnes dimiserunt eum, et venerunt prope Anagniam per octo miliaria, ubi postea magno steterunt tempore.

Post hec vero dominus Petrus, archiepiscopus Arelathensis, Sedis apostolice atque sancte romane Ecclesie camerarius, de consensu et ordinatione dominorum cardinalium, qui bene totum factum cordi habebat cum domino comite Fundorum, mandato eorum mandavit domino Bernardo de la Sala ut veniret cum gentibus suis armorum pro custodia sacri collegii, ne forte vènirent Romani et tollerent locum et gentes. Et veniens dictus dominus B[ernardus] cum gentibus suis de partibus Viterbii, transiens [2] prope Romam juxta unum pontem, veniunt Romani in maxima multitudine armati contra eum. Et dictus dominus B[ernardus] rogabat eos ut permitterent ipsum transire. Qui responderunt : *Vere tu non transies* [3], *ymo hic cum tota gente tua morte morieris.* Et videns dictus dominus B[ernardus] Romanos ita furiosos in eum, congregavit omnes gentes suas, et facto maximo clamore irruit in eos. Qui subito Romani [4] fugam ceperunt hinc inde; et in fuga illa mortui fuerunt de Romanis quasi quingenti, et multi captivati [16 julii 1378]. Et sic dictus dominus B[ernardus] cum gentibus suis transivit [5] pontem, et venit Anagniam.

Die vero nona augusti ejusdem anni [1378] procedentes in declaratione domini cardinales Gallici fecerunt celebrare sollempniter unam missam de Sancto Spiritu in ecclesia majori Anagnie per dominum patriarcham Constantinopolitanum, natione Ytalicum [6], de comitatu Fundorum. Et dicta missa, ipsemet sermocinavit. Et post sermonem fecerunt legere per unum clericum declarationem contra intrusum, cujus tenor talis est :

1. Anagniam *(sic)*, *ms.* — 2. transciens, *ms.* — 3. transcies, *ms.* — 4. *lege* Romani subito, *Bal.* — 5. transcivit, *ms.* — 6. Ytalicus *(sic)*, *ms.*

Miseratione divina Johannes episcopus Penestrinus, Guillelmus tituli Sancti Stephani in Celio monte, Bertrandus tituli Sancte Cecilie[1], *Robertus tituli basilice XII Apostolorum, Hugo tituli Sanctorum Quatuor Coronatorum, Guido tituli Sancte Crucis in Jherusalem, Johannes tituli Sancti Marcelli, G[eraldus] tituli Sancti Clementis presbiteri, Petrus tituli Sancte Marie in Via lata, Petrus tituli Sancti Eustachii, Guillelmus tituli Sancti Angeli, Petrus tituli Sancte Marie in Cosmedin dyaconi sancte romane Ecclesie cardinales, facientes ultra duas partes omnium cardinalium in Urbe existentium tempore obitus sancte memorie domini Gregorii pape XI et eo tempore quo sui successoris debuit in eadem urbe electio celebrari. Urget nos Christi caritas, urget et zelus fidei, urget certe*[2] *Petri navicula, quam continuis*[3] *concussam fluctibus cernimus procelloso*[4] *in equore nauta piratico circumdati, urget archa federis Dominique novorum Philisteorum*[5] *impetu Israelitarum erepta de manibus, prophanis sacerdotibus pretio populi in ministerium tempore est relicta, urgent*[6] *vasa sacrarii, que Jherusalem ad Babilonem portata sunt, quibus temerariam manum injecit presens Babilonius Balthazar sic ut eis ad usus proprios potiatur, urget Domini inconsutilis tunica, que jam sorte non uni traditur, ymo sub sobna hoc partienda*[7], *si possibile foret, ministris Sathane exhibetur, urget pudorate sponse Christi calamitas, que vim quam patitur egre ferens, nos omnes jam de tarditate arguens impellit*[8] *ad debitum, ne ob defectum obsequii lenonum*[9] *pateat incursibus et infelicibus manibus attrectanda*[10] *linquatur, urget ultra hec omnia singularis illa affectio quam vos erga ort[h]odoxe fidei conservationem habere*[11] *cognovimus ut ea que hiis novissime lapsis temporibus in vacatione romane Ecclesie occurrerunt serenitati*[12] *regie nota fiant; ne forte vulgaris opinio, que veritatis ignara errorem sepe percurrit, vos in hac parte traheret ad illa forsitan*[13] *opinanda que nec veritatem sapiunt nec catholice fidei se coaptant*[14]. *Non enim revocamus in dubium quin sicut magister et rex omnium providus dispensator vos pre aliis voluit regale conscendere*[15] *solium regnique septrum tenere, sic dum lamentabilem casum ipsius Ecclesie sponse sue matrisque vestre et fidelium omnium per presentis scripture paginam, quam pro rei geste*[16] *veridico te-*

1. Scicilie, *ms.* — 2. serte, *ms.* — 3. continuas *(sic)*, *ms.* — 4. proecllozo, *ms.* — 5. Philesteorum, *ms.* — 6. urget *(sic)*, *ms.* — 7. forte non uni traditur, immo sub sonna hoc percipienda, *Bal.;* percipienda, *ms.* — 8. impellat, *ms.* — 9. Senonum, *ms. et Bal.* — 10. attractanda, *ms. et Bal.* — 11. habetis *(sic)*, *ms.* — 12. sanitati *(sic)*, *ms.* — 13. forcitan, *ms.* — 14. cohactant, *ms.* — 15. regule concedere, *ms.* — 16. rey gesti *(sic)*, *ms.*

stimonio mittendam decernimus, senseritis[1], *pia certe*[2] *compassionis viscera movebuntur, mens ex*[*c*]*itabitur regia, auferetur opinio, et gementi matri non deerit tam probati filii presidium*[3], *ymo sub corona capitis illius protegetur. Nulla ergo vos obumbrate veritatis seducat falerata opinio, nulla scriptura propter hec haut certos reddat, nulla nuntiorum multiplicata congeries lacteis suis, ficte tamen compositis, sermonibus regias sic aures demulceat quin sedenti arido super circulo et ad nil aliud quam lamentosis luctibus jam vacanti subveniat rapte matri oculus filii hoc cernentis*[4], *ne raptorum ipsius satietur taliter ingluvies quin filii baculo atteratur*[5]. *Nos, igitur, matris hujus vernaculi, qui vim quam patitur una cum ipsa patimur, nec immerito, incessanter, usque ad hec tempora distulimus in hac re procedere ad actus debitos, metu justo nusquam a nobis absente. Sed ne tam flagitiosi sceleris*[6] *occultatio mentes fidelium forsan faceret titillare*[7], *Christi, cujus res agitur, timore anteposito, hominum vero terroribus procul pulsis, volentes potius*[8], *ubi necessitas hoc exigit, in manus hominum incidere quam delinquere legem Dei nostri*[9], *ad publicationem processimus infrascriptam, hic*[10], *ut subsequitur.*

Universis Christi fidelibus miseratione divina, etc., domini cardinales superius in prologo nominati[11], *Anagnie pro nunc, quem locum ad omnia infrascripta peragenda tanquam ydoneum elegimus, prout nobis fuit licitum, existentes, absentibus reverendissimis in Christo patribus dominis Petro episcopo Portuensi, Francisco tituli Sancte Sabine, Symone tituli Sanctorum Johannis et Pauli presbiteris, Jacobo Sancti Georgii*[12] *ad Velum aureum dyacono, eadem miseratione ejusdem sancte romane*[13] *Ecclesie cardinalibus, tamen pro nostra parte ut propter infrascripta vellent hic convenire una nobiscum litteratorie*

1. senecritis, *ms.* — 2. vestre, *Bal.* — 3. prestandum, *ms.* — 4. subveniant rapte matris oculis filii hoc cernentes, *Bal.* — 5. sustentetur, *Bal.;* attestatur, *ms.* — 6. flagissiozi celeris, *ms.* — 7. titubare, *Bal.* — 8. poscius, *ms.* — 9. vestri, *ms.* — 10. *omis par Bal.* — 11. *au lieu de* domini cardinales superius in prologo nominati *Baluze met* Johannes episcopus Penestrinus, Guillelmus tituli sancti Stephani in Cœlio monte, Bertrandus tituli sanctae Caeciliae, Robertus basilicae XII. Apostolorum, Hugo tituli sanctorum quatuor coronatorum, Guido tituli sanctae crucis in Hierusalem, Johannes tituli sancti Marcelli, Geraldus tituli sancti Clementis Presbyteri, Petrus tituli sancti Eustachii, Guillelmus tituli sancti Angeli, Petrus tituli sanctae Mariae in Via lata, Petrus tituli sanctae Mariae in Cosmedin Diaconi sanctae Romanae Ecclesiae Cardinales, facientes ultra duas partes omnium Cardinalium in urbe existentium tempore obitus sanctae memoriae Domini Gregorii Papae XI. et eo tempore quo sui successoris debuit in eadem urbe electio celebrari. — 12. Laurentii *(sic)*, *ms.*. — 13. romane sancte, *ms.*

requisitis, apostolica Sede vacante, salutem [*et*] *in Domino vinculum caritatis. Exigit*[1] *sancte et catholice fidei puritas, exigit*[2] *et*[3] *catholici ac christiani populi devotio singularis, exigit*[4] *totius ecclesiastici status, clara professio ac salus animarum Christi fidelium singulorum, ut ea que dissimulata in fide maculam, subversionem in christicola populo, status ecclesiastici enervationem, ac evidentia*[5] *animarum inducerent pericula, palam notificentur omnibus, adnuntientur in populis, et juxta doctrinam evangelicam super tecta*[6] *predicentur, ne indiscretum*[7] *silentium* [*eos*] *in errorem*[8] *derelinquat qui poterant*[9] *erudiri, ac*[10] *hii ad quos ex officio pertinet*[11] *subjaceant reprehensioni Dei dicentis per Prophetam*[12] *: Prophete tui videbant*[13] *tibi falsa et stulta, nec aperiebant*[14] *iniquitatem tuam, ut te ad penitentiam provocarent. Cum igitur nuper apostolica Sede vacante*[15] *per obitum pie et sancte recordationis domini Gregorii pape XJ, qui de mense martii proxime preterito in urbe* [*Roma*] *diem suum clausit extremum, nos pro electione futuri pontificis, ut juris et moris est, celebranda*[16]*, in conclave in apostolico palatio, in quo idem sancte memorie dominus Gregorius obierat, deputato*[17]*, una cum prefatis*[18] *dominis absentibus convenissemus, officiales urbis cum magna multitudine populi pro magna parte armati, etiam*[19] *ad campanarum pulsationem factam propter hoc congregati, hostili more totum circumdantes ab extra, et ab intus fere implentes palatium, et terrori tam vehementi minas etiam superaddentes quod nisi eligeremus etiam*[20] *sine mora Romanum vel Ytalicum, statim interficeremur, etiam congruo spatio temporis, in quo saltem de persona deliberare possemus, penitus nobis substracto, contra voluntatem et propositum nostrum ad eligendum Ytalicum subito* [*et*] *ex abrupto*[21] *per violentiam et metum mortis coegerunt invitos. Propter quod, ad evitandum dumtaxat mortis periculum, quod in rumore populi tam furentis*[22] *nobis procul dubio imminebat, alias non facturi, ut etiam publice et*[23] *palam inter nos tunc*[24] *diximus*[25]*, Bartholomeum, tunc Barensem archiepiscopum, in papam duximus eligendum, extimantes ipsum, cui tam neffanda*[26] *intrusio*

1. Exhigit, *ms.* — 2. exhigit, *ms.* — 3. *omis par Bal.* — 4. exhigit, *ms.* — 5. tirennationem, ac evidentiam, *ms.* — 6. tacta, *ms.* — 7. indistrictum, *ms.* — 8. errore, *Bal.* — 9. poterat, *ms.* — 10. et, *Bal.* — 11. pertinent, *ms.* — 12. per Prophetam dicentis, *Bal.* — 13. videbantur, *ms.* — 14. apperiebant, *ms.* — 15. vaccante, *ms.* — 16. celebrande *(sic)*, *ms.* — 17. depputato, *ms.* — 18. preffatis, *ms.* — 19. et, *Bal.* — 20. et, *Bal.* — 21. arrupto, *ms.* — 22. frequentis, *Bal.* — 23. tune, *au lieu de* publice et, *Bal.* — 24. *omis par Bal.* — 25. duximus, *ms.* — 26. nefaria, *Bal.*

sicuti et pene toti clero et populo nota erat, talis esset conscientie quod eam nullatenus acceptaret. At ipse proprie salutis immemor, omni pura conscientia procul pulsa, ambitionis alias inaudite ardore maximo inflammatus, presentatione[1] *electionis hujusmodi ab illis ex nobis*[2] *qui in Urbe remanserant et per officialium et populi diversas [minas] et suas importunas requisitiones extorta*[3]*, contra canonicas sanctiones*[4]*, in scandalum maximum cleri et populi christiani, ac exempli perniciem, electioni hujusmodi, licet nulle et invalide, ipso jure consensit*[5]*, necnon metu et ipsius [metus] causa adhuc procul dubio perdurantibus in Urbe ipsa intronisatus et coronatus de facto, se papam et apostolicum nominavit, qui a sanctis patribus et jure com[m]uni apostaticus et anathematizatus, antichristus, et totius christianitatis illusor et destructor potius*[6] *et merito nominatur; nempe cum ista sua*[7] *tam nepharia intrusio in papatu jam sic sit divulgata per orbem veluti tam notoria quod jam alicubi celari*[8] *non potest, cum eo tempore, scilicet modicum ante Pascha, facta fuerit, quando de universis partibus christianitatis major adest in Urbe populi multitudo, quod errores quamplurimi pullulare incipiunt, et [cunctorum Christi] fidelium illaqueari conscientie*[9]*, ipseque diutius expectatus*[10]*, ac in secreto caritative admonitus, immemor salutis proprie, [secum] in precipi[ti]um cupiens trahere clerum et populum universum, ad cor redire non curet*[11]*, sed inanem*[12] *et transitoriam mundi gloriam saluti anime proprie ac cunctorum Christi fidelium anteponens, animo obstinato satagit, totam christianitatem scandalizando, ipsum papatum tirannice occupare, qui per ostium*[13] *non intravit. Nos vero*[14] *non volentes premissa salvis conscientiis amplius sub dissimulatione transire, ad vestram*[15] *et*[16] *omnium Christi fidelium notitiam premissa omnia, licet ipsa [tam] sibi quam pene*[17] *toti clero et populo existant notoria, deducentes, ipsum anathematizatum et tanquam intrusum in papatu, nulla canonica electione*[18] *[precedente], totius christianitatis invasorem, qui caput ipsius christianitatis invadere non formidat, destructoremque, qui [ut] sub sua occupatione tirannica efficere satagit ut fere sacramenta deficiant*[19] *et [ut] christicola populus*

1. presentationem, *Bal. et ms.* — 2. quibus, *ms.* — 3. extortas *(sic)*, *ms.*: extortam, *Bal.* — 4. sanxtiones, *ms.* — 5. consentiit, *ms.* — 6. poscius, *ms.* — 7. *placé après* intrusio *par Bal.* — 8. selari, *ms.* — 9. conscientie illaqueari, *Bal.* — 10. expectamus, *ms.* — 11. euretis *(sic)*, *ms.* — 12. inhanem, *ms.* — 13. hostium, *ms.* — 14. *omis par Bal.* — 15. vestrum, *Bal.* — 16. *omis par Bal.* — 17. perire *(sic)*, *ms.* — 18. electione canonica, *Bal.* — 19. efficiant *(sic)*, *ms.*

vero pastore carens ducatur in devium per abrupta [1], *publicamus et etiam denuntiamus, vos et vestrum singulos nichilominus sollempniter et publice serie presentium ex[h]ortantes et obsecrantes per viscera misericordie Jhesu Christi ut de cetero eidem [s]celesto viro, qui Dei Ecclesiam et sponsam non erubuit invadere, nolitis aliqualiter adherere nec ejus factis, mandatis, monitionibus, atque dictis, que omnino sunt falsa simulatione imbuta, aliqualiter obedire, cum jam* [2] *eumdem per alias nostras patentes litteras [exhortati et obsecrati fuerimus] et per presentes exhortamus et obsecramus sollempniter et publice* [3], *etiam* [4] *per eadem viscera, ut de fine cogitans, ad quem jam ipsum trahit plenitudo dierum, ad Deum et puram conscientiam dirigat aciem mentis sue, ipsamque beati Petri sedem sanctissimam, quam sine canonico titulo occupat, liberam et vacuam [omnino] dimittat,* [5] *insignia deponat papalia, [et] ab administratione spiritualium et temporalium papatus et romane Ecclesie abstineat* [6] *indilate, et alias Deo et Ecclesie sue sancte per fructus vere penitentie satisfacere studeat juxta posse; quod si fecerit, gratiam Dei, gloriam mundi, et laudes cleri et populi universi ac acerbarum* [7] *penarum per jura communia sibi impositarum et imponendarum remissionem cum misericordiosa indulgentia merebitur obtinere, alias indignationem Dei omnipotentis ac beatissimorum apostolorum Petri et Pauli sanctorumque omnium non immerito incursurus; nosque divinum et humanum auxilium, cum Christi sponsa et omnium christianorum communis mater per ipsum procul dubio violetur* [8], *invocabimus, aliisque utemur remediis per canonicas sanctiones* [9] *concessis, ab inde in antea nullam spem de misericordia habiturus. Datum Anagnie rectoratus provinciarum* [10] *Campanie et Maritime; quem locum propter probitatem et fidelitatem constantissimam magnifici viri Honorati Gaytani, comitis Fundorum et dictarum* [11] *provinciarum rectoris, et singularem devotionem quam ad romanam Ecclesiam et fidem catholicam et* [12] *ad nos gerere comprobatur, tanquam magis securum et ydoneum nobis ut supra ad premissa omnia peragenda duximus eligendum, anno a nativitate Domini MCCCLXXVIIJ, die nona mensis augusti, prime indictionis, sub propriis nostris signis pendentibus, dicta apostolica Sede vacante.*

1. arrupta, *ms.* — 2. ad, *ajouté par le ms.* — 3. litteras patentes exhortemur et obsecremur etiam per presentes sollempniter et publice, *ms.* — 4. et, *Bal.* — 5. omnia, *ajouté par le ms.* — 6. obtineat *(sic)*, *ms.* — 7. asserbarum, *ms.* — 8. per ipsum violenter procul dubio, *ms.* — 9. sanxtiones, *ms.* — 10. *placé après* Maritime *par le ms.* — 11. dictarumque, *ms.* — 12. ac, *Bal.*

Johanna, Dei gratia regina Jherusalem et Sicilie [1], *ducatus Apulie, et principatus Capue, Provincie et Folqualquerii ac Pedimontis comitissa, justiciariis, etc. Si datum est nobis a superna gratia regere terras, sic debemus in nostro regimine disponere actus nostros illosque continue saluberrimis consiliis roborare ut populi nobis crediti, et de quibus habemus regi regum reddere rationem, fugato quolibet turbulento, serventur innocui, et presertim in causis gravioribus et emergentibus vehementius invigilare debemus pro cura et gubernatione fidelium, ne ipsa regni bona dispositio, que dependere dinoscitur a constantia fidei et ab obedientie* [2] *jugo ac viis rectis et salutiferis presidentis, in lapsum corruat, et per contagium pestifere supervenientis materie irrepente nequitia* [3] *per insidiosas* [4] *latebras ad diverticula et viarum angustias in sui principio* [5] *se corrumpat. Sane credimus in toto regno nostro Sicilie* [6] *et in omnibus regnicolis nostrisque comitatibus Provincie et Forqualquerii manifestum, quod etiam ad partes totius Ytalie ac ad remotas et varias mundi partes transivit notitia qualiter occupata Sedes apostolica contra canonicas sanctiones per intrusum illum Tuczillum Pingaurum de Neapoli, olim episcopum Barensem, qui in trono pestilentie sedens se papam postulat nominari, electissimi et prudentissimi ac reverendissimi viri illi ac patres et domini cardinales apostolice Sedis ostium* [7], *per quod intrare debemus ad cognitionem vere fidei, et qui cardinales mundi dici per quamdam dignitatis et virtutum excellentiam* [8] *meruerunt, cupientes effugere perniciem animarum suarum, quas ex tanto errore et rerum caligine poterant in profundum perpetue calamitatis infringere, ac de statu mundi, providentia et conservatione fidei ort[h]odoxe, quam periclitari in tanto turbine et rerum naufragio verisimiliter vognoscebant, captato loco et tempore in quibus possent in hiis dare ordinem, et ut mundi machina per summum et verum antistitem canonice intrantem feliciter regeretur, et factis prius et promulgatis certis declaratoriis opportunis contra intrusum eumdem, et deinde invocat[a] et affluente illis Spiritus Sancti gratia, dominum R[obertum], cardinalem tunc Gebennensem, in quem ipsorum cardinalium concorditer et pari voto ab omnibus consideratis circumstanciis resedit* [9] *opinio, tanquam in virum magne auctoritatis et sapientie, auctorem pacis, ponderatum in consilio, caritate ardentem*

1. Scicilie, *ms.* — 2. hobedientie, *ms.* — 3. nequiscia, *ms.* — 4. incidiosas, *ms.* — 5. principium, *ms.* — 6. Scilicie, *ms.* — 7. sedis hospitium, quidem, *ms.* — 8. excellentie *(sic)*, *ms.* — 9. recedit, *ms.*

multiplicibus virtutibus et aliis divinis gratiis redimitum, pro recta gubernatione et naucherio beati Petri navicule ac summum et verum antistitem per vias canonicas elegerunt : quo perducto celerrime[1] *ad notitiam majestatis*[2] *nostre, nos dirigentes nostre considerationis intuitum ad laudabilia et gloriosa gesta catholicorum principum progenitorum nostrorum regnorum Sicilie*[3], *quorum vita fuit semper doctrina aliis et regula exemplaris, qui semper obedientes sancte matris Ecclesie fuerunt speculum et quasi quoddam simulacrum cunctis principibus christianis, cultores*[4] *et fautores ac defensores catholice fidei, edificatores templorum et ecclesiarum, et pro ipsa fide catholica et sancta romana Ecclesia pugiles et continue preliantes, internis affectibus incepimus cogitare qualiter nos a tanto caritatis fomite descendentes, et velut a sacratissima arbore propagata virgula trahentes originem, possemus rectas vias inspicere, et inspectas et cognitas per actus meritorios conservare. Sicque ad discussionem tante rei*[5], *et ut possemus tanti negotii veritatem elicere, cum de salute anime nostre et bono conscientie ageretur, consuluimus magne auctoritatis viros tam de dicto regno nostro quam de partibus extra regnum, et quorum profecto non novit errasse judicium, magistros scilicet in sacra pagina, doctores legum, et juris canonici professores, diversosque prelatos et presules, et magistros alios in aliis facultatibus, ut mentem nostram securo robore confirmarent, licet ipsa rei essentia cujuslibet judicio et intellectui sano parerent, cum proprium et naturale sit hominis veritatem discernere*[6], *tandem sanctissimi et clementissimi domini nostri domini Clementis pape VI noviter per dictos cardinales electi, et qui summus pontifex meruit appellari, fuit in via in presentia nostri assistentis consilii et multorum processibus aptis demonstrata, quem tanquam dominum nostrum et sancte romane et universalis Ecclesie summum pontificem mente integra, fide firma, et virtute robusta intendimus filialiter revereri, et voce depromimus cordis, et pectoris testimonio comprobare. Verum quia intrusus ille, olim Barensis archiepiscopus, quem furor ambitiosus ar[r]ipuit, obtenebrata sensus caligine, papam [se] flagitat nominari, sicut intelleximus, ad regnum nostrum commissarios seu executores*[7] *disposuit destinare et fieri facere pro parte sua tanquam veri et catholici..... potius ficti et pseudoantistitis ordinationes, jussiones pariter et mandata, ex quibus profecto scandala magna possent insurgere.*

1. celeberru, *ms.* — 2. magestatis, *ms.* — 3. Scicilie, *ms.* — 4. cultoresvis, *ms.* — 5. rey, *ms.* — 6. dissernere, *ms.* — 7. exsequtores, *ms.*

seditiones, brige et rixe, ac errores in populo..... pariter et rixe, cum unus sol irradiare debeat super clipeo veritatis et unus lucere cunctis animantibus super terra, incumbatque nobis signanter ex officio presidentie nostre ita curare de subditis ut tempora nostri regiminis faciamus felicia, et fideles ipsos ab angustiis et noxiis novitatibus preservemus, providimus tam prelatorum quam aliorum peritorum et nostri consilii deliberatione matura quod nullo modo pro parte dicti Tuczilli, olim archiepiscopi Barensis, intrusi, nuntii et exsecutores[1] *in regno nostro Sicilie*[2] *seu commissarii admittantur, nec pro quacumque causa spirituali vel temporali executiones fieri, ambassi[a]tas exponi, jussiones perfici quomodolibet vel mandata, sed penitus rejici*[3]*, et in potentia dextere nostre repelli; omnes et quascumque personas que pro parte dicti intrusi occulte vel publice et in quavis civitate, terra, vel loco talia contra hujusmodi nostre voluntatis intentum*[4] *quomodolibet attemptarent, quinymo ipsos ejus nuntios, executores*[5]*, et alios subditos de personis capi volumus resserrari et*[6] *arrestari, ac sic captos et arrestatos teneri sub fida custodia usquequo aliud duxerimus demandandum. Si quis autem ad hoc [auxilium] impenderet tacite vel expresse, publice vel occulte daret assistentiam vel favorem, seu in civitatibus, terris, castris eorum et locis tales commissarios, hujusmodi executores, vel ambassiatores admitterent, et executiones*[7] *hujusmodi, ambassiatas, jussiones, et mandata fieri paterentur*[8]*, notam inobedientie*[9]*, sive comes, sive baro, seu nobilis, aut burgensis, cujuscumque status aut conditionis, etiamsi regali dignitate fungerentur, aut universitas aut persona singularis existeret, volumus incurrere ipso facto. Quare fidelitati tue de certa nostra scientia mandamus expresse quatenus formam presentium per terras et loca jurisdictionis tue, famosas maxime, etiamsi capitaneos habeat, divulget ex more et faciat*[10] *per competentia officia publice divulgari, facturus fieri de executione*[11] *presentium cum earum forma competentia publica consimilia instrumenta; quorum aliqua penes te retineas, cui.... temporis producenda reliqua ad curiam nostram mittas. Nos enim quod in aliis provinciis, terris et locis dicti regni fiat modo simili presentium divulgatio scribimus nostras consimiles litteras ipsius regni nostri aliis justiciariis. Datum in castro*

1. exequtores, *ms.* — 2. Scicilie, *ms.* — 3. reici, *ms.* — 4. intemptum, *ms.* — 5. exequtores, *ms.* — 6. et etiam *au lieu de* resserrari, *Bat.* — 7. exequtiones, *ms.* — 8. peterentur, *ms.* — 9. inhobedientie, *ms.* — 10. facias, *ms.* — 11. exeqution, *ms.*

Ovi prope Neapolim per virum magnificum Luzorium Zurulum de Neapoli, militem, logothetam et prothonotarium regni nostri, collateralem consiliarium et fidelem nostrum dilectum, anno Domini MCCCLXXVIIJ, die XX *novembris, secunde indictionis, regnorum*[1] *nostrorum anno trigesimo sexto. Cum autem nulla res inchoari debeat de qua non prius ratio sit habenda et reddenda causa probabili argumento, prescriptas litteras in forma predicta non solum destinari jussimus et fecimus per diversas et varias regni nostri provincias, sed qui contra contemptores et transgressores prescripte nostre declarationis, mandati, et hujusmodi nostre voluntatis intentus, si qui fuerint, possumus sublata omni reprehensionis*[2] *nota procedere recta via, nec liceat universalem notitiam tam apud devotos, benivolos et amicos quam apud nostros subditos, quod omnes actus nostri, in quibus agendis justitie presidio conserventur*[3] *earumdem scripturarum litterarum apud diversas et varias mundi partes consulte providimus et fecimus notitiam pervenire. In cujus rei*[4] *testimonium presentes litteras exinde fieri et pendenti majestatis*[5] *nostre sigillo jussimus muniri. Datum in eodem castro Ovi per eumdem virum magnificum Luzorium Zurulum de Neapoli, militem, logothetam et prothonotarium regni Sicilie*[6]*, collateralem consiliarium et fidelem nostrum dilectum, anno Domini MCCCLXXVIIJ, die* XXIJ *ejusdem mensis novembris, secunde indictionis, regnorum nostrorum anno XXXVJ.*

Post hec vero, videlicet XXVIJ augusti, anno Domini MCCCLXXVIIJ, omnes domini cardinales exierunt Anagniam, et venerunt ad quamdam civitatem que vocatur Fundis, que distat a civitate Anagnie per XXVIJ milliaria versus Neapolim[7], et est prope Gayetam, que est portus maris per decem milliaria. Et dicta civitas Fundana est domini[8] Honorati Gaytani, comitis Fundorum, qui dictus comes gubernavit et conservavit totum sacrum collegium bene et fideliter cum gentibus suis armorum juxta posse. Et stantes dicti domini cardinales Gallici in dicta civitate Fundana, volentes procedere ad eligendum papam, venerunt dicti domini cardinales Ytalici ad dictam civitatem, et die vigesima septembris omnes congregati insimul concorditer elegerunt in summum pontificem dominum cardinalem Gebennensem. Et facta electione,

1. annorum *(sic)*, *ms.* — 2. reprehencionis, *ms.* — 3. consonentur *(sic)*, *ms.* — 4. rey, *ms.* — 5. magestatis, *ms.* — 6. Scicilie, *ms.* — 7. Neapolis *(sic)*, *ms.* — 8. *omis par Bal.*

antequam publicaretur, recesserunt dicti cardinales Ytalici. Et in crastinum, quod[1] erat XXJ septembris, fuit publicatus, et Clemens appellari voluit.

Eodem anno nativitatis Domini MCCCLXXVIIJ, die XXVIIJ ejusdem mensis septembris, que fuit die sabbati quatuor temporum, dictus intrusus sive antichristus, Rome existens solus in camera, januis clausis, ordinavit et scripsit XXIX anticardinales; et, aperta camera, ipsemet pulsavit campanam parvam, et omnes intraverunt qui voluerunt intrare, et dixit illis qui assistebant ei : *Ego volo facere cardinales.* Et tradidit secretario suo scriptum quod fecerat, et ille legit et nominavit. Deinde dictus intrusus sermocinavit et dixit : *Ego elegi istos, et volo ipsos esse cardinales;* quorum nomina non sunt hic scripta.

1. que *(sic)*, *ms.*

TERTIA VITA

GREGORII XI

EX APPENDICE

PTOLEMAEI LUCENSIS

Gregorius XJ, natione Lemovicensis, prius vocatus Petrus Bellifortis et nepos Clementis VJ, dum esset cardinalis Sancte Marie Nove, concorditer a cardinalibus electus est in papam in Avinione, anno Domini MCCCLXX, mense [1] decembris. Sedit annis VIJ, mensibus IIJ, diebus....., et sepultus est Rome in ecclesia dyaconie Beate Marie que Nova nuncupatur. Et cessavit episcopatus dies X.

Hic enim, dum esset annorum circiter [2] XVIJ, sancte memorie Clemens VJ, ejus patruus, eum in dyaconum cardinalem sancte romane Ecclesie assumpsit. Et ne carni et sanguini acquievisse videretur, continuo eum excellentissimis doctoribus juris utriusque et aliarum scientiarum non vulgaribus preceptoribus tradidit erudiendum. Qui ita in multis scientiarum generibus profecit ut non modo mediocris, sed eminentissime scientie doctor a cunctis haberetur. In tantumque [3] culmen et famam doctrine evasit [4] [ut] a famosissimis Ytalie doctoribus, a Baldo precipue de Perusio in cathedra legente [5] jus civile, [6] ejus opiniones et dicta adducerentur in medium, sepiusque ejus dicta allegans diceret [7] : *Dominus noster in hac lege sic dicit*, intelligens de domino Gregorio XJ, cujus scripta non ad mediocres solum, sed ad eruditissimos [8] jam

1. mensis *(sic)*, *mss.* — 2. *omis par B.* — 3. tantum, *B.* — 4. evasit doctrine, *B.* — 5. legenti, *mss.*— 6. ut, *placé ici par A.*— 7. allegaret dicens, *Bal.*— 8. evidentissimos, *B.*

Désignation des manuscrits employés :

A = Bibliothèque nationale de Paris, ms. latin *5127*, fol. 364 r°-365 r°.
B = Bibliothèque Laurentienne, ms. *XIV*, *19*, fol. 294 v°-295 v°.

pervenerant. Vite etiam innocentissime fuit, placidus in moribus et super omnes humilis et devotus, vultu palidus[1] et complexionis admodum delicate[2].

Dum enim in palatio Avinionensi moram traheret, et die quadam in aula deambulans, comitante eum episcopo quodam, ejus cubiculario, diceretque Gregorius[3] episcopo : *Domine episcope, quare non vaditis ad ecclesiam vestram?* et continuo episcopus respondens diceret[4] : *Et vos, pater sancte, quare ad ecclesiam*[5] *vestram non acceditis?* intelligens de Romana, que sedes est Petri et Christi vicarii[6], ita animo compunctus est et in[7] conscientia tactus ut statim de veniendo Romam cogitaret.

Erat per idem tempus totum fere Ecclesie[8] patrimonium in Ytalia, opera Florentinorum, per tirannides[9] plurimos Ytalie occupatum. Et hinc[10] occasione sumpta[11], paucis hujus sui secreti consciis, paratis galeis[12], contra attinentium et amicorum voluntatem Romam venit, que annis ultra septuaginta, a tempore videlicet Clementis V, romani pontificis presentia, qui in Urbe continuo resideret, privata fuerat. Intravit ergo Urbem[13] cum ingenti Romanorum omnium letitia[14] et incredibili applausu receptus, acclamantibus cunctis : *Benedictus qui venit in nomine Domini pastor supremus!* Gaudebant omnes videre sanctum pontificem, dimissis parentibus et notis, dimissa patria propria, spretis omnium persuasionibus ut non veniret, in sede propria collocatum.

Dum sic Rome moraretur veluti pastor bonus et Christi[15] verus imitator, agere cepit via pacis ad reducendum populum Florentinum, qui nimis se ab Ecclesia separaverat, multaque contra Ecclesiam commiserat; propter que fuerant anathematizati, gravati et reaggravati majores de civitate, et civitas interdicto supposita. Pro qua reductione et pace cum dictis Florentinis tractanda et firmanda et recuperatione terrarum Ecclesie, misit [1378] ad eos legatum de latere dominum Johannem, tituli Sancti Marcelli, cardinalem Ambianensem. Ante cujus legationis finem, sicut Domino placuit, dominus Gregorius infirmatur et Rome moritur, die XXVIJ martii, anno Domini MCCCLXXVIIJ, cum omnium multo dolore

1. placidus, *B.* — 2. delicatus, *B.* — 3. Gregorio *(sic)*, *B.* — 4. Respondit ei episcopus *au lieu de* et continuo episcopus respondens diceret, *B.* — 5. *omis par B.* — 6. propria, *ajouté par Bal.* — 7. *omis par B.* — 8. *omis par B.* — 9. tyrannos, *Bal.* — 10. hujus, *B.* — 11. *omis par B.* — 12. paratis galeis, *omis par B.* — 13. Urbem ergo, *B.* — 14. letitia omnium, *B.* — 15. vicarius et, *ajoutés par B.*

et merore, et vere dolore presago futurorum malorum, longi videlicet scismatis, quod ex ipsius morte in Ecclesia Dei secutum est; cujus initium et causa inferius seriose describitur, veritatem sequendo, sicut prope[1] accidit in facto[2], licet aliter forte ab aliquibus casus[3] hujusmodi scismatis ponatur in terminis.

1. proprie, *Bal.* — 2. accedit infectio *au lieu de* accidit in facto, *B.* — 3. causa, *B.*

QUARTA VITA

GREGORII XI

EX CONTINUATORE WERNERI

CANONICI BUNNENSIS, DESUMPTA

Gregorius XJ, natione Lemovicensis, ex patre Rogerio, prius dictus Petrus de Belloforte, Sancte Marie Nove diaconus cardinalis, ac nepos bone memorie domini Clementis pape VJ predicti, eligitur [1] Avinione [2] anno Domini MCCCLXX in vigilia Epiphanie [5 januarii 1371, n. st.]. Sedit annis VIIJ, mensibus IJ, diebus XXVJ.

Hic ante suam electionem vovit, Sede vacante, quod si eligeretur in papam, veniret ad propriam sedem. Et ideo retrahi ab hac intentione nequivit. Sepius enim per collegium, parentes et regem Francie dissuasum est ei, diversis et arduis impedimentis objectis. Que omnia forti animo superavit, adeo ut matri prostrate ad limen aule, quando recessit, nudo pectore, cum maximo ululatu dicenti : *Fili, quo pergis ? nunquam ulterius te videbo*, corpore tamen trans passum non calcato, diceret scriptum esse : *Super aspidem et basiliscum ambulabis.*

Eodem anno sue assumptionis [30 maii 1371], proximis quatuor temporibus, creavit XIJ cardinales, ut posset resistere antiquioribus, qui eum elegerant, et propterea plus quam expediret Ecclesie presumebant tam in consiliis quam in promotionibus et gratiis extorquendis.

Hic refici fecit campanile ecclesie Beate Marie Majoris de Urbe, necnon Lateranensem ecclesiam.

Hic conferendo ordines Petro de Luna, eum assumendo in dia-

1. *lege* coronatur. — 2. Avinioni, *Bal.*

D'après la copie d'un manuscrit du chapitre cathédral de Bordeaux prise par André Duchesne; Bibliothèque nationale, *Baluze 56*, fol. 81 r° et v°.

conum cardinalem ecclesie Sancte Marie [in] Cosmedin, ait : *Caveas ne tua luna patiatur eclypsim*, cunctis astantibus et audientibus et notantibus hec, que postmodum impleta fuerunt. Audiverat enim multiplicia esse diversoria et semitas animi dicti Petri sophismatibus verbisque fallacibus imbuti.

Hic anno Domini MCCCLXXVJ recessit Avinione versus dictam Urbem cum XXXIJ galeis et pluribus navigiis, adeo ut una civitas apparerent in mari cum simul essent. Intravit autem dictam Urbem die beati Antonii [17 januarii] MCCCLXXVIJ.

Sed ante dictum recessum, ultimo martii [MCCC]LXXVJ [31 martii] condemnaverat Florentinos et Franciscum de Vico, prefectum Urbis, ac Baptistam, ejus fratrem, propter rebellionem terrarum quam sibi fecerant, usque ad septimam generationem.

Hic indixit vigiliam Nativitatis beate Marie Virginis Anagnie, VIIJ die septembris, pontificatus sui anno VIIJ[1].

Hec omnia contigerunt regnante Karolo IV imperatore, qui dedit potestatem eidem Gregorio pape per suas litteras suo imperiali sigillo munitas MCCCLXXIJ, sub data Prage, IV nonas [2] augusti, X indictione, et regnorum suorum Romani XXVIJ, Boemie XXVIJ[2], Imperii vero XVIIJ, plenissimam de terris, possessionibus, et quibuscumque rebus Barnabonis[3] et Galeacii[4] Vicecomitum Mediolanensium, eorumque sequacium, colligatorum, et adherentium, quas nomine imperialis vicariatus aut aliis titulis tenebant vel sibi vendicabant, in vicariatum suo imperiali nomine aliis concedendi usque ad X annos extunc in antea.

Iste idem imperator ivit Parisius peregre, ubi coronavit filium Karoli V[5], regis Francorum, de facto in regem Arelatensem, ad decennium tantum [7 januarii 1378].

Item idem Karolus imperator approbavit constitutionem Honorii IIJ de libertate ecclesiastica et cleri, exprimens XJ hujusmodi libertates cassas et irritas, attemptata ultra penas indictas per Fredericum imperatorem, puniens etiam communia et judices banniens et infamie ac pena dupli, et publicari mandans hujusmodi suam constitutionem; que Kar[o]lina communiter dicitur, et habetur in libro cancellarie romane Ecclesie; per quam distribuitur petentibus sub nomine pontificis cujuslibet successoris pro tempore pro maxima libertate executoribus[6] deputatis.

1. *lege* VII [1377]. — 2. *lege* XXVI. — 3. Bernabonis, *Bal.* — 4. Galeani, *ms.* — 5. IIJ *(sic)*, *ms.* — 6. executionibus, *ms.*

Item idem imperator, eo veniente, obtinuit filium suum primogenitum ad Imperium et in regem Romanorum eligi [10 junii 1376]. Obiit autem idem imperator penultima [29] novembris MCCCLXXVIIJ et regnavit pro eo Winceslaus IIIJ, filius suus predictus.

Prefatus autem Gregorius papa obiit Rome XXVIJ martii MCCCLXXVIIJ, pontificatus sui anno octavo, et apud suum titulum in Sancta Maria Nova sepelitur.

QUINTA VITA

GREGORII XI

AUCTORE PETRO DE HERENTHALS

PRIORE FLOREFFIENSI

Gregorius XJ, defuncto supradicto Urbano, electus est in papam. Qui prius fuit cardinalis, vir simplicis vite, mitis et benignus. Qui in tantum exstitit de suis cognatis apud Avinionem in petitionibus et supplicationibus fatigatus quod, exiens de terra et cognatione sua, de Avinione perrexit Romam, ibidem quoque non post multos annos obiens, perrexit ad Dominum, virgo mente et corpore, ut quidam asserebant.

Ejus tempore, videlicet anno Domini MCCCLXXV, mira secta tam virorum quam mulierum venit [1] Aquisgrani de partibus Alamannie, et ascendit usque Hannoniam [2] seu Franciam; cujus talis fuit conditio. Nam homines utriusque sexus illudebantur a demonio taliter quod, tam in domibus quam in plateis et in ecclesiis, se invicem manibus [3] tenentes chorizabant et in altum sic [4] saltabant, ac quedam nomina demoniorum nominabant, videlicet Friskes et similia, nullam cognitionem in hujusmodi chorizatione nec verecundiam sui propter astantes populos habentes. Et in fine hujus chorizationis in tantum circa pectoralia torquebantur quod, nisi mappulis lineis a suis amicis per medium ventris fortiter stringerentur, quasi furiose clamabant se mori. Hii vero in Leodio per conjurationes sumptas de illis que in cathecismo ante baptis-

1. in, *ajouté par A.* — 2. Hononiam, *B, Bal.* — 3. manus, *A.* — 4. *omis par B, Bal.*

Désignation des manuscrits employés :

A = Bibliothèque royale de Bruxelles, ms. latin *12000*, fol. 146 r° et v°.
B = Bibliothèque nationale de Paris, ms. latin *4931 A*, fol. 230 r° et v°.

mum fiunt, a demonio liberabantur, et sanati dicebant quod videbatur eis quod in hora hujus chorizationis erant in fluvio sanguinis et propterea sic in altum saltabant. Vulgus autem, apud Leodium, dicebat quod hujusmodi plaga populo contigisset eo quod populus male baptizatus erat, maxime a presbiteris suas tenentibus concubinas. Et propter hoc proposuerat vulgus insurgere in clerum eos occidendo et bona eorum diripiendo, nisi Deus de remedio providisset per conjurationes predictas. Quo viso, cessavit tempestas vulgi taliter quod clerus multo plus a populo [1] fuit honoratus.

De ista autem chorizatione seu secta talia exstant [2] rigmata :

Oritur in seculo nova quedam secta
In gestis aut in speculo visa plus nec lecta.
Populus tripudiat nimium saltando.
Se unus alteri sociat leviter clamando.
Frisch friskes cum gaudio clamat uterque sexus
Cinctus [3] *manutergio et baculo connexus.*
Capite fert pilleum [4] *desuper et certum.*
Cernit Marie filium et [5] *celum apertum.*
Deorsum prosternitur. Dudum fit ululatus.
Calcato ventre, cernitur statim liberatus.
Vagatur loca varia pompose vivendo.
Mendicat necessaria propriis parcendo.
Spernit videre rubea et personam flentem.
Ad fidei contraria erigit hic [6] *gens mentem.*
Noctis sub umbraculo ista perpetravit.
Cum naturali baculo subtus se calcavit.
Clerum habet odio. Non curat sacramenta.
Post sunt in Leodio remedia inventa,
Hanc nam fraudem qui [7] *suggessit Sathan est convictus.*
Conjuratus evanescit. Hinc sit Christus benedictus. Amen [8].

1. a populo, *omis par A.* — 2. extant, *B, Bal.* — 3. cunctus, *B, Bal.* — 4. pelleum, *B, Bal.* — 5. *omis par B, Bal.* — 6. hoc, *A.* — 7. que, *B;* qua, *Bal.* — 8. *omis par B, Bal.*

PRIMA VITA

CLEMENTIS VII

Clemens papa VIJ, frater comitis [1] Gebennensis, prius Robertus nominatus, fuit electus modo subsequenti [2]. Post mortem enim Gregorii pape XJ Bandarenses et duodecim capita regionum cum ceteris officiariis qui pro tunc Romam et Romanum populum regebant, manu armata ac [3] cum populi multitudine copiosa congregati coegerunt [4], compulerunt [5] et artaverunt cardinales tunc Rome existentes, et ad quos pro [6] tunc romani pontificis electio pertinebat [7], in conclavi jam reclusos et adunatos pro electione hujusmodi celebranda, ad eligendum quemdam Bartholomeum de Prinhano, Ytalicum et Neapolitanum [8], tunc archiepiscopum Barensem [9], qui, licet falso, Urbanum VJ se fecit nominari. Mortem enim confestim [10] ipsis intemptare [11] volebant, nisi [12] ita fecissent. Qui tali metu ducti, alias non [13] facturi [14], ipsum in Sede apostolica intronizaverunt seu verius [15] intruserunt et demum coronaverunt, ut [16] in historia [17] dicti Gregorii latius est descriptum.

Volens autem dictus Bartholomeus intrusus factum suum hujusmodi, seu potius fastum [18], per vim et violentiam extortum, per fas sive nefas [19] indebite et scienter, Dei timore postposito, sueque conscientie [20] periculo procul pulso, retinere ac ipsum possetenus

1. de, *ajouté par B.* — 2. sequenti, *B.* — 3. armatorum et, *A*, *B*, *Bal.*. — 4. cogerunt, *E;* et, *ajouté par B.*— 5. apulerunt, *E.*— 6. *omis par B.*— 7.pertinebat electio, *E.*— 8. ac in Neapoli natum *au lieu de* Neapolitanum, *E.* — 9. Barrensem, *A*, *B.* — 10. *omis par E.* — 11. attemptare, *B.* — 12. nec, *E.* — 13. vero, *E.* 14. facturum, *B.* — 15. jus, *E.* — 16. prout, *E.* — 17. ystoria, *A.* — 18. faustum, *E.*— 19. phas sive nephas, *B.*— 20. scientie, *A;* sue conscientieque, *E.*

Désignation des manuscrits employés :

A = Bibliothèque nationale de Paris, ms. latin *14617*, fol. 275 r°-294 v°.
B = Bibliothèque nationale de Paris, ms. latin *15011*, fol. 532 r°-549 v°.
E = Bibliothèque de la ville de Toulouse, ms. *474*, fol. 46 v°-67 v°.

stabilire, statim disposuit ad sui favorem et obedientiam attrahere et allicere quoscumque, tam ecclesiasticos quam seculares, per nuntios et litteras suas [1], ipsis offerendo quecumque eis sciret [2] placibilia [3], etiam nondum petita.

Quod videntes dicti cardinales, considerantesque quòd illa que in sui personam fecerant nullius erant efficacie seu [4] valoris, quantocius [5] commode et tute potuerunt, se ab ipso totaliter segregaverunt, ipsumque per medium certarum notabilium personarum de sue pretense electionis vitio, quaque [6] intentione seu voluntate processerant ad eamdem, penitus informarunt, ac ut ab inceptis desisteret, statumque predictum valde [7] indebite assumptum dimitteret, caritative et sepius monuerunt et instanter requisierunt [8]. Sed ambitione [9] et [10] dominandi libidine cecatus obaudivit, et acquieseere recusavit. Et ideo post maturam deliberationem, facta [11] prius per duas partes ipsorum in Anagnia [12] civitate, ad quam se retraxerant, declaratione solempni quod illa que in sui persona [13] fecerant propter vim et metum dictorum Romanorum ac timore mortis, quam [14] viderant sibi per eos intemptari [15] nisi fecissent que petebant, facta fuerant, quodque talia ex tunc minime ratificaverant, approbaverant [16], aut confirmaverant per quecumque dicta, facta aut scripta per eos a tempore ereptionis ipsorum [17] a periculis memoratis, causa faciendi electionem aliam modo debito et juridice [18], cum premissis obstantibus eam Rome facere non valerent, ad civitatem Fundarum [19] se transtulerunt, ubi securos se [20] quoad hoc extimarunt, presertim propter Honoratum, ejusdem comitem et dominum, qui de dicta intrusione plene certificatus, tanquam zelator fervidus fidei et Ecclesie, eis continue auxiliis, consiliis [21] et favoribus assistebat.

Cumque ad civitatem hujusmodi omnes qui in dicta intrusione interfuerant, uno excepto, qui decesserat paulo ante, pervenissent, consiliis et deliberationibus prehabitis, prout tanti negotii materia seu qualitas exigebat, die vigesima mensis septembris anno Domini MCCCLXXVIIJ in palatio dicti comitis congregati, pure, libere [22],

1. suos *(sic)*, *E.* — 2. scirent, *E;* scienter, *B.* — 3. placabilia, *B.* — 4. et, *Bal.* — 5. quanto citius, *B, Bal.* — 6. quacumque, *E.* — 7. velut, *E.* — 8. et instanter requisierunt, *omis par A, B, Bal.* — 9. Sed ambitione, *omis par A, B.* — 10. ambitione et, *omis par Bal.* — 11. factam *(sic)*, *E.* — 12. Agnania, *A, E;* Aguncia, *B.* — 13. personam, *E.* — 14. quem *(sic)*, *E.* — 15. *lege* intentari; interemptari, *E.* — 16. applicaverant, *E.* — 17. eorum, *E.* — 18. juridico, *E.* — 19. Fundanam, *Bal.* — 20. se securos, *E.* — 21. *omis par A, B, Bal.* — 22. *omis par E.*

debite et canonice elegerunt [1] in papam Clementem supradictum, tunc basilice Duodecim Apostolorum presbiterum cardinalem, qui pro tunc erat satis juvenis, etatis scilicet XXXVJ annorum, alias tamen magnis virtutibus adornatus, fueratque [2] prius Sedis apostolice notarius, post vero Morinensis et successive Cameracensis ecclesiarum episcopus, et ab inde per dictum Gregorium [3] romane Ecclesie presbiter cardinalis ordinatus. Qui demum fuit per eos [4] in papam intronizatus et coronatus.

Ad ipsius autem personam aspectum habuisse dicuntur, ultra merita sua, [5] specialiter propter duo. Primo quia inter alios [6] erat admodum bene paratus, totusque agilis et dispositus ad laborandum; et sic tenebant eum esse cordatum, [7] animosum et voluntarium ad exponendum etiam personam suam [8] propriam [9], ubi necesse existeret, pro liberatione et ereptione [10] romane Ecclesie a manibus dicti Bartholomei intrusi in ea medio premisso [11] ac ipsam occupare presumentis [12], presertim cum in talibus pro negotiis memorate Ecclesie alias exercitium et experientiam habuisset. Secundo, quia erat valde generosus, cum [13] gradu consanguinitatis vel affinitatis secundum magis et minus attingeret fere omnes majores principes christianos. Propter quod speraverunt quod, tam consideratione Ecclesie quam contemplatione sue persone, sibi vellent obedire, ac viriliter assistere et favere.

Sed, Domino permittente, non sic se res habuit. Fuit enim [14] ortum scisma pestiferum in Ecclesia, adeoque [15] horrendum et detestabile quod vix legitur alias gravius extitisse. Totus namque mundus divisus fuit. Sed, proth dolor, multo major pars obedivit et adhesit [16] memorato Bartholomeo intruso, ymo pro tunc quasi totus, et hoc propter ignorantiam veritatis eorum que contigerant [17] in intrusione memorata. Que, licet notoria extitissent [18], tamen propter malitiam Romanorum et intrusi, fuerunt multimode palliata, [19] occultata, et aliter quam extitissent recitata et divulgata. Nec in hoc fuit bene remediatum [20], etiam inter illos qui dicto Clementi carnaliter perprius magis favere [21] credebantur.

1. eligerunt *(sic)*, *B.* — 2. fuitque, *E.* — 3. sancte, *ajouté par Bal.* — 4. eum *(sic)*, *E.* — 5. et, *ajouté par E.* — 6. inter alios, *omis par B.* — 7. et, *ajouté par Bal.* — 8. *omis par A, B, Bal.* — 9. propriam personam, *B, Bal.* — 10. redemptione, *E.* — 11. in ea modo premisso intrusi, *E.* — 12. presumentes *(sic)*, *E.* — 13. in, *B.* — 14. *omis par E.* — 15. adeo, *E.* — 16. adhesiit, *E.* — 17. contingerant, *A, B;* contigerat, *E.* — 18. extitisset, *B.* — 19. et, *ajouté par E.* — 20. remedium, *E.* — 21. favare, *E.*

In hoc autem multimode dicto Bartholomeo intruso cooperati sunt anticardinales, quos paulo ante creationem [1] dicti Clementis [2] creaverat modo et [3] numero inordinatis [4] et alias inauditis. Solus enim et absque quocumque cardinali, licet tum [5], ut supra tactum [6] est, jam omnes ab ipso essent [7] separati, uno contextu ad statum, sed verius fastum hujusmodi, quantum in eo fuit, nominavit et assumpsit viginti novem fere de regionibus universis; de quibus fuerunt aliqui [8] pauci qui ipsum papam non reputantes, statum suum [9] ab eo accipere renuerunt; aliqui vero processu temporis ipsum statum acceptum dimiserunt; alios vero [10], licet inter eos essent nonnulli perprius satis notabiles viri reputati, ipsum acceptando, excecavit [11] ambitio seu presidendi [12] libido.

Fuerunt insuper per eumdem Bartholomeum, tunc vel temporibus successivis, quamplurimi alii multimode in Ecclesia Dei [13], licet falso, promoti, premiati et exaltati, quorum et dictorum anticardinalium ministerio et favore, fereque [14] per orbem universum, status suus, licet falsus, fuit adeo solidatus et firmatus quod nil [15] sapiens oppositum [16] aliquis ex tunc nisi cum sui corporis periculo loqui vel facere presumeret aut alias attemptaret. Cui multum suffragata est mora diutina que fuit inter sui intrusionem et dicti Clementis electionem, inter quas fere quinque menses effluxerunt [17]; licet, illis pendentibus, non aliud dicti cardinales facere potuerunt, continue insistentes circa securitatem propriam taliter procurandam quod in manus suas vel Romanorum, qui eis assidue insidiabantur [18], incidere non possent, quodque cum tali et tanta maturitate ac sana consilii deliberatione ad dictam electionem procederent quod nichil de contingentibus obmittendo, non esset in posterum quod eorum culpe vel negligentie deberet [19] imputari.

Dictus autem Clemens satis cito post assumptionem suam volens, quantum in eo erat, circa premissa providere de remediis opportunis, pro justitie sue et nequitie adversarii sui demonstratione ad reges et regna suos legatos et nuntios destinare decrevit, et presertim ad illos qui inter eos principaliores reputantur. Ad regem namque

1. electionem, *E.* — 2. de facto, *ajouté par E.* — 3. in, *ajouté par E.* — 4. immoderatis, *E.* — 5. cum *au lieu de* licet tum, *E.* — 6. actum, *Bal.* — 7. essent ab ipso, *B.* — 8. aliquibus, *E.* — 9. ipsum, *E.* — 10. processu temporis ipsum statum acceptum dimiserunt; alios vero, *passage omis par E.* — 11. exequavit, *E.* — 12. presidenti *(sic)*, *B.* — 13. Dei Ecclesia, *E.* — 14. que, *omis par E.* — 15. nihil, *Bal.* — 16. oppositumque, *B.* — 17. affluxerunt, *B, E.* — 18. incidiabantur, *A.* — 19. deberent, *B.*

et regnum Francie dominum Johannem de Croso [1], episcopum Penestrinum, ad imperatorem Romanorum, [2] regna [3] Alamannie et Boemie ac [4] alias terras Imperii eis adjacentes dominum Guillermum de Agrifolio, tituli Sancti Stephani in Celiomonte presbiterum cardinalem, ad [5] regem et regnum Anglie, .duces et ducatus Brabantie et Guelrie [6], comites et comitatus Flandrie et Haynonie [7], patriamque Leodiensem, dominum Guidonem de Malesicco [8], tituli Sancte Crucis in Jherusalem presbiterum [9], et ad [10] reges et regna Yspanie, Castelle videlicet [11], Aragonum, Navarre et Portugalie, dominum Petrum de Luna, Sancte Marie in Cosmedin dyaconum cardinales, accessuros ordinavit.

Demum, ut in [12] ipsorum absentia eorumque loco haberet alios sibi assistentes, die XVIIJ [13] mensis decembris anni predicti [MCCC]LXXVIIJ, que fuit feria sexta [14] quatuor temporum, sex novos creavit presbiteros cardinales : videlicet dominum Jacobum de Itro, Campanum, tunc patriarcham Constantinopolitanum; dominum Petrum Amelii, Alvernigenam [15], monachum ordinis sancti Benedicti, tunc archiepiscopum Ebredunensem [16]; dominum Nicholaum de Brancaciis [17], Neapolitanum, tunc archiepiscopum Cusentinum; dominum Petrum de Barreria [18], dyocesis Ruthenensis [19], tunc episcopum Eduensem [20]; dominum fratrem Leonardum de Giffono, Salernitanum, tunc generalem ministrum ordinis fratrum Minorum [21]; et dominum fratrem Nicholaum de Sancto Saturnino [22], Alvernigenam [23], ordinis fratrum Predicatorum, tunc lectorem [24] palatii, in sacra pagina magistros [25]. Circa quod [26] est sciendum quod duo penultimi fuerant [27] perprius [28] nominati et assumpti ad dictum statum, licet falso [29] et inaniter, per dictum Bartholomeum intrusum; sed tamen certificati de sua intrusione, ipsum acceptare ab eo recusarunt.

Eodem tempore [29 novembris 1378], obiit Karolus, Romanorum

1. Crosso, *E*, *Bal.* — 2. et, *ajouté par B*, *Bal.* — 3. regem, *E.* — 4. et, *E.* — 5. *omis par E.* — 6. Guelzie, *A*, *B.* — 7. Autronie *(sic)*, *E.* — 8. Malosico, *A*, *B.* — 9. presbiterum, *omis par Bal.;* cardinalem, *ajouté par B*, *E.* — 10. *omis par E.* — 11. videlicet Castelle, *E.* — 12. ut in, *omis par E.* — 13. *lege* XVI. — 14. *sic.* — 15. Arvernigenam, *B.* — 16. Ebordmen., *B.* — 17. Branchaciis, *B.* — 18. Berreria, *B;* Barieria, *E.* — 19. Rothenensis, *B.* — 20. Ebduensis, *B.* — 21. dominum fratrem Leonardum... fratrum Minorum, *passage omis par A*, *B; placé après* pagina magistrum *par Bal.* — 22. Saturnio, *E.* — 23. Arvernigenam, *B.* — 24. sacri, *ajouté par Bal.* — 25. magistrum, *A*, *Bal.* — 26. quos, *E.* — 27. erant, *B.* — 28. prius, *Bal.* — 29. false, *E.*

imperator, qui paulo ante illectus [1] et circumventus per dictum Bartholomeum intrusum, pro eo quia [2], obmissis solempnitatibus in talibus observari consuetis, electionem perprius ad [3] ejus procurationem factam tempore Gregorii pape XJ [10 junii 1376] per electores Imperii de [4] Venseslao [5], rege Boemie, filio suo, in regem Romanorum approbaverat et confirmaverat, etiam non petitus aut requisitus [6] per eum, sibi obedire et adherere decreverat, ac ipsum pro vero papa tenere et habere disposuerat et declaraverat [7]; sicque servari et observari voluerat et mandaverat per prefatum regem, filium suum, qui etiam in hoc inherens [8] paternis vestigiis sic fieri voluit, servavit [9], mandavit et ordinavit in regno Boemie, totaque Alamannia [10] et generaliter in omnibus terris et dominiis suis sibique et Imperio subjectis. Nec fuit qui hujusmodi ordinationi [11] voluerit aut ausus fuerit [12] contraire, comitibus Sabaudie, consanguineo, et Gebennensi, fratre dicti Clementis, ducibusque Lotoringie [13] et Barrensi [14], ac aliquibus aliis comitibus dominisque [15] temporalibus, civitatibus et locis [16], eorumque territoriis et dominiis circumadjacentibus dumtaxat exceptis. Propter quod memoratus dominus Guillermus de Agrifolio, presbyter cardinalis, ad partes illas per dictum Clementem legatus [17] destinatus, circa ipsorum reductionem nichil proficere potuit [18], nisi dumtaxat quod duces prenominatos cum subsequentibus de justitia dicti Clementis informavit et ad ipsum deduxit [19] et in bono proposito confirmavit, licet tandem continue petens sibi dari audientiam fuit diutius in Alamannia, terris videlicet Leopoldi, ducis Austrie junioris, qui in propria dicto Clementi favit, et adhesit et faveri voluit in locis et terris suis [20], non tamen omnibus, nec se cum [21] aliis parti adverse faventibus imbricavit [22].

Karolus insuper rex Francorum, postquam per dictum dominum Johannem, episcopum Penestrinum cardinalem, ad cum destinatum per prefatum Clementem papam [23], et alios de dictis intrusione et electione plene informatus extitit, cum toto regno et subditis suis

1. autem electus *(sic)*, *E.* — 2. quod, *Bal.* — 3. eorum et ad, *ajouté par E.* — 4. *omis par E.* — 5. Wensasleo, *A*, *B.* — 6. requesitus, *B.* — 7. declinaverat, *E.* — 8. inherere, *E.* — 9. servari, *E.* — 10. totaque Alamannia, *omis par A*, *B*, *Bal.* — 11. ordinationem, *B.* — 12. fuerit ausus, *E.* — 13. Lotorangie, *E;* Lothoringie, *B;* Lotharingie, *Bal.* — 14. Barensi, *E.* — 15. et dominis, *au lieu de* dominisque, *Bal.* — 16. eis, *ajouté par E.* — 17. et, *ajouté par B.* — 18. potuit proficere, *E.* — 19. informavit ad ipsam adduxit, *E.* — 20. terris suis et locis, *B*, *Bal.* — 21. ne secum, *A*, *E*, — 22. imbricaret, *E.* — 23. *omis par A*, *B*, *Bal.*

eidem Clementi adherere et obedire cum magna solempnitate decrevit [1379].

Non tamen sibi [1] in hoc paruit Ludovicus, comes Flandrie, licet subditus et vassallus suus, ac [2] dicto Clementi gradu consanguinitatis proxime alligatus, et alias perprius inter omnes homines mundi sibi specialius amoris vinculo confederatus et conjunctus, qui, nescitur quo [3] ductus spiritu, pertinaciter adherere voluit intruso memorato, admittereque et [4] adire recusavit in dominiis suis prefatum dominum Guidonem de Malesicco [5], presbiterum cardinalem, qui partim ad ipsum per dictum Clementem fuerat destinatus. Qui etiam pari modo malitiose impeditus extitit quominus [6] regnum Anglie intraverit, ac in eo et ceteris regionibus et provinciis, ad quas [7] fuerat destinatus, ad effectum deduxerit [8] illa que in predictis sibi commissa fuerant per Clementem memoratum.

Eodem currente tempore [29 maii 1379], obiit Henricus [9], rex Castelle, cui in regno successit Johannes, filius ejus. Ad quem paulo post venire disposuit prefatus dominus Petrus de Luna, dyaconus cardinalis, prout sibi commissum extiterat per Clementem predictum. Sed quia prefatus Henricus [10], pater suus, non informatus de justitia dicti Clementis, moriens, potius [11] adherebat et obediebat Bartholomeo intruso quam sibi, absque alia pleniori [12] informatione ipsum pro tunc admittere recusavit. Et quia idem effectualiter fecerunt omnes reges Yspaniarum [13], qui etiam cum regnis suis pro tunc satis patenter [14] favebant et adherebant [15] intruso memorato, habuit cardinalis predictus [16] inter eos manere, tamquam regnicola [17] potius quam ut [18] cardinalis vel legatus, per aliquos annos [19]; quibus currentibus, dicti reges sic [20] super premissis informati fuere quod, per [21] Dei gratiam, ipse finaliter sue legationis est fructum laudabilem assecutus [22], prout infra, loco suo, plenius describetur.

Porro, dictus Clemens, istis contingentibus [23] in regionibus

1. *omis par E.* — 2. a, *E.* — 3. detractus, *ajouté par E.* — 4. ac, *A*, *Bal.; omis par B.* — 5. Malesico, *A;* Malisico, *B.* — 6. quo minus, *B*, *Bal.* — 7. que, *A*, *B;* idque *au lieu de* ad quas, *E.* — 8. deduxit, *E.* — 9. Enricus, *E.* — 10. Enricus, *E.* — 11. *omis par B.* — 12. pleniore, *Bal.* — 13. Hyspanorum, *B.* — 14. satis pro tunc patentibus, *B.* — 15. prefato, *ajouté par E.* — 16. idem cardinalis *au lieu de* cardinalis predictus, *E.* — 17. regnicula, *B.* — 18. *omis par E.* — 19. amicos, *A.* — 20. si dicti reges, *E.* — 21. per quod, *E.* — 22. legationis effectum laudabilem consecutus est, *E.* — 23. configentibus, *E.*

memoratis, de Fundis mutavit curiam suam [1] [30 martii 1379] ad locum de Sperlonca [2], dyocesis Gay[e]tanensis [3] [31 martii], et ab inde paulo post cum paucis cardinalibus per mare [4] venit Neapolim [5] [10 maii 1379] ad Johannam, reginam Sicilie [6] et Jherusalem [7], ipsum honorifice et solempniter recipientem [8]. Que [9] satis cito informata de intrusione dicti Bartholomei, sibi [10], quantum in se erat [11], mentaliter non obedire decreverat, sed [12] quam primum per collegium cardinalium alium eligi contingeret, sub debita forma ipsi obedire. Auditaque electione dicti Clementis, sibi [13] confestim obedivit et adhesit, sibique [14] obedientiam [15] fieri mandavit per omnes subditos suos, ac in omnibus terris et dominiis suis ubilibet constitutis; non obstante quod dictus intrusus naturaliter esset subditus suus et, ut premissum [16] est [17], de Neapoli traxisset originem, cui ac etiam [18] suis hoc valde molestum extitit et ingratum. Qui etiam cum eorum fautoribus, numero non paucis, sic et taliter tractaverunt et operati sunt quod dicto Clemente [19] Neapoli existente [20], ac cum dicta [21] regina tractante [22] quomodo adversus ipsum prevalere posset, rumor conciitatus est contra eos adeo fortis et magnus quod ne utrique majus immineret [23] periculum, ipsum Clementem subito unde venerat oportuit remeare [13 maii 1379]. Ubi cum pervenisset, satis cito [24] comperit [25] quod dictus intrusus sibi continue insidiabatur [26], moliebaturque eum [27] comprehendere, aut alias in persona dampnificare, si posset; in quo quasi totam Ytaliam, tam in terra quam in mari, sibi adherentem et colligatam habebat.

Considerato igitur quod sibi pro tunc non aderat suffragium seu auxilium sufficiens, quo mediante contra dictum intrusum prevalere posset ac ubi erat diutius secure manere, tam pro securitate [28] sua quam Ecclesie et cause sue prosecutione, deliberavit partes adire cismontanas, ut ab inde regis Francie et aliorum sibi faventium

1. *omis par A, B, Bal.* — 2. Splonata, *A*, *Bal.;* Splona, *B.* — 3. Gautan., *E.* — 4. permanere *au lieu de* per mare, *mss.* — 5. Neapoli, *A*, *B.* — 6. Cecilie, *mss.* — 7. *omis par B.* — 8. suscipientem, *B*, *Bal.* — 9. Qui *(sic)*, *A.* — 10. cui, *Bal.; omis par B.* — 11. tanquam pape *au lieu de* quantum in se erat, *E.* — 12. *omis par E.* — 13. *omis par E.* — 14. sicque, *E.* — 15. *omis par E.* — 16. premissa, *E.* — 17. *omis par E.* — 18. cum etiam *au lieu de* cui ac etiam, *E.* — 19. Clementi, *A*, *B*, *Bal.* — 20. existenti, *A*, *Bal.* — 21. *omis par A, B, Bal.* — 22. tractanti, *Bal.* — 23. emineret, *B;* inveniret, *E.* — 24. a certo, *A*, *B*, *Bal.* — 25. comperuit, *B.* — 26. insidiebatur, *A.* — 27. moliebatur eumque, *B.* — 28. tuitione, *E.*

fretus consilio et auxilio melius, liberius et securius in agendis intendere posset et fructuosius operari. Occurrentibusque sibi casualiter, ymo, ut creditur, divina gratia disponente, certis galeis et [1] navigiis, in [2] mense maii [22] anni [3] [MCCC]LXXIX mare intravit cum cardinalibus suis, exceptis duobus, videlicet domino Jacobo de Itro, tituli Sancte Praxedis, et domino fratre Leonardo, tituli Sancti Sixti presbiteris cardinalibus, qui pro suorum et Ecclesie negotiorum prosecutione faventiumque sibi consolatione in partibus illis tunc remanserunt [4]. Et licet non sine magnis periculis, divino sibi tamen [5] assistente presidio, salvus et incolumis Massiliam applicuit decima die junii subsequentis. Ab inde vero iter suum [6] continuando Avinionem pervenit, ubi fuit receptus [20 junii] cum maximis [7] solempnitate et gaudio generaliter ab omnibus, et presertim a cardinalibus quinque, sexto [8] jam defuncto, quos ibi [9] dimiserat Gregorius papa [10] supradictus, qui habita informatione de intrusione [11] memorata ac sua [12] electione [13] canonica, perprius sibi adherere et obedire [14] decreverant tanquam vero pape.

Postquam vero dictus Clemens fuit in Avinione, quantum [15] fuit sibi possibile, auxilium prebuit et succursum tam dicte regine Sicilie [16] quam aliis fautoribus [17] [et] valitoribus [18] suis in partibus Ytalie derelictis [19]; quibus mediantibus haberent se tueri adversus dictum intrusum, ac etiam ipsum possetenus impugnare [20]. In hiis autem [21] et aliis sibi pro tunc imminentibus [22] sibi multimode [23] astitit prefatus rex Francie [24] Karolus [25] auxiliis, consiliis et favoribus oportunis. Qui [26] etiam ut per agnitionem veritatis et justitie dicti Clementis demonstrationemque nequitie intrusionis [27] adversarii sui scisma sedari posset et extingui, quamplures ambaxiatores [28]

1. ac, *E.* — 2. de, *E.* — 3. Domini, *ajouté par Bal.* — 4. consolatione dimisit in partibus illis *au lieu de* consolatione in partibus illis tunc remanserunt, *E.* — 5. *omis par B;* tamen sibi, *Bal.* — 6. iter suum vero, *B.* — 7. magnis, *B.* — 8. quinque vel sex, uno, *E.* — 9. ibidem, *E.* — 10. papa Gregorius, *Bal.* — 11. intentione, *B.* — 12. et sui, *B, Bal.* — 13. et, *ajouté par B.* — 14. debite, *E.* — 15. quem cum *au lieu de* quantum, *E.* — 16. Cecilie, *mss.* — 17. factoribus, *E.* — 18. *omis par E;* alias bellatoribus, *ajoutés par A, B.* — 19. delictis, *A.* — 20. erant securi adversus dictum intrusum, ac ipsum etiam haberent possetenus impugnare, *Bal.;* erant securi adversus dictum intrusum, ac etiam ipsum haberent possetenus impugnare, *A, B;* et pugnare *au lieu de* impugnare, *E.* — 21. *omis par A, B, Bal.* — 22. viventibus, *E.* — 23. multitudine, *B.* — 24. Francorum, *Bal.* — 25. Karolus rex Francie, *E.* — 26. Cui, *E.* — 27. intrusione, *B.* — 28. ambaxiatas, *E.*

fere ad omnes principes et regiones universas sepius destinavit, ipsos ex[h]ortans et requirens ut [1] si non sic faciliter vellent ad obedientiam dicti Clementis inclinari, saltim patienter audirent pro sui parte proponenda, quemadmodum audiverant [2] proposita per partem adversam. Sed heu ! tanta fuit fere ubique obstinatio [3] quod nedum audientia hujusmodi denegata extitit, sed etiam quorumcumque missorum per dictum Clementem aditio [4] impedita [5]. Quibus ut, quantum posset, convenienter obviaret [6] et provideret [7], dictus Clemens deliberavit ad fortiora apponere manus. Et primo fortificatis dictis suis [8] valitoribus et fautoribus, quos in Ytalia habebat, tam gentibus quam pecuniis, prout sibi possibile fuit, ipsisque animatis et inductis [9] ut ad dicti intrusi Romanorumque ipsum foventium [10] persecutionem totis viribus intenderent, ad arma spiritualia se convertit; fecitque processus [11] contra predictos eorumque fautores, prout jus [12], ratio et equitas dictaverunt[13]. Sed proth dolor ! non [14] ex primo prevaluit. Nam etsi quandoque [15] victores extiterint [16], sepe tamen [17] et ipsi fuere [18] victi. Sed multo minus ex secundo. Nedum enim processus sui dicto intruso fuerunt[19] contemptui, sed etiam [20] ipse similes contra eum suosque de facto fulminare presumpsit. Sicque tunc incaluit et [21] efferbuit [22] scisma predictum quod toto tempore quo ipsi cucurrerunt [23], eorum occasione tota christianitas in maxima turbatione [24] et inaudita divisione permansit. Qui enim perprius veri [25] prelati aut aliorum beneficiorum ministri extiterant [26], adherendo uni ipsorum, per alium de sedibus aut aliis [27] beneficiis suis expulsi sunt, et alii novi eorum loco subrogati. Quod permaxime contigit [28] de adherentibus dicto Clementi, qui per antea promoti aut beneficiati erant in partibus faventibus et [29] obedientibus dicto Bartholomeo; qui eos in personis et [30] bonis est [31] adeo immaniter [32] persecutus quod oportuit ipsos ad dictum Clementem recurrere et ut eorum inopie sub-

1. et, *ajouté par E.* — 2. advenerant, *B.* — 3. ubique fere obstinancia, *E.* — 4. ab initio, *E;* a dicto Bartholomeo, *B.* — 5. fuit, *ajouté par B, Bal.* — 6. obviaret convenienter, *B, Bal.* — 7. providerunt, *E.* — 8. suis dictis, *E.* — 9. in dictis, *E.* — 10. faventium, *A, Bal.* — 11. suos, *ajouté par E.* — 12. illius, *E.* — 13. ditaverunt *(sic)*, *A.* — 14. vero, *E.*— 15. sui, *ajouté par E.* — 16. extiterunt, *B, Bal.* — 17. *omis par A, B, Bal.* — 18. fuerunt, *B, Bal.* — 19. fuere, *Bal.* — 20. et, *E.* — 21. *omis par B.* — 22. invaluit et ferbuit, *E.* — 23. concurrerunt, *E.* — 24. tota christianitas in maxima turbatione, *omis par Bal.* — 25. episcopi, *ajouté par E.* — 26. extiterant ministri, *B.* — 27. *omis par A, B, Bal.* — 28. contingit, *mss.* — 29. aut, *A, B.* — 30. *omis par A, B.* — 31. *omis par E.* — 32. inhumaniter, *E.*

veniret ab ipso humiliter postulare. Quod sibi non fuit usquequaque possibile propter sue obedientie parvitatem, tum etiam quia ad hoc et alia plurima sibi incumbentia ei non subpetebant facultates. Propter quod predictorum quamplurimi, qui perprius habundaverant, erantque viri notabiles, in [1] paupertate et miseria vivere et mori habuerunt. Quorum exemplo multi alii non sic mente constantes perterriti preelegerunt in suo statu primevo, quanquam [2] sub scismatico presidente, permanere quam tali miserie subjacere. Fuere etiam plures [3] alii quos adeo excecavit [4] ambitio quod, licet dictum Clementem mentaliter crederent esse papam, a dicto tamen Bartholomeo instantibus bonis [5] sublimari et promoveri voluerunt, qui tamen alias ante scisma sub ovina pelle lupum gerentes absconditum, quales erant interius tunc temporis demonstrarunt, nec curarunt [6] si ex talibus, mundum lucrando, sue anime paterentur detrimentum. Fuerunt preterea nonnulli qui, in dictis prelaturis aut [7] beneficiis ab utroque sibi taliter procurandis [8], illi demum adheserunt sub cujus favore predictis magis se gaudere posse [9] viderunt, ad qualitatem seu potestatem conferentis nullum aspectum habendo. De illis autem qui se venales constituendo, pretio ap[p]retiato mercati [10] suam fidelitatem seu potius [11] infidelitatem demonstrarunt, utpote promotiones pro se aut [12] suis inverecunde postulando, ymo, quod auditu [13] nephandum existit [14], pecuniam et alia bona tam ecclesiastica quam temporalia etiam in ecclesiarum aut [15] personarum particularium, ad quas spectare dicebantur [16], prejudicium et jacturam, improbe expetendo [17], non est per singulos discurrendum; cum, etsi bene considerentur, innumerabiles fuerunt in utroque statu, ecclesiastico videlicet et mundano, qui potius aliena quam sua, et non que Jhesu Christi peticrunt [18]. Et ut in paucis multa comprehendam, hoc tempore maligno, dictique pestiferi scismatis occasione, innumerabilia mala et pericula [19] tam animarum quam corporum provenerunt [20], videlicet corruptio [21] morum, strages plurimorum, depressiones [22]

1. et, *E.* — 2. quam, *B.* — 3. quamplures, *B, Bal.* — 4. exequavit, *E.* — 5. variis, *E.* — 6. curarent, *B;* non curantes, *E.* — 7. et, *B, E.* — 8. procurando, *B;* titulum procurando *au lieu de* taliter procurandis, *E.* — 9. *omis par A, B, Bal.* — 10. veritati, *B, E.* — 11. ap[p]retiato veritati sunt suam fidelitatem seu verius, *E.* — 12. et, *B, Bal.;* ac, *A.* — 13. auditui, *E.* — 14. extitit, *B, Bal.* — 15. et, *Bal.* — 16. dicebant, *A, Bal.;* decebant, *B.* — 17. exposcendo, *E.* —, 18. expetierunt, *Bal.;* quesierant, *E.* — 19. et, *ajouté par E.* — 20. pervenerunt *A, B.* — 21. corruptiones, *A, B, Bal.* — 22. deceptiones, *E.*

bonorum et humilium, exaltationes [1] reproborum et vilium, juvenum et indignorum promotiones, ecclesiarumque ac [2] ceterorum spiritualium et ecclesiasticorum aperta venditio, heresum et errorum pullulatio [3], virtutum et bonorum operum cessatio, criminum et peccatorum [4] multiplicatio, guerrarum et preliorum [5] commotio; omneque bonum obedientie [6] in contumaciam et contemptum conversum [7] est, et religio in apostasiam est redacta [8]. Et quia ista partim audivi, et partim vidi pra[c]ticari, ideo, licet flens et ejulans [9], recenseo [10] partem utramque tunc temporis ex ipsis fuisse lesam, ut adverse culpam recitando, meam excusare non videar, cum satis vulgus hoc [11] noverit et officii per me assumpti debitum [12] existat ut nulli deferendo, sicut meritorum, sic et vitiorum veritas conscribatur, et sicut [13] de adversario, sic de proprio veritas in omnibus referatur [14]. Nunc autem ad alia que dicta durante tempestate contigerunt [15] habeo vertere stilum meum [16].

Et primo pro [17] anno [MCCC]LXXX [18] familiares multi Ludovici, ducis Andegavensis, fratris et tunc locumtenentis regis Francie in partibus Occitanis, per eum missi ad Montempessulanum causa exigendi certum subsidium, ab incolis ejusdem loci per eosdem [19] se reputantibus [20] semper inde gravari, nocte tamen [21], nequiter interfecti et trucidati fuere una cum aliis pluribus qui in hospitiis publicis, in quibus predicti locabantur, inventi sunt, licet eis essent extranei, et alias premissorum inculpabiles et ignari. De quibus dictus dux, furore repletus, vehementer indignatus est, et ad ultionem debitam inde recipiendam viriliter et magnifice se disposuit et accinxit, volens, si et in quantum esset sibi possibile, dictum locum funditus dirruere [22] et ejus incolas neci tradere universos. Sicque, ut creditur, etsi non in toto, saltim pro majori parte ad effectum deduxisset, nisi fuisset dictus Clemens papa [23], qui sic se in hoc interposuit quod dictus dux, recepta satisfactione condigna, placatus extitit, et dictus locus cum suis incolis, respectu perpetrati sceleris, satis illesus et indempnis remansit [24].

1. exultationes, *E.* — 2. et, *B*, *Bal.* — 3. publicatio, *B.* — 4. *omis par E.* — 5. plurimorum, *E.* — 6. et, *ajouté par E.* — 7. perversum, *E.* — 8. reducta, *E.* — 9. enjulans, *E.* — 10. recenso, *A*, *B.* — 11. hoc vulgus, *B*, *Bal.;* vulgus hec, *E.* — 12. debite, *B.* — 13. sic, *A*, *B.* — 14. sic de propitio in omnibus refferatur, *E.* — 15. contingerunt, *mss.* — 16. dicere stilum nostrum, *E;* vertere folium meum, *B.* — 17. quod, *E.* — 18. *lege* 1379; et, *ajouté par E.* — 19. eos, *Bal.* — 20. reputantes, *mss;* reputantes se, *E.* — 21. gravari perinde nocte quodam *au lieu de* semper inde gravari, nocte tamen, *E.* — 22. diruere, *B*, *Bal.* — 23. *omis par A*, *B*, *Bal.* — 24. permansit, *B.*

Eodem etiam anno [MCCC]LXXX [1], die XVJ mensis septembris, obiit Karolus, rex Francie [2]. Cui successit in regno Karolus, dalphinus [3] Viennensis, suus filius primogenitus. Qui eodem anno, die [4] XVJ mensis septembris, fuit Remis coronatus [5] in regem, ut moris est, adhuc duodennis existens. Cujus regni regimen pro tunc assumpsit dictus Ludovicus, dux [6] Andegavensis, suus patruus [7], prior natu [8]. Persone tamen curam [9] habuit Philippus, dux Burgundie, suus etiam patruus, licet posterior natu [10], et [11] hoc ex ordinatione certa super hoc facta per dictum Karolum, patrem suum. Cujus obitus fuit admodum dampnosus Ecclesie, cum ipse circa sedationem scismatis in ea tunc vigentis totis viribus insisteret, et [12] vacaret, daretque [13] operam efficacem ut ceteri reges et principes facerent illud idem.

Eodem fere tempore currente [1382] Flandrenses rebellarunt se [14] eorum comiti, ipsumque patria sua expulerunt, multisque ejus officiariis [15] interfectis, locum suum amenissimum [16] mirabiliter edificatum de Odenarde [17] diruerunt et ad terram funditus prostraverunt. Sed demum per medium et operationem Philippi, ducis Burgundie, dicti comitis generi, de ipsis magna [18] fuit recepta [19] vindicta. Nam congregato [20] magno exercitu armatorum [21], prefatus Karolus, novus rex Francie [22], in succursum et adjutorium dicti comitis, vassalli sui, dicto duce et aliis magnatibus regni sui concomitantibus [23], ingressus est Flandriam; ipsamque undique vastans, igneque et gladio omnia consumens, et ibi [24] predictis Flandrensibus [25] in multitudine innumerabili occurrentibus, sibique possetenus viriliter resistentibus, dedit afflictum [26] [27 novembris 1382], in quo infiniti ex ipsis [27] corruerunt, ymo vix unus ex eis vivus [28] dicitur remansisse. Loca etiam omnia plana, [29] aperta et non fortificata dicte patrie, nedum in bonis, sed etiam [30] personis, fuerunt exposita prede. Que quanta quantique [31] valoris extiterit [32],

1. *omis par E.* — 2. Francorum, *E.* — 3. sextus, *ajouté par A, B, Bal.* — 4. *omis par Bal.* — 5. coronatus Remis, *Bal.* — 6. *omis par A, B, Bal.* — 7. paternus *(sic)*, *E.* — 8. natus, *E.* — 9. curiam *(sic)*, *A, E.* — 10. natus, *E.* — 11. ex, *A.* — 12. *omis par Bal.* — 13. docet per, *B.* — 14. *omis par E.* — 15. officiariis ejus, *Bal.* — 16. et, *ajouté par E.* — 17. Oudenaerde, *B;* Adenarde, *E.* — 18. *omis par A, B, Bal.* — 19. incepta, *A, B, Bal.* — 20. congregatio *(sic)*, *E.* — 21. armorum, *A, B.* — 22. Francorum, *Bal.* — 23. sui regni concomitatus, *E.* — 24. sibi, *E.* — 25. *omis par E.* — 26. conflictum, *E.* — 27. ex quo ex ipsis infiniti, *E.* — 28. *omis par E.* — 29. seu, *ajouté par E.* — 30. in, *ajouté par B, Bal.* — 31. tantique, *E.* — 32. extitit, *E;* fuerint, *Bal.*

inextimabile dictum[1] fuit. Non tamen propter hoc[2] rebelles adeo domati sunt. Quin hii qui superextiterunt adhuc quamplurimi numero potentes in armis et divitiis habundantes in sua rebellione perstiterunt dicto comiti aut[3] [fieri] sui subditi recusantes, licet successivis temporibus ad hoc inducti[4] fuerunt, non tamen dicto comite superextante, cum satis cito post premissa de medio sublatus[5] extiterit [30 januarii 1384], nec sine magnis laboribus et expensis ducis Burgundie memorati, ad quem ratione uxoris sue, filie unice dicti comitis, patria hujusmodi debuit[6] pertinere, qui tam vi armorum quam alias circa eorum domationem, reconciliationem et pacificationem sic operatus est quod paulatim qui socero[7] suo rebellaverant, suo[8] se dominio subdiderunt.

Per idem etiam[9] tempus [1381] cives Londonienses[10], adunatis sibi aliis communitatibus[11] Anglie, contra officiarios regis eorum insurrexerunt, multosque ex ipsis interemerunt[12]; inter quos dominus Symon de Suberia, archiepiscopus Cantuariensis, dicti regis consiliarius, qui prevídens[13] mortem sibi imminere, crucem gestans suis manibus, pontificalibusque[14] indutus, populo furenti se exhibuit, putans quod[15] saltim ob reverentiam pontificalis dignitatis ab ejus invasione desisterent. Sed ad hoc nullo habito respectu in eum insiluerunt, caputque ipsius et brachium dexterum truncaverunt, et ea per dies aliquos ad spectaculum in valvis seu muris dicte civitatis appensa seu affixa tenuerunt. De quo ultio licet[16] aliqua, non tamen condigna, dicitur fuisse facta, tum quia aliqui ex regalibus prefatis favere et assistere dicebantur, tum etiam[17] quia rex tunc juvenis erat; et timuit quod deterius sibi contingeret, si ad graviora procedere voluisset.

Eodem preterea tempore Bartholomeus intrusus volens Johannam, reginam Sicilie[18] memoratam, adherentem prefato Clementi, amplius molestare, ipsam, licet de facto, finaliter[19] privavit regno suo, sibique novum constituit adversarium et[20] inimicum, videlicet Karolum de Duracio, alias dictum de Pace, quem in regem Sicilie[21] et Jherusalem ipse[22] in propria coronavit [1 junii 1381], et

1. *lege* dictu, *Bal.* — 2. dicti, *ajouté par E.* — 3. alii, *Bal.* — 4. interdicti, *E.* — 5. sublata *(sic)*, *E.* — 6. debet, *B.* — 7. socrio *(sic)*, *E.* — 8. suoque, *E.* — 9. *omis par E.*— 10. Laudonenses, *E.*— 11. concomitantibus, *B.*— 12. interfecerunt, *E.* — 13. providens, *Bal.* — 14. pontificalibus qui, *E.* — 15. *omis par E.* — 16. *omis par A, B, Bal.* — 17. tamen *au lieu de* tum etiam, *E.* — 18. Cecilie, *mss.* — 19. finaliter, licet de facto, *Bal.* — 20. *omis par E;* suoque constituit novum adversarium et, *B.* — 21. Cicilie, *mss.* — 22. ipsum, *E.*

ut adversus dictam reginam viriliter procederet incitavit, dans ei in hoc possetenus favorem, consilium et juvamen. Quo audito per dictam reginam, de voluntate et consensu [1] dicti Clementis, cum ipsa liberos non haberet, sibi adoptavit in filium prefatum [2] Ludovicum, ducem Andegavensem, volens et ordinans quod post ejus decessum [3] ipse in dicto regno sibi succederet; et interim [4] sibi dedit ducatum Calabrie per primogenitos regum [5] regni predicti [6] teneri [7] consuetum. Que omnia dictus Clemens, tanquam dominus directus et superior ejusdem regni, confirmavit, et approbavit, ac voluit in posterum habere firmitatem. Poposcit insuper dicta regina ac cum instantia postulavit a dicto duce ut, confestim et sine mora, ad eam venire se disponeret, sibique viriliter succurrere prepararet, et ne [8] dictus adversarius suus ipsam ac [9] regnum suum invaderet, ac [10] alias adversus eam prevaleret, de gentibus armigeris ac aliis ad dictum [11] negotium oportunis sibi illico sufficienter provideret. Istis autem pendentibus, dictus Karolus de Pace [12], fretus auxilio et [13] favore predictis, Neapolim intravit, ac [14] dictam reginam fere cum omnibus [15] suis captivavit [2 septembris 1381]; occupataque hujusmodi civitate cum castris ejusdem, etiam majorem partem dicti regni occupavit ac sibi [16] obedientem et faventem invenit.

Eodem [17] etiam tempore [1381] erant in [18] Neapoli duo presbiteri cardinales supra nominati, videlicet domini [19] Jacobus de Itro et [20] frater Leonardus de Giffone [21], cum multis archiepiscopis, episcopis [22], [23] abbatibus et aliis viris ecclesiasticis, qui dicto Clementi obediebant et favebant. Qui una cum dicta regina captivati fuerunt, et demum diutius detenti [24], ac diris [25] carceribus [26] mancipati, in quibus, administrationibus ceterisque bonis suis perditis [27], in egestate, penis et miseria aliqui suam vitam duxerunt, aliqui vero finierunt [28]; inter quos fuit dominus Jacobus [29] cardinalis memoratus, qui totus cordatus et intrepidus fidem suam

1. assensu, *E.* — 2. memoratum, *E.* — 3. discessum, *B*, *Bal.* — 4. iterum, *B.* — 5. *omis par B*, *Bal.* — 6. *omis par A*, *B*, *Bal.* — 7. tueri, *B.* — 8. ut, *A.* — 9. et, *B*, *Bal.;* aut, *E.* — 10. aut, *E.* — 11. tantum, *E.* — 12. de Pace, *omis par E.* — 13. in, *E.* — 14. ad, *B; omis par E.* — 15. cum omnibus fere, *B*, *Bal.* — 16. si, *E.* — 17. Eo, *E.* — 18. *omis par B*, *Bal.* — 19. dominus, *B*, *Bal* 20. *omis par E.* — 21. Giffono, *A*, *Bal.;* Giffano, *B.* — 22. *omis par B.* — 23. et, *ajouté par B*, *Bal.* — 24. detentis, *A*, *B.* — 25. duris, *E*, *Bal.* — 26. captivati et, *ajoutés par E.* — 27. predictis *(sic)*, *E.* — 28. finiverunt, *B*, *Bal.* — 29. dictus *au lieu de* dominus Jacobus, *B.*

illesam servans, ibi tandem post multas afflictiones vitam velud martyr consummavit [1387].

Istis in dictis regionibus sic [1] se habentibus [2], Johannes rex Castelle, habita plena informatione super intrusione dicti Bartholomei ac subsecuta electione canonica Clementis memorati, cum solempnitate et maturitate debitis pro parte dicti Clementis se et regna sua declaravit [19 maii 1381], volens ab inde sibi [3] tanquam romano pontifici obedire, sicque fieri mandavit in regnis suis [4] et dominiis per omnes subditos suos. Ad hoc autem processit cum consilio et consensu [5] unanimi prelatorum, collegiorum, conventuum, ordinum, magistrorum, doctorum, magistratuum [6], nobilium, civitatum, communitatum [7], procerum et aliarum personarum notabilium dictorum regnorum suorum. Quibus expeditis, dominus Guterrius [8] Gomecii, perprius episcopus Palentinus, qui per prefatum Bartholomeum intrusum [9] ad statum seu verius fastum anticardinalatus assumptus extiterat, ipsumque acceptaverat, ac pro tali et etiam legato ejus in dictis regnis diu se gesserat, de premissis etiam informatus ad cor rediens, dictum Bartholomeum abjuravit, et ad dictum Clementem se convertit, ipsum verum papam profitens [10] et [11] Bartholomeum abnegans, statum prefatum ab ipso receptum totaliter dereliquit [12]. Et idem per omnia fecerunt multi alii qui tam [13] ad episcopatus quam [14] alias varias dignitates et plurima beneficia [15] per dictum Bartholomeum [16] promoti extiterant in eisdem regnis. Hec autem omnia facta sunt, sibi cooperante divina gratia, per ministerium [17], sollicitudinem et providentiam memorati domini Petri de Luna, dyaconi cardinalis, qui, ut supra tactum est, illuc per dictum Clementem legatus fuerat destinatus et ad hoc continue vacaverat quasi a principio pontificatus sui, de cujus mandato [18] demum prefatum dominum Guterrium [19] in verum presbiterum cardinalem assumpsit precibus et instantia regis memorati [20]. Multos etiam ex aliis promotis per dictum Bartholomeum [21] in statu indebite [22] per eum ipsis [23] com-

1. *omis par B.* — 2. sequentibus *au lieu de* se habentibus, *E.* — 3. *omis par E.* — 4. *placé après* dominiis par *E.* — 5. assensu, *E.* — 6. magnatuum *(sic)*, *E.* — 7. comitatum *(sic)*, *B.* — 8. Gauterus, *A*, *B.* — 9. intrusum Bartholomeum, *B*, *Bal.* — 10. proficiens, *E.* — 11. *omis par A*, *B*, *Bal.* — 12. derelinquit, *E;* derelinquendo, *A*, *B*, *Bal.* — 13. tamen, *B.* — 14. ad, *ajouté par Bal.* — 15. beneficia plurima, *E.* — 16. intrusum, *ajouté par Bal.* — 17. misterium, *E.* — 18. mandatum *(sic)*, *A.* — 19. Gunterium, *A*, *B;* Girotum, *E.* — 20. dicti regis, *B*, *Bal.* — 21. intrusum, *ajouté par Bal.* — 22. indebito, *B;* et debite, *E.* — 23. ipsum eis, *Bal.*

misso seu collato dimisit [1], verum titulum dicti Clementis auctoritate [2] eis conferendo. Qui etiam dicto durante tempore sic operatus est quod licet in aliis regnis Yspanie ad que etiam [3] fuerat destinatus pro tunc [4] dictus Clemens non habuerit [5] obedientiam plenam, ipsa tamen [6] a dicto Bartholomeo, qui solus eam [7] obtinebat, totaliter subtracta, neutri [8] eorum adherendo, ad quamdam indifferentiam seu neutralitatem communiter sunt redacta; quanquam inter [9] ipsos plures extiterint publice aut [10] occulte memorato Clementi adherentes, ac suas gratias recipientes et petentes, de quorum omnium pura et manifesta declaratione tandem subsecuta [11] fiet mentio inferius suo loco.

Anno vero [12] [MCCC]LXXXIIJ [13], [14] mense maii, Avinione [15] convenerunt Ludovicus, dux Andegavensis, et Amedeus, comes Sabaudie, superius nominati, cum exercitu magno et admodum notabili [16] armatorum, progredi disponentes versus partes Ytalie tam pro impugnatione Bartholomei intrusi et sibi faventium quam liberatione Johanne, regine Sicilie [17] memorate [18], per prefatum Karolum de Duracio [19] jam detente, ac recuperatione regni sui pro majori [20] parte occupati per eumdem. Fuitque constitutus et ordinatus generalis capitaneus [21] dicti exercitus memoratus dux Andegavensis [22] per dictum Clementem papam, sibique datum in mandatis ut nedum nomine proprio, sed etiam Ecclesie et suo, ad negotia procederet suprascripta [23]. Qui etiam volens ipsum et dictum comitem peramplius honorare, ad eorum instantiam et supplicationem, die xxx dicti mensis in presbiterum cardinalem assumpsit dominum fratrem Thomam de Casato [24], ordinis Predicatorum, prius inquisitorem heretice pravitatis provincie [25] Lombardie, de Pedemontium oriundum, virum utique grandevum, mansuetum, virtuosum, bene litteratum, licet non in theologia magistrum. Arripuit ergo dictus dux ab inde [26] iter suum cum suo [27] dicto exercitu, ipsum per planam [28] Lombardie [29] et terras Ecclesie prosequendo;

1. divisit *(sic)*, *E.* — 2. auctoritate dicti Clementis, *B*, *Bal.* — 3. pro tunc, *ajouté par B*, *Bal.* — 4. pro tunc, *omis par B*, *Bal.* — 5. habuit, *E.* — 6. tamen ipsam, *E.* — 7. qui eam tunc solus, *E.* — 8. nuncii *(sic)*, *B.* — 9. in, *E.* — 10. ac, *E.* — 11. consecuta, *E.* — 12. Domini, *Bal.* — 13. *lege* 1382. — 14. de, *ajouté par E.* — 15. Avinioni, *Bal.* — 16. notabiliter, *E.* — 17. Cecilie, *mss.* — 18. *placé avant* Johanne *par E.* — 19. Durancio, *B.* — 20. majore, *Bal.* — 21. capitanus, *E.* — 22. *omis par E.* — 23. supradicta, *Bal.* — 24. Casasto, *A;* Cassato, *B*, *Bal.* — 25. in provincia *au lieu de* provincie, *Bal.* — 26. dictus dux ab inde, *omis par A*, *B*, *Bal.* — 27. *omis par A*, *B*, *Bal.* — 28. plana, *Bal.* — 29. Lombardiam, *E.*

quod utique, licet non sine magnis laboribus et expensis, alias tamen satis feliciter et pacifice [1] consummavit. Declinavitque primo in civitate Aquilanensi [2] [17 septembris 1382] sub favore et obedientia dicte regine persistente, que quasi in introitu dicti regni situata existit. Quem [3] navigia multa, victualibus et aliis sibi necessariis onerata, sunt illico subsecuta. Veniendo tamen oblicavit [4] viam que de [5] directo Romam tendebat, que etiam rectior et melior existebat; quam si tenuisset et aliqualem molestiam Romanis seu eorum territorio intulisset, creditur indubie quod dicti Romani Bartholomeum intrusum, ibi tunc existentem cum suis anticardinalibus, sibi tradidissent, et ita inter se facere deliberaverant audientes ejus potentiam, cui se non posse diutius resistere extimabant, nolebantque perire aut dampnificari propter eos [6]. Quod si factum fuisset, scisma ortum in Ecclesia [7] satis cito finem habuisset. Sed hoc obmisso et quodam modo contempto, aspectum habuit ad propria, ad conquestam videlicet dicti regni potius quam pacificationem Ecclesie an[h]elando. Quod an [8] gratum Deo extiterit, licet de hiis que ab ejus secreta dispositione procedunt non sit meum aut alterius judicare [9], tamen per ea que vidimus [10] exterius magis ejus displicentiam possumus denotare, cum ex tunc quasi continue adversa sibi contigerint [11], sed prospera raro. Adventus enim ejus a jam diu prescitus per suos adversarios extiterat. Qui sic se [12] disposuerant quod civitates, loca et castra invenit utplurimum [13] fortificata munitaque victualibus, armis et gentibus ad sibi resistendum viriliter dispositis et apparatis. Fueruntque blada [14], vina, pecora, equorum pabula [15] aut in eis recondita exteriusve consumpta. Sicque pro tunc non fuit locus aliquid contra suos inimicos [16] faciendi. Et quia loca sibi faventia, que satis pauca erant, bene disposita non erant [17] ad ipsum cum suo exercitu capiendum, victualia etiam eorum non adeo habundabant quod sine propria penuria [18] sibi sufficerent, oportuit ipsum seu saltim majorem pratem sui dicti exercitus per aliquod tempus in locis parvis, [19] miseris [20] et campestribus permanere. Hyems etiam [21] supervenit,

1. facilitèr et pacifice, *E.* — 2. Aquilana, *E.* — 3. Quam *(sic)*, *mss.* — 4. obliquavit, *B*, *Bal.* — 5. *omis par B.* — 6. ipsos, *Bal.* — 7. in Ecclesia ortum, *B*, *Bal.* — 8. ante, *B.* — 9. indicare, *B.* — 10. videmus, *B*, *Bal.* — 11. contingerint, *A*, *B*; contingerunt, *B.* — 12. *omis par E.* — 13. *omis par E.* — 14. oblata, *E.* — 15. papula, *B.* — 16. inimicos suos, *B.* — 17. non erant bene disposita, *E.* — 18. pecunia, *Bal.* — 19. et, *ajouté par Bal.* — 20. miseriis, *A.* — 21. insuper, *E.*

nives, pluvie, et aque inundaverunt, gelu, venti et frigora suum tempori debitum reddiderunt. Inimici sui insuper [1] sibi continue [2] insidiantes [3], ubi et quomodo potuerunt, suas gentes expugnaverunt [4]. Quibus omnibus causantibus eique obsistentibus [5], sibi aut dicto suo exercitui [6] non licuit victualia hinc [7] et inde perquirere, prout eorum necessitas exigebat, et sic hiis [8] que perprius habuerant [9] consumptis, multas egestates et miserias sunt perpessi.

Dicto etiam durante tempore prefata Johanna regina immaniter fertur interempta [1382] fuisse per ministros dicti Karoli, eo sic fieri ordinante. Modus autem interemptionis sue varie extitit et est [10] narratus. Nam aliqui dixerunt ipsam strangulatam, aliqui sub una culcitra suppositam, ligatamque [11] manibus et pedibus suffocatam extitisse [12]. Et quia tam in dicto regno quam alibi, favore et amore sui [13], multi duci memorato adherebant, alias non [14] facturi, audito ejus obitu sic dorsa verterunt, se ad hostem suum convertentes. De quibus fuere primi dictorum navigiorum conductores [15] et patroni, qui statim [16] cum eis [17] retrocesserunt ad partes Provincie unde venerant; qui [18] etiam illico suum dominium abhorrentes, sibi [19] aperte rebellarunt, hosti predicto adherentes, dominis de Saltu et certis aliis nobilibus, qui cum ipso [20] iverant [21], Massiliensibus et Arelatensibus civibus, et aliquibus aliis locis [22], licet [23] paucis, dumtaxat exceptis. Sicque, quoad pse [24] vixit, continue permanserunt, licet cum [25] maximis turbationibus et incommodis, que occasione hujusmodi eis provenerunt[26]. propter guerras ipsis motas et admodum rigide continuatas [27] pro parte ipsius ducis toto tempore supradicto.

Hiis [28] vero tunc sic se habentibus in partibus illis, regnum Francie novitates [1381-1382] quamplurime non modicum turbaverunt. In senescal[l]iis namque Bellicadri [29], Carcassone [30] et Tholose [31]

1. insuper sui, *A*, *B*, *Bal.* — 2. *omis par A*, *B*, *Bal.* — 3. insidiantur, *E.* — 4. expugnarunt, *E.* — 5. obstantibus, *Bal.* — 6. exercitui suo, *Bal.* — 7. victualia hinc, *omis par E.* — 8. *omis par E.* — 9. habuerat, *E.* — 10. et est, *omis par A*, *B*, *Bal.* — 11. suprapositam ligatamque, *E.* — 12. *omis par B.* — 13. suis, *mss.* — 14. vero, *E.* — 15. primo dictorum navigiorum conditores, *E.* — 16. *omis par E.* — 17. eo, *B.* — 18. que, *E.* — 19. similiter, *E.* — 20. ipsi, *A;* ipsis, *B*, *Bal.* — 21. ierant, *Bal.;* iverunt, *E.* — 22. *omis par A*, *B*, *Bal.* — 23. sed, *E.* — 24. ipsos, *B;* ipsum, *E.* — 25. tamen, *B.* — 26. pervenerunt, *B.* — 27. continuationis, *E.* — 28. Hinc, *B.* — 29. Pellicardri, *B.* — 30. Carcassonen., *E.* — 31. Tholosan., *E.*

populares, quos vulgariter nominabant [1] Tochinos [2], contra majores et precipue nobiles et officiis [3] regiis implicatos insurrexerunt, ipsos immaniter persequentes. Quos enim ex ipsis capere poterant, absque misericordia trucidabant, eorum bona rapiebant, loca, castra et domos [4] totaliter dirruebant [5] absque judicio, nullo respectu habito nullaque ratione servata ad talia procedentes. Et in hac maledictione continuantes assentiebant incole fere omnium notabilium locorum partium predictarum [6]. Quibus hoc attemptandi prebuit occasionem et audaciam continuata [7] et immoderata indictio talliarum et impositionum diversarum, ex [8] quibus gravabantur nimium, ymo et eorum quamplurimi perducti [9] ad egestatem mendicare cogebantur. Istis autem resistere eosque [10] comprimere viriliter et potenter [11] conatus est Johannes, dux Bituricensis, tunc locumtenens regius [12] ac [13] regimen habens partium earumdem. Sed licet cum eis diu [14] concertaverit, tamen adversus ipsos [15] prevalere non potuit de tempore magno, presertim in partibus Tholosanis, in quibus eorum fautorem precipuum [16] reperit Gastonem, comitem Fuxi, qui eis cum manu potenti et brachio extento contra ipsum continue assistebat. Demum tamen, divina operante gratia, demeritis acriter [17] punitis personaliter vel in bonis, predicta cessaverunt et ad statum pacificum sunt deducta [18].

Eodem etiam fere contextu [martio 1382] quo et [19] premissa invaluerunt, eis similia cives Parisienses machinati sunt attemptare, quorum directores et promotores esse decreverant illos qui [20] Malleatores seu Malleti [21] vulgariter nominantur [22]. Sed eis deductis ad notitiam regis et assistentium sibi, quotquot ex ipsis [23] culpabiles inventi sunt, morte dampnati, aut bonis spoliati, aut [24] exilio deputati [25] fuerunt. Arma insuper omnia civium predictorum ad palatium regium delata fuere [26]; et ultra penas tam pecuniarum quam alias eis impositas, ad edificandum suis sumptibus et expensis

1. nominabat, *E.* — 2. Coquinos, *B*, *Bal.* — 3. officiariis, *B.* — 4. domus, *B*, *Bal.* — 5. diruebant, *B*, *Bal.* — 6. predictorum, *A*, *B.* — 7. attemptandi occasionem et audaciam prestitit constituta, *E.* — 8. et, *E.* — 9. predicti, *E.* — 10. eos quam, *E.* — 11. potentes, *E.* — 12. regni, *B;* regis, *Bal.* — 13. et, *B.* — 14. Sed licet diutius cum eis, *E.*— 15. eos, *Bal.; omis par B.*— 16. precipue, *B.* — 17. graviter, *B*, *Bal.;* a certis, *E.* — 18. reducta, *E.* — 19. *omis par Bal.* — 20. illosque, *E.*— 21. Malcatores seu Malieti, *E.*— 22. nominatur *(sic)*, *E.*— 23. eis, *Bal.*— 24. in, *ajouté par B*, *Bal.;* a, *ajouté par A.* — 25. dampnati, *A*, *Bal.* — 26. fuerunt, *Bal.*

castrum porte [1] Sancti Anthonii mire fortitudinis [2], habens introitum et exitum liberum intus et extra menia civitatis, condempnati extiterunt ad aliorum terrorem memoriamque detestabilem machinationis supradicte. Et quia inter ceteros hujus rei culpabiles notatus fuisse dicitur unus advocatus parlamenti [3] regii, alias notabilis et solempnis reputatus, qui magister Johannes de Marcsiis [4] dictus est, sententiam subiit [5] capitalem [28 februarii 1383]. De ejus tamen dampnatione varii vario modo [6] sunt locuti. Nam plures ipsam voluntariam potius quam justam [7] dixerunt, ipsum super sibi impositis innocentem asserentes. Alii vero eum reum et culpabilem opinantes, ipsam equam et laudabilem extimarunt. Quid [8] autem horum verum sit, hoc Dei judicio relinquatur, qui quandoque delatos super certis [9], licet de ipsis innoxios, aliorum tamen reos hic corporaliter dampnari permittit, ne super commissis impuniti hic [10] remaneant, et [11] hic puniti in corpore de delictisque compuncti eternam in anima effugiant [12] ultionem. Quod [13] ideo hic inserui quia licet, ut pretactum est, hic perprius [14] satis commendabilis in aliis diceretur, tamen judicio plurimorum in uno Deum forte non modicum offendebat. Cum enim famosus advocatus existeret [15], quotiens occurrebant cause que ecclesiarum jura aut libertates concernerent, utplurimum et libentius contra ipsas patrocinium assumebat. Qui [16], si sui occasione quandoque gravate fuerunt, Deum in hoc ultorem presumitur habuisse, qui facta suis sibi facta reputans, tales consuevit deprimere aut [17] ultione simili radicitus extirpare, sicut e contrario suorum fautores eternaliter premiat et hic sepius erigit [18] et exaltat. Quemadmodum de magistro Petro [19] de Fitinhiaco [20], notabili [21] advocato dictique Johannis contemporaneo in parlamento [22], qui ecclesiarum zelator fervidus, suorum [23] jurium deffensator precipuus ac assiduus semper fuit, tunc dicitur contigisse [24]. Ipsum enim exaltavit Altissimus, deditque ei [25] gloriam non modicam in hoc mundo, cum ipsum de statu

1. *omis par B.* — 2. prorsus juxta portam Sancti Anthonii, *ajoutés par B.* — 3. pallamenti, *B.* — 4. Maresio, *E.* — 5. protulit, *E.* — 6. modo vario, *E.* — 7. justum, *E.* — 8. Quod, *A, B, Bal.* — 9. certos, *B.* — 10. *omis par E.* — 11. aut, *E.* — 12. effigiant, *E.* — 13. Quid, *A.* — 14. prius, *E.* — 15.extiteret, *E.* — 16. continebant que *au lieu de* assumebat. Qui, *E.* — 17. autem, *E.* — 18. exigit, *E.* — 19. *omis par A.* — 20. Jacobo Fetiniaco, *B.* — 21. notabilique, *E.* — 22. in parlamento, *omis par E;* in parlamento contemporaneo, *A;* contemporaneo in parlamento, *B, Bal.* — 23. suorumque, *E.* — 24. contingisse, *mss.* — 25. Altissimusque dedit et, *E.*

tam infimo, advocati scilicet [1] et archidyaconi in ecclesia Carnotensi, ad statum cardinalatus promoveri ordinavit [2] per Clementem papam predictum. Qui, aliquibus ex aliis cardinalibus defunctis, anno videlicet [3] [MCCC]LXXXIIJ, die XXIIJ mensis decembris, septem presbiteros cardinales [4] creando, qui fuere : dominus Petrus de Croso, ordinis sancti Benedicti monachus [5], dyocesis Lemovicensis, tunc archiepiscopus Arelatensis et camerarius suus; dominus Fayditus de Agrifolio, dyocesis Lemovicensis, tunc episcopus Avinionensis; dominus Petrus Ayselini [6] de Monteacuto, ordinis sancti Benedicti monachus [7], dyocesis Claromontensis, tunc episcopus Laudunensis; dominus Walterius [8] de Wardelav [9], Scotus [10], tunc episcopus Glasguensis [11]; dominus Aymericus de Man[h]aco [12], dyocesis Lemovicensis, tunc episcopus Parisiensis; dominus Johannes de Novocastro [13], Burgundus, consanguineus et cubicularius suus, tunc episcopus Tullensis; dominus Jacobus de Mentonay, dyocesis Gebennensis, tunc archidyaconus in ecclesia Remensi et cubicularius suus. Duos etiam dyaconos ordinavit, videlicet dominos [14] Amedeum de Saluciis, Pedemontanum, tunc electum Valentinensem, nepotem vel consanguineum suum propinquum [15], et predictum magistrum Petrum [16] de Fitiniaco [17], licet grandevum, totum tamen alias [18] virtuosum; cujus promotio sicut Deo servire et Ecclesie [19] favere volentibus fuit placibilis et ad idem [20] faciendum allectiva, sic [21] prefati Johannis de Maresiis [22] punitio contrariis innitentibus [23] ejusque memoriam habentibus esse debuit et debet terribilis et ab eisdem repressiva.

Insuper adveniente tempore paschali, die videlicet [15] mensis [aprilis] anno [MCCC]LXXXIIIJ [24], ad [25] instantiam regis Francie [26] et ducis Bituricensis prenominatorum [27], prefatus [28] Clemens papa promovit in [29] dyaconum cardinalem dominum Petrum de

1. si et *au lieu de* scilicet, *A*. — 2. ordinavit promoveri, *B*, *Bal.* — 3. videlicet anno, *A*, *B*, *Bal.;* Domini, *ajouté par B*, *Bal.* — 4. cardinales presbiteros, *A*. — 5. monachus ordinis sancti Benedicti, *E*. — 6. Aysselini, *E*, *Bal.* — 7. monachus ordinis sancti Benedicti, *E*. — 8. Walterus, *B*, *Bal.;* Gatterius, *E*. — 9. Wardelan, *Bal.;* Bardevlav, *E*. — 10. socius, *A*, *B*. — 11. Glascuensis, *A*, *B*, *Bal.* — 12. Magriaco, *E*. — 13. Monte castro, *E*. — 14. dominum, *E*. — 15. proximum, *Bal.;* prepositum, *B*, *E*. — 16. *omis par B;* et ipsum magistrum Petrum, *E*. — 17. de Fitiniaco, *omis par E*. — 18. aliter, *E*. — 19. Deo et Ecclesie servire, *B*. — 20. id, *B*, *Bal.* — 21. sicque, *E*. — 22. de Maresiis, *omis par E*. — 23. imitantibus, *Bal.* — 24. die videlicet mensis anno LXXXIIIJ, *omis par A*, *B*, *Bal.* — 25. *omis par B*. — 26. Francorum, *E*. — 27. prenominati, *Bal.;* prenominatus, *B*, *E*. — 28. *omis par E*. — 29. *omis par B*.

Lucemborch[1], fratrem comitis Sancti Pauli, tunc electum Metensem, etate quidem juvenem[2], sed magnis meritis et virtutibus adornatum, prout infra, cum ejus obitus narrabitur[3], plenius describetur.

Eodem etiam anno, videlicet[4] [MCCC]LXXXIIIJ, die xx mensis septembris, memoratus Ludovicus dux Andegavensis[5], regio[6] nomine jam assumpto, qui [h]actenus dives et habundans plurimum extitit, satis pauper et indigens, Amedeo comite Sabaudie prelibato multisque ex suis commilitonibus et[7] armigeris tam inedia quam gladio jam defunctis, prout Domino placuit, infirmitate pregravatus, diem clausit extremum in civitate Barensi, sue tunc subdita ditioni. Quod quam lamentabile quamque[8] dampnosum extiterit sibi adherentibus, quos jam multos ultra secum ductos[9] in dicto regno habebat tam amore quam vi sibi confederatos[10] et attractos, judicet qui cogitat percusso capite cetera membra pati! Successit autem[11] sibi tam nomine quam ea parte quam in dicto regno obtinebat Ludovicus, filius suus primogenitus, vix septennis, qui sub regimine Marie[12], matris sue, habuit diutius permanere, saltim donec et quousque ad annos attingeret[13] pubertatis[14]. Interim[15] vero per[16] dicte matris providentiam, cum assistentia et juvamine dicti Clementis pape, patriam[17] Provincie, que patri rebellis et[18] inobediens extiterat, ad ipsius dominium[19] est reducta. Ea etiam que per[20] patrem suum in dicto regno tenebantur non minus, ymo et amplius in aliqua parte prosperata sunt quam ipso vivente.

Quo etiam adhuc extante[21] in eodem regno, contigit[22] unum mirabile et stupendum, Dei tamen judicio, ut opinor, ordinatum[23], videlicet quod dicto Bartholomeo intruso Neapolim accedente[24], orta fuit discordia inter eum et prefatum Karolum[25] jam, ut supra tactum est, per eum de facto[26] in regem sublimatum. Cumque nondum[27] accessa civitate ad invicem convenerunt[28], inter eos adeo crevit dicta[29] discordia quod idem Karolus ipsum ibidem

1. Lucenborch, *Bal.* — 2. juvenili, *B.* — 3. narratur, *E.* — 4. scilicet, *B*, *Bal.* — 5. dux Andegavensis Ludovicus, *B*, *Bal.* — 6. regis, *E.* — 7. ac, *E.* — 8. lamentabile quamque, *omis par E.* — 9. deductos potentes, *E.* — 10. confederantes, *A.* — 11. etiam, *E.* — 12. *omis par B.* — 13. contingeret, *A.* — 14. subritatis *(sic)*, *E.* — 15. Iterum, *E.* — 16. pro, *E.* — 17. patria *(sic)*, *E.* — 18. *omis par E.* — 19. *omis par E.* — 20. dictum, *ajouté par Bal.* — 21. existente, *B*, *Bal.*; stante, *E.* — 22. contingit, *mss.* — 23. inordinatum, *B.* — 24. attendente, *E.* — 25. Karolum prefatum, *E.* — 26. de facto in et per eum, *E.* — 27. in, *E.* — 28. convenerant, *A.* — 29. *omis par A*, *B*, *Bal.*

arrestavit [1383] aut [1] verius captivavit, et [2] ne ulterius procederet impedivit [3]. Sed aliquibus se interponentibus, dictoque Bartholomeo offensam suam ad tempus [4] aliquod [5] dissimulando pertranseunte [6] liberatus fuit, et demum intravit Neapolim ubi contra eum pro injuria irrogata procedere ordinavit [7]. Sed eo ibidem [8] existente, cogitavit hoc sibi non fore tutum; et idcirco post moram ibi aliquanto tempore factam, ab inde exiens, venit Nuceriam [9], ubi quod conceperat deducere disposuit ad effectum. Sed hoc ad notitiam dicti Karoli [10] perducto, ipse ad ejus obsidionem [11] viriliter se accinxit, locumque predictum fortiter et diutius expugnavit. Sed tandem per [12] nobiles dominos [13] de Sancto Severino et nonnullos alios tunc fautores dicti Bartholomei, in manu potenti ad sui auxilium et juvamen supervenientes [14], dicta obsidio levata extitit, et ipse liberatus. Qui demum ab inde recedens [7 julii 1385], quosdam de suis anticardinalibus, quos de premissis contra ipsum attemptatis conscios et culpabiles extimavit, prius depositos [15], vinculatos enormiter secum duxit [16]; de quibus quid egerit aut [17] ad [18] quem locum ipse ab inde declinaverit [19], infra suo loco describetur.

Anno autem Domini [20] [MCCC]LXXXV, circa vernale tempus, Karolus, rex Francorum [21], recepit in conjugem Ysabellam, filiam Stephani [22] ducis Bavarie [17 julii 1385].

Eodem etiam tempore currente [23] [11-12 septembris 1382] obiit Ludovicus, rex Ungarie, duabus filiabus [24] superstitibus; quarum primogenita sibi in regno Ungarie succedens nupsit Sigismundo, marchioni Brandeburgensi [25], fratri [26] regis Boemie; secunda autem [27], que [28] in regnis Polonie et Cracovie sibi succedebat, eo jam vivente, contraxerat cum Guillermo, primogenito Leopoldi ducis Austrie, et secum, ut dicebatur, nubilis existens, cohabitaverat per aliquod tempus. Post vero ejusdem regis obitum ipsam de facto recepit

1. ac, *B;* seu, *E.* — 2. ut, *ajouté par E.* — 3. impediret, *E.* — 4. ipsius, *E.* — 5. *omis par E.* — 6. pertransiente, *E.* — 7. Neapolim ubi contra eum pro injuria irrogata procedere ordinavit, *omis par A, B, Bal.* — 8. ibidem eo, *A, B, Bal.* — 9. Materiam, *E.* — 10. *omis par B.* — 11. ab ejus obsidione, *E.* — 12. dominos, *ajouté par A, Bal.;* duos, *B.* — 13. homines, *E.* — 14. superveniens, *A.* — 15. dispositos, *B.* — 16. duxerit, *E.* — 17. et, *Bal.* — 18. *omis par A, B;* in, *Bal.* — 19. declinavit, *A, B.* — 20. *omis par E.* — 21. Francie, *Bal.* — 22. Stheffani, *E.* — 23. occur[r]ente, *E; omis par B, Bal.* — 24. suis, *ajouté par E.* — 25. Brantaburgensi, *E.* — 26. fratris, *mss.* — 27. *omis par A, B, Bal.* — 28. qui *(sic)*, *E.*

Ladislaus, dux Lotobbie [1], adhuc paganus existens, licet se demum [2] converterit [3] ad fidem christianam.

Anno predicto [MCCC]LXXXV, die XIJ mensis [4] julii, aliquibus cardinalibus noviter defunctis, prefatus [5] Clemens papa [6] aliam [7] fecit creationem cardinalium, videlicet septem [8] presbiterorum, qui fuerunt : dominus Bertrandus de Chanaco [9], dyocesis Lemovicensis, tunc patriarcha Jherosolimitanus; dominus Thomas de Amanatis [10], Ytalicus, tunc archiepiscopus Neapolitanus, et referendarius pape; dominus Johannes de Placentinis, Lombardus, tunc episcopus Castellanensis, alias Venetiarum; dominus Amelius [11] de Lautreco, canonicus regularis ordinis sancti Augustini, de Albigesio, tunc episcopus Convenarum et etiam pape referendarius; dominus Johannes de Murolio [12], dyocesis Claromontensis, tunc episcopus Gebennensis, familiaris [13] pape; dominus Petrus de Tureyo, Burgundus, tunc episcopus Malleacensis; et dominus Johannes de Brunhiaco [14], dyocesis Gebennensis, tunc episcopus Vivariensis et cubicularius [15] pape.

Per idem tempus occupabat regnum Portugalie quidam Johannes, magister militie dicte Davis [16], asserens se fuisse fratrem Petri [17] regis ultimo [18] mortui; cujus filiam, [19] ad quam regnum hujusmodi pertinere dicebatur, habebat in conjugem Johannes, rex Castelle memoratus. Cujus occasione guerra fuit [20] mota ortaque discordia inter predictos regem et magistrum, et [21] mense augusti anni predicti [1385], die videlicet decima quarta, prelium [22] consertum [23], in quo, prout Domino placuit, idem rex extitit victus. Fueruntque mortui quamplures milites [24] et [25] armigeri tam de sibi subditis quam illis qui in sui succursum advenerant de partibus Gallicanis.

Anno Domini [26] [MCCC]LXXXVJ, die prima januarii, sol circa horam tertiarum, licet perprius ab aurora diei et post ejus ortum aer satis claruisset, et ipse more solito splenduisset, eclipsatus

1. Lotablie, *B;* Vitonic, *E.* — 2. demum se, *E.* — 3. convertit, *B.* — 4. *omis par E.* — 5. prelibatus, *E.* — 6. *omis par A, B, Bal.* — 7. *omis par A;* novam, *Bal.* — 8. videlicet septem cardinalium, *B, Bal.* — 9. Tharraco, *B.* — 10. Amantis, *A, B.* — 11. Aurelius, *E.* — 12. Mutellio, *B;* Murorilio, *E.* — 13. familiari *(sic)*, *E.* — 14. Banihyaco, *B;* Brunihiaco, *E.* — 15. ipsius, *ajouté par Bal.* — 16. *lege* d'Avis; Davidi, *A, B, Bal.* — 17. *omis par B, Bal.* — 18. ultimo regis, *E.* — 19. et, *ajouté par A, E.* — 20. fuit guerra, *E.* — 21. de, *ajouté par E.* — 22. plurimi, *E.* — 23. est, *ajouté par Bal.* — 24. valentes, *E.* — 25. *omis par B, E.* — 26. *omis par E.*

est, et in tantum aer obfuscatus [1] et obtenebratus sicut in noctis crepusculo communiter esse consuevit, et adeo quod in [2] carreriis aut alias sub divo [3] tunc [4] existentes legere aut diversitates [5] personarum vel monetarum [6] discernere difficiliter potuissent [7].

Eodem occurrente [8] tempore, Bartholomeus intrusus, recedens de Apulia [9], navigando, pervenit Januam [23 septembris 1385] cum pluribus ex anticardinalibus suis, ex quibus [10] sex de illis quos, ut supra tactum est, tanquam conscios et culpabiles super attemptatis contra ipsum per Karolum de Duracio [11] memoratum vinculaverat, ut [12] aliqui dixerunt, in mari submergendo, aliqui [13] quod in terra vivos sepeliendo, et aliqui quod plantatos in [14] terra usque ad mentum [15] capite [16] truncatos fecit immaniter trucidari, eis reddens pro suis obsequiis secundum quod dyabolus, cujus ipse [17] minister erat [18], suis servitoribus [19] reddere consuevit.

Per idem etiam tempus [1385] prefatus Karolus [20] adiit regnum Ungarie, sperans ibi fautores et amicos habere per quorum ministerium et juvamen regnum ipsum, in quo [21] tanquam propinquior regi mortuo per lineam masculinam jus se pretendebat habere, posset acquirere [22], et illud Sicilie [23], cujus nomen, licet falso, gestabat, cum ejus pertinentiis defensare. Sed [24] suis fraudatus desideriis, non amicos, sed inimicos ibi reperiit [25], per quos extitit crudeliter interemptus [27 februarii 1386], justo Dei judicio penam condignam recipiens pro commisso scelere in [26] nece Johanne, regine memorate; que domina sua naturalis erat, fueratque sibi continue plus quam mater, ipsum a cunabulis [27] in propria nutricando [28], fovendo et exaltando, ymo [29] a morte, cui aliquando adjudicatus extiterat, preservando. Quorum omnium non [30] recordatus, ejus vitam odivit, statum cupivit [31] et mortem ordinavit; cujus sanguis de terra clamavit ad Dominum, donec predictam perpessus est ultionem.

Fuit etiam fere [32] tempore predicto suscitata guerra et mota dis-

1. suffocatus, *E.* — 2. ante, *E.* — 3. divino, *E.* — 4. *omis par B.* — 5. diversitatem, *Bal.* — 6. momentarum *(sic)*, *E.* — 7. potuisset, *E.* — 8. currente, *E.* — 9. Ampulia, *E.* — 10. quorum *(sic)*, *B.* — 11. Durancio, *B.* — 12. et, *E.* — 13. alii, *B.* — 14. intra, *B.* — 15. mentonem, *B.* — 16. capiti, *E.* — 17. *omis par A, B, Bal.*— 18. ministri erant, *Bal.*— 19. fautoribus, *E.*— 20. Karolus prefatus, *E.*— 21. in quo, *omis par B.*— 22. acquirere posset, *Bal.* — 23. Cecilie, *mss.*— 24. Licet, *E.*— 25. reperit, *B, Bal.* — 26. et, *B.* — 27. cunabilis, *B, E.* — 28. nutriendo, *A, E.* — 29. et, *ajouté par E.* — 30. *omis par E.* — 31. concupivit, *B, Bal.* — 32. *omis par B, Bal.*

cordia [1] inter prenominatum Leopoldum, ducem Austrie, et populares ac [2] incolas locorum imperialium adjacentium terris suis; que adeo incaluit quod ipse de viribus suis nimium confidens, eosque spernens, et non [3] cogitans dubium belli eventum, in propria ipsos disposuit debellare. Ipsi vero sibi viriliter occurrentes, cum essent numero plures et armis fortiores, ipsum interfecerunt [9 julii 1386] cum majori [4] parte suorum [5], aliis dantibus terga fuge.

Istis etiam pendentibus Galeas [6] de Vicecomitibus, Mediolani, comes Virtutum, captivavit Barnabonem, patruum suum, improvisum nec de hoc cogitantem, ipsumque carceribus mancipavit, in quibus demum satis cito mortuus est [18 decembris 1385]. Cujus filiis omnibus aut stricte detentis, aut [7] tanquam [8] exilio dampnatis, in egestate et miseria per mundum hinc [9] inde vagantibus, loca, civitates et dominia una cum ceteris bonis omnibus que ad ipsum, dum liber erat et viveret [10], pertinebant [11], idem comes occupavit, nec fuit qui in hiis quoquo modo suis restiterit potentie et voluntati [12]. In quo quantum in potentia et divitiis [13] confidendum existat notent et considerent [14] ipsi principaliter habundantes, cum ipse inter ceteros hujus mundi in hiis [15] unus foret de majoribus et tamen perditus [16] omnia perdidit una die. Predictis autem peractis dictus comes, suis certis tractantibus amicis, datisque magnis pecuniis, et aliquibus locis et dominiis assignatis, filiam suam unicam [17], quam habebat, in conjugem tradidit [8 aprilis 1387] Ludovico duci Turonensi, postea duci Aurelianensi [18], fratri germano regis Francie memorati [19], cui erat gradu secundo [20] consanguinitatis conjuncta, cum ejus mater soror fuerit patris sui. Fuitque super [21] hoc dispensatum per Clementem papam memoratum [25 novembris 1386]; sed utrum etiam per Bartholomeum intrusum dubito, cum ipse comes ad partem suam satis patenter tunc existeret inclinatus.

1. guerra, *E.* — 2. *omis par E.* — 3. ne, *B.* — 4. majore, *Bal.* — 5. *après* suorum *B (fol. 541 r°) et les ms. latin 4949 de la Bibliothèque de Paris, qui en est vraisemblablement la copie (fol. 169 v°), répètent le passage suivant :* Lothoringie et Barrensi ac aliquibus aliis comitibus dominisque temporalibus, civitatibus et locis eorumdemque territoriis et dominiis circum adjacentibus... conjunctus qui; *cf. supra, p. 474.* — 6. Galeacius, *B, Bal.;* Galeacias, *A.* — 7. *omis par E.* — 8. *omis par B.* — 9. et, *ajouté par E.* — 10. viverent, *E.*— 11. pertinebat, *B.* — 12. sue restiterit voluntati, *A, Bal.;* sue resisteret voluntati, *B.* — 13. diutius, *A.*— 14. noterent et conciderent, *E.*— 15. iis, *Bal.* — 16. predictus, *B; omis par Bal.* — 17. *omis par B.* — 18. postea duci Aurelianensi, *omis par E.* — 19. *omis par E.* — 20. secundo gradu, *Bal.* — 21. per, *B.*

Quo etiam tempore [1386], ipso Bartholomeo intruso adhuc Janue permanente, duo ex suis anticardinalibus, Ytalicis [1] natione, ab ipso divertentes, se [2] ad dictum Clementem converterunt, videlicet Pileus [3] de Prata [4], qui longo tempore ante dictum scisma archiepiscopus Ravennatensis extiterat, et dominus Galeotus [5] de Petramala. Quorum primum dictus Clemens in presbiterum, [6] secundum vero [7] in dyaconum cardinales assumpsit [1387], eis noviter dans verum statum quem ante usurpative tenuerant cum dicto intruso persistentes. Misitque eis capellos [8] rubeos, quos ipsis [9] vice sua tradi [10] mandavit per dominum Petrum Gerardi [11], episcopum Aniciensem, nuntium suum in certis [12] locis, ad que [13] confugerant a dicto intruso recedentes. Verumptamen de primi reductione non est in bonum [14] mentio adhibenda nec [15] facienda, cum illusoria [16] fuerit atque ficta, prout infra demonstrabitur suo loco. Alius autem vixit et mansit [17] laudabiliter firmus et stabilis in fide assumpta permanendo.

Anno [18] [MCCC]LXXXVIJ, die quinta [19] mensis julii, obiit memoratus dominus Petrus de Lucembourc [20], Sancti Georgii ad Velum aureum dyaconus cardinalis, sue etatis XVIIJ annis nondum completis : qui ab infantia continue dilexit et timuit [21] Deum, [22] ad eum et proximum caritatem habuit, justitiam et equitatem tenuit, virginitatem et munditiam servavit, in humilitate permansit, in omni morum honestate perseveranter vixit, et tandem sanctissime [diem ultimum] terminavit. Ejus autem vita licet fuerit admodum laudabilis, ymo et quodam modo aliis exemplar suarum etatis et nobilitatis respectu, tamen sua mors subsecuta ejus ingentia merita peramplius demonstravit. A die enim qua corpus suum sepultum fuit in cimiterio communi pauperum, in quo pre nimia humilitate vivens suam elegerat sepulturam, magnis et stupendis miraculis clarescere cepit. Ejus namque tumulum visitantes, aut pro suis langoribus et necessitatibus suum [23] patrocinium implorantes, confestim remedia invenerunt oportuna et [24] experti sunt,

1. Ytalici, *Bal.* — 2. sed, *E.* — 3. Pilleus, *A*, *B.* — 4. Prato, *B.* — 5. Galeotus, *A*, *B.* — 6. et, *ajouté par E.* — 7. *omis par B.* — 8. capillos, *B*, *E.* — 9. ipse, *B.* — 10. tradidi, *E.* — 11. Girardi, *A*, *B*, *Bal.* — 12. terris et *au lieu de* certis, *B.* — 13. quem, *A*, *B*, *Bal.* — 14. in bonum, *omis par A*, *B*, *Bal.* — 15. adhibenda nec, *omis par A*, *B*, *Bal.* — 16. illustria, *A.* — 17. mansit et vixit, *Bal.* — 18. Domini, *ajouté par B*, *Bal.* — 19. *lege* secunda. — 20. Luccmborch, *A*, *B;* Lucembureh, *Bal.* — 21. timuit et dilexit, *E.* — 22. et, *ajouté par B;* et veram, *ajoutés par Bal.* — 23. suis, *A*, *B.* — 24. hoc, *ajouté par E.*

nedum liberati a febribus et [1] aliis infirmitatibus que communiter accidere solent, sed etiam ceci [2] visum, surdi auditum, claudi gressum, muti loquelam, leprosi munditiam sunt ejus meritis consecuti, sed et, quod majus est [3], mortui plurimi [4] ad vitam pristinam [5] sunt [6] restituti. Que adeo continuata refferuntur quod fere ubique infra [7] paucum tempus divulgata fuere. Propter quod etiam de diversis [8] longinquis seu remotis partibus venerunt quamplurimi ad suum dictum tumulum, qui perprius magnis gravati langoribus [9], ejus meritis et intercessione [10] sani et incolumes ad propria rediere [11], prout hii [12] omnes qui ejus opere [13] adjuti seu [14] sani facti sunt, quive prius [15] languidos aut male se habentes et [16] demum convaluisse viderant, attestati sunt, et vota [17] innumerabilia super eis reddita indicant manifeste. Inter quos etiam extiterunt [18] non pauci qui quanquam forent scismatici ac [19] dicto Bartholomeo intruso adherentes, videntes tot prodigia et signa que Deus eum [20] invocantibus suis intercessionibus continue faciebat, ejus compulsi sunt confiteri [21] sanctitatem, nec ulterius suum statum seu titulum, quem sciebant ipsum a dicto Clemente recepisse, tanquam indebitum [22] ausi sunt quomodolibet impugnare. Fuitque propterea status dicti Clementis justior et solidior multimode reputatus, per quem plures extimantes et a certo tenentes quod ipse, qui jam spiritu Dei plenus fuisse secretorumque [23] celestium, in quantum in eis salus sua tangebatur, notitiam sufficientem habuisse creditur [24], sibi non adhesisset, nec promotiones suas ab ipso recepisset, nisi ipsum scivisset justum habere titulum in papatu. Qui demum tam pro parte regis Francorum quam plurium prelatorum et principum [25] crebris et multiplicatis supplicationibus propulsatus et requisitus extitit ut [26] ad ipsius [27] canonizationem procedere dignaretur, cum merita sua hoc [28] exposcerent, dictis miraculis et prodigiis id [29] ipsum indicantibus manifeste. Ipse autem in hiis mature procedere volens commisit super premissis inquiri diligenter et informationem recipi tam per prelatos quam

1. ab, *ajouté par B, Bal.* — 2. qui, *ajouté par E.* — 3. *omis par E.* — 4. plurimi mortui, *B, Bal.* — 5. *omis par B.* — 6. *omis par E.* — 7. ita, *E.* — 8. de diversis etiam, *E.* — 9. laboribus, *E.* — 10. intercessionibus, *A, B, Bal.* — 11. redire, *B, E.* — 12. ii, *Bal.* — 13. ope, *B, Bal.* — 14. vel, *E.* — 15. ipsos, *ajouté par E.* — 16. ac, *B, Bal.* — 17. attestati sunt, et vota, *omis par E.* — 18. extitere, *E.* — 19. a, *E.* — 20. cum, *A.* — 21. confideri, *E.* — 22. imbutum, *B.* — 23. secretorum et, *B.* — 24. credatur, *E.* — 25. et principum, *omis par A, B, Bal.* — 26. et, *E.* — 27. ejus, *B, Bal.* — 28. hec, *E.* — 29. ad, *mss.*

certos cardinales ad hoc per ipsum deputatos, prout est in talibus fieri consuetum. Interim [1] circa tumulum suum fuit institutum unum cenobium certorum [2] fratrum Celestinorum, qui habent ibi in ejus commemorationem et honorem Deo deservire [3], ordinatis pro ipsis ibidem ecclesia et [4] officiis eis necessariis [5] ad tempus competentibus et tandem solempniter edifficandis, qui etiam de oblationibus et votis sui consideratione obvenientibus pro majori [6] parte possunt sustentari.

Per idem tempus [1386] Petrus, rex Aragonum, volens super veritate tam electionis dicti Clementis quam intrusionis dicti Bartholomei plenius informari, et presertim cum cardinalibus, qui talium super omnes mortales notitiam certiorem habebant, misit Avinionem certos nuntios seu [7] ambassiatores [8] suos, viros utique [9] litteratos, provisos et discretos, tam ad dictum Clementem quam cardinales memoratos, qui vice sua [10] super premissis cum eis haberent inquirere diligenter [11], quemadmodum perprius Romam miserat simili de causa. Dicti autem nuntii singulariter et si[n]gillatim dictos cardinales etiam [12] juratos interrogaverunt super certis articulis factum intrusionis et alia [13] concernentibus [14], prout a dicto rege habuerant in mandatis. Et idem per omnia fecerunt de multis aliis viris notabilibus tunc [15] in curia existentibus, qui presentes extiterant in locis in quibus facta fuere. Fueruntque dicta omnia redacta in scriptis etiam sub manu publica et aut[h]entica forma, et sic per dictos [16] nuntios, ad propria redeuntes, dicto regi reportata. Qui eis receptis, visis et diligenter examinatis, habitaque multimoda [17] deliberatione cum regnicolis suis tam ecclesiasticis quam mundanis, tandem deliberavit se cum eis pro parte dicti Clementis publice declarare, sibique obedire, adherere et favere ulterius [18] tanquam vero pape; sicque, ut firmiter creditur, satis cito post deduxisset ad effectum, sed morte preventus hoc adimplere nequivit. Obiit enim die sancti Antonii [19] mensis januarii [20] anni MCCCLXXXVIJ [21]. Cui successit in regno Johannes, dux

1. vero, *ajouté par E.* — 2. *omis par B.* — 3. servire, *B.* — 4. ecclesia et, *omis par B, E.* — 5. et necessariis eis, *B.* — 6. majore, *Bal.* — 7. ad, *B.* — 8. ambaxatores, *A;* ambaciatores, *B.* — 9. utique viros, *A, B, Bal.* — 10. vice sua, *omis par E.* — 11. diligentius, *Bal.* — 12. etiam cardinales, *B.* — 13. alias, *B.* — 14. articulis continentibus *au lieu de* articulis factum intrusionis et alia concernentibus, *E.* — 15. *omis par B.* — 16. predictos *au lieu de* per dictos, *E.* — 17. informatione et, *ajoutés par E.* — 18. *omis par A, B, Bal.* — 19. sancti Antonii, *omis par A, B, Bal.; lege* v. — 20. *omis par A, B.* — 21. *omis par A, B;* ejusdem, *mot restitué par Bal.*

Gerundensis, suus filius primogenitus. Qui de paterna intentione plene certificatus, premissisque informationibus plenius recensitis, ac habita deliberatione matura cum suis regnicolis, de eorumque consilio et assensu [1], ad dictam declarationem faciendam processit [24 februarii 1387], sibi assistente sicque fieri sollicite procurante prefato domino Petro de Luna, dyacono cardinale [2], qui etiam [3] diutius institerat ad [4] hoc [5] penes patrem suum memoratum. Cujus indignationem propter hoc metuens incurrere dominus Jacobus de Aragonia, tunc episcopus Valentinus, suus consanguineus germanus, statum cardinalatus sibi a jam diu [6] ante [7] datum [1381] per dictum Clementem papam suo tempore recipere retardavit [8]; quem tamen post ejus obitum, factaque dicta declaratione per Johannem filium suum, acceptavit. Fuitque sibi ad instantiam dicti novi [9] regis missus capellus rubeus, et per memoratum Petrum cardinalem, de mandato ejusdem Clementis pape, traditus et assignatus.

Obiit etiam satis cito post [10] Karolus rex Navarre [1 januarii 1387]. Cui successit in regno Karolus filius suus [11] primogenitus. Qui etiam processu temporis, oportunitate captata, suam solempniter declarationem fecit [6 februarii 1390] pro dicto Clemente papa, quam pater suus [12], licet ex certis causis facere [13] distulisset, facere disposuerat, sed morte preventus non potuit, eam [14] ad dictum filium suum per eum fiendam transmittens; in qua etiam sibi astitit et efficaciter operatus est memoratus dominus Petrus de Luna, dyaconus cardinalis.

Per idem etiam tempus [1386] Johannes, dux Lencastrie, intravit et invasit regnum Castelle cum magna multitudine armatorum, pretendens regnum hujusmodi [15] sibi deberi ratione conjugis sue, que filia fuerat [16] Petri quondam [17] regis ejusdem regni [18], qui sine liberis masculis [19] decesserat, regnumque ipsius [20] secundum eum indebite occupatum fuerat per Henricum, fratrem suum naturalem, et sic adhuc occupabatur per Johannem, filium suum, in suum et [21] dicte conjugis sue prejudicium atque dampnum. Et licet idem dux

1. assensu, *B;* accensu, *A.* — 2. cardinale dyacono, *B, Bal.* — 3. hoc, *ajouté par E.* — 4. sed, *A, B.* — 5. ad hoc, *omis par Bal.* — 6. a diu jam, *B.* — 7. autem, *E.* — 8. recordavit, *E.* — 9. novis *(sic)*, *A.* — 10. *omis par A, B, Bal.* — 11. suus filius, *B, Bal.* — 12. *omis par B, Bal.* — 13. *omis par Bal.* — 14. eum, *A, B.* — 15. hujusmodi regnum, *E.* — 16. fuit, *B.* — 17. quod *(sic)*, *E.* — 18. *omis par E.* — 19. masculinis, *A, B.* — 20. ipsum, *E.* — 21. suum et, *omis par A, B, Bal.*

in dicto regno quamplurima dampna intulerit, tamen non minora [1] ipse perpessus [2] est in gentibus suis; ex quibus multi periere [3] magis inedia ob [4] victualium deffectum quam propter bellicos insultus. Tandem vero interponentibus se aliquibus utriusque partis amicis, fuit inter ipsos pax reformata [1387]; in qua principaliter sequentia [5] ordinata fuere. Primo [6] filia dicti ducis ex dicta sua conjuge data fuit in uxorem Henrico, infanti et primogenito dicti Johannis regis. Secundo data fuit duci prefato [7] una summa magna pecunie ac in promptu soluta pro expensis per ipsum factis ratione premissorum. Tertio quod, quamdiu viveret dicta uxor sua, annuatim reciperet in dicto regno quadraginta milia duplorum [8] seu francorum. Quarto quod ex tunc dictus dux, qui perprius se regem Castelle [9] nominabat, nomen hujusmodi dimitteret, cederetque juri [10] sibi aut uxori sue in dicto regno competenti. Quibus firmatis et perfectis, idem dux ad propria remeavit, dicto regno in pace et quiete dimisso. Ipso [11] etiam adhuc in eo existente [12] seu ante dictam pacem, dedit aliam filiam suam primogenitam, quam habebat ex sua prima conjuge, prenominato Johanni [13], qui se pro rege Portugalie gerebat et nominabat, cum quo perprius confederatus et colligatus extiterat contra Johannem [14], regem Castelle memoratum. Sed dicta pace interveniente, fuit etiam inita [15] treuga ad magnum tempus inter [16] eosdem Castelle et Portugalie reges, ne [17] occasione discordie ipsorum dicta pax posset quoquo modo violari seu infringi.

Dictis insuper factis [18] discordiis, nova fuit exorta discordia [19] inter Karolum, regem Francie, et ducem Guelrie [20]. Cujus occasione idem rex [1388] cum magno exercitu armatorum [21] ad invadendum terras dicti ducis se accinxit, et e contrario [22] idem dux ad sibi resistendum se disposuit et paravit, habuitque multos sibi [23] confederatos tam de Leodiensibus quam [24] Alamannis, per quorum districtum [25] dictus rex [26] habebat transitum facere, qui iter suum faciendo [27] exercitui suo dampna quamplurima intulerunt. Ante-

1. minorem, *B.* — 2. processus, *E.* — 3. perire, *B*, *E.* — 4. et, *E.* — 5. *omis par B.* — 6. quod, *ajouté par E.* — 7. prefato duci, *E.* — 8. duplarum, *E.* — 9. regem Castelle se, *A.* — 10. jure, *B.* — 11. Ipse, *B*, *E*, *Bal.* — 12. existens, *Bal.* — 13. militie, *ajouté par A*, *B*, *Bal.* — 14. *omis par E.* — 15. facta, *B;* in dicta, *E.* — 16. *omis par E.* — 17. nec, *E.* — 18. peractis, *E.* — 19. *omis par E.* — 20. Guelzie, *A*, *B.* — 21. armorum, *A*, *B.* — 22. e contra vero *au lieu de* et e contrario, *E.* — 23. sibi multos, *E.* — 24. de, *ajouté par B*, *Bal.* — 25. fines, *E.* — 26. *omis par A.* — 27. facientes, *Bal.*

quam tamen hec [1] ulterius ad graviora procederent, pro parte dicti ducis eidem regi talia et tanta oblata fuere [2] et presentata quod ipse placatus extitit, et [3] de eo contentus ad propria remeavit. Cum vero pervenit ad civitatem [4] Remensem, ipse qui usque tunc sub tutoribus et actoribus, hoc est, sub tutela et gubernatione patruorum suorum permanserat [5], subito et absque premeditatione eorumdem [6], ymo et aliorum paucorum, sui regni regimen [7] assumpsit [novembri 1388], volens eos ex tunc tanquam consiliarios sibi assistere, non autem velud gubernatores habere, de quibus ipsi et alii quamplures eis assistentes non bene contenti remansere; presertim quia in officiis [8] et [9] aliis administrationibus, ex quibus ea gerentibus emolumenta quamplurima [10] proveniebant, multa immutata et innovata fuere.

Per idem tempus [1387], inimico hominum [11] satoreque zizanie, dyabolo scilicet [12], procurante [13], orta fuit discordia inter Universitatem Parisiensem et ordinem Predicatorum, cui et ejus suppositis multa imposita sunt tam per ipsam Universitatem quam [14] alios plures [15] ipsis emulantes. Quorum occasione fere in toto regno Francie, et presertim in ling[u]a Gallicana, quamplurimi contra ipsos insurrexerunt [16], multos ex ipsis captivando, oblationes et elemosinas eis denegando, predicationes verbi Dei, propositiones et [17] confessionum auditiones [eis] inhibendo. Dicta etiam Universitas a se eos totaliter segregavit, ad actus [18] scolasticos inibi faciendos aut [19] honores et gradus recipiendos nedum non admisit, sed etiam impedivit. In quibus omnibus fautores paucissimos, sed [20] persecutores plurimos habuerunt. Fueruntque passi dampna infinita, nedum in personis, sed etiam in bonis. Ac [21], ut de injuriis, obprobriis et contumeliis, irrisionibus et detractionibus taceamus, pro tunc facti fuerunt tanquam obprobrium hominum [22] et abjectio [23] plebis. Duravitque tempestas hujusmodi per plures annos, nec fuit qui eos adjuvaret, et hoc maxime quia qui eos persequebantur, se beate Marie [24] virgini sacrificare extimabant [25], cui dictum ordinem

1. hinc, *Bal.;* Ante tamen quam hoc, *E.* — 2. fuere, *mis après* presentata *par E.* — 3. *omis par E.* — 4. *omis par E.* — 5. permanserit, *E.* — 6. earumdem, *E.* — 7. regimine, *E.* — 8. officio, *E.* — 9. in, *ajouté par E.* — 10. quammaxima, *E.* — 11. homine, *E.* — 12. *omis par A, B, Bal.* — 13. procurante dyabolo, *B.* — 14. per, *ajouté par E.* — 15. plures alios, *B, Bal.* — 16. insurrexerunt contra ipsos, *E.* — 17. ac, *A, B.* — 18. aditus *au lieu de* ad actus, *A.* — 19. ac, *E.* — 20. que, *A, B; omis par Bal.* — 21. *omis par E.* — 22. *omis par E.* — 23. objectio, *E.* — 24. *omis par A, B, Bal.* — 25. estimabant sacrificare, *Bal.*

et ejus supposita multimode [1] injuriari et detrahere asserebant in eo quod quasi omnes ipsam [2] asserunt et oppinantur in peccato originali conceptam fuisse, quod utique fore erroneum et [3] dampnatum tales astruebant, non obstantibus opinionibus multorum sanctorum et [4] doctorum [5] approbatorum contrarium oppinantium. Quorum [6] dicta quia quidam dictus Johannes de Montesono, de eodem ordine, noviter in dicta Universitate magistratus [7], recitavit et vera esse [8] asseruit, requisitusque pro parte dicte Universitatis ut dicta sua hujusmodi tanquam falsa et erronea revocaret, sciant cuncti quod revocare [9] recusavit. Ideo [10] per ipsam Universitatem contra ipsum fuit multimode processum [11]. Et quia dictus ordo sibi in hoc [12] favere dicebatur, inde fuit suscitata turbatio supradicta. Nec fuit remedium circa sedationem hujusmodi [13], nisi in dictis partibus per dictum ordinem fieret festum solempniter de dicta conceptione, quodque a cetero in sermonibus, collationibus [14] et disputationibus inter supposita ejusdem de materia [15] hujusmodi taceretur, aut ad partem affirmativam nullo modo [16] descenderetur. Quibus observatis [17] et [18] in facto deductis cessavit dicta seditio, et dictus ordo quoad persecutiones personales satis in pace remansit. Non tamen ad actus scolasticos et alios consuetos per dictam

1. multimodis, *E.* — 2. in eam, *E.* — 3. atque, *E.* — 4. *omis par E.* — 5. dictorum, *B.* — 6. Eorum, *B*, *Bal.* — 7. *omis par B.* — 8. etiam, *E.* — 9. revocaret, sciant cuncti quod revocare, *omis par E.* — 10. *omis par A*, *E.* — 11. *après* processum *A (fol. 289 r°) et B (fol. 544 r°) ajoutent le passage suivant :* Dubitans ne actor (auctor, *Bal.*) hujus cronice fuerit de dicto ordine Predicatorum, in cujus ordinis favorem non plene causam dicte discordie expresserit (expressit, *Bal.*), sciant cuncti quod veritas sic se habuit quod dictus de Montesono ex magna (quadam, *B*) arrogantia et ex quadam collusione (conclusione, *B*) facta cum pluribus magistris et aliis de dicto ordine, plures conclusiones tangentes materiam conceptionis beate Marie male sonantes et pias aures offendentes ponere in scolis et asserere non formidavit, pluresque de dicto ordine in diversis civitatibus regni Francie in suis sermonibus et aliis actibus illo tunc plura nephanda, turpia et inhonesta de dicta beata virgine et ejus conceptione (conceptionem, *B*), que etiam de aliis mulieribus tanquam abhominabilia tacenda forent, ad sui ostentationem seu potius perniciem astruere non erubuerunt. Propter que dicta Universitas causam beate Marie et veritatem semper (super, *B*) deffendens, contra tales et dictum ordinem, qui eos sustinebat, viriliter et debite processit, etc. Hec (hoc, *Bal.*) autem posui quia eo (ego, *Bal.*) tunc Parisius presens eram, et ea in propria cognovi. *En marge de A on lit :* Additio est que sequitur, *mots qui ont passé dans le texte de B.* — 12. in hoc sibi, *A*, *B*, *Bal.* — 13. ejusdem, *A*, *B*, *Bal.* — 14. collutionibus, *A.* — 15. maria, *E.* — 16. nullatenus, *E.* — 17. observantiis, *E.* — 18. *omis par E.*

Universitatem fuit [1] de longo tempore post restitutus. O utinam materia [2] hujusmodi [3] nunquam [4] venisset [5] in concertationem seu disputationem virorum litteratorum nec aliorum [6], aut de ipsa in sermonibus per eos mentio facta fuisset [7], cum potius huc usque multi super ea curiose ac ad sui ostentationem locuti fuerint [8] quam ad salutem seu profectum animarum. Exinde namque istud et alia scandala quamplurima [h]actenus orta fuerunt, que ex taciturnitate minime provenissent [9], nec eo minus salus ad hoc non intendentium contigisset, cum non sit de articulis fidei ut artet quemquam ad unam partem magis quam ad [10] aliam declinare, in quantum [11] prefati concertantes, dubia elicientes ubi non erant, plusque sapere quam [12] expediret in talibus, se ipsos et simplicium animos multipliciter involverunt. Et sic crederem [13] fore tutius ut [14] ad alia necessaria et [15] utilia intenderent, et hec et similia evitarent [16].

Anno Domini [17] [MCCC]LXXXIX, memoratus Karolus [18], rex Francorum [19], venit Avinionem ad dictum Clementem penultima die [30] mensis octobris, fuitque receptus multum solempniter, prout decebat, tam per papam predictum quam totam curiam suam. Venit etiam cum ipso Ludovicus, dux Turonensis, frater suus, una cum aliis quampluribus notabilibus et magnis viris. Die autem festi [20] Omnium Sanctorum, quod [21] illo anno occurrit feria secunda, dictus Clemens coronavit in regem Sicilie [22] Ludovicum, juniorem filium alterius Ludovici, qui, ut supra recitatum est, perantea in Apulia expiraverat, prefato Karolo, rege Francorum, assistente, qui etiam cum humilitate debita pro tunc fudit aquam manibus pape predicti missarum solempnia celebrantis [23]. Ob cujus honorem et reverentiam suisque precibus inclinatus, dictus Clemens papa, die certa [24] mensis [25] [novembris] ejusdem anni [26], assumpsit in presbiterum cardinalem dominum Johannem de Talaru [27], tunc archiepisco-

1. *omis par B.* — 2. maria, *E.* — 3. *omis par B.* — 4. nusquam, *Bal.* — 5. pervenisset, *B.* — 6. nec aliorum, *omis par E.* — 7. facta fuisset mentio, *E.* — 8. fuerunt, *mss.;* fuerint locuti, *Bal.* — 9. pervenissent, *B, E.* — 10. *omis par E.* — 11. artet quemquam... quantum, *passage omis par B.* — 12. plus quam sapere, *E.* — 13. credere, *E.* — 14. si *(mieux), Bal;* et, *A, B.* — 15. seu, *E.* — 16. devitarent, *E* — 17. *omis par E.* — 18. *omis par B, Bal.* — 19. Francie, *Bal.* — 20. *omis par E.* — 21. que, *E.* — 22. Cecilie, *mss.* — 23. celebranti *(sic), E.* — 24. tertia, *d'après* Eubel, *Hierarchia catholica medii aevi,* t. I, p. 28 ; *omis par E.* — 25. *omis par A, B.* — 26. die tertia ejusdem mensis, *Bal.;* die tertia ejusdem, *B.* — 27. Talarii, *B.*

pum Lugdunensem, nationis ejusdem, virum utique, licet grandevum, tamen admodum virtuosum et litteratum, qui etiam pro juribus Ecclesie sue,[1] quamdiu eidem[2] prefuit, multa et magnalia[3] fuerat operatus. Post hec dictus Karolus rex, de Avinione recedendo, ivit ad partes Tholosanas, in quibus et circumquaque mansit usque ad mensem januarii subsequentis[4] [1390]. Qui[5] redeundo ad partes Francie, transitum fecit par Avinionem ; factaque ibi mora satis modica, iter suum continuando, ab inde discessit.

Dum premissa in partibus cismontanis agerentur, de mense videlicet[6] octobris denotato [15 octobris 1389], Bartholomeus[7] intrusus, qui perprius de Janua recedendo tam in Luca quam Perusio moram aliquanto tempore fecerat[8] multa perniciosa et scandalosa operando, tandemque Romam redierat, totus pertinax et impenitens[9] ibi spiritum exalavit[10]. Cui per suos anticardinales in suo statu nephario fuit substitutus unus ex eis, dictus Perrinus[11] de Thomasellis, de Neapoli oriundus, juvenis quidem tam etate quam moribus, satis illiteratus[12], et ad insequenda vestigia dicti Bartholomei totus dispositus et paratus, qui, licet falso, se Bonifacium IX[13] fecit nominari [novembri 1389].

Audita autem intrusione sua per supra nominatum Pileum[14] de Prata, quem dictus Clemens papa, quia de grege dicti Bartholomei ad gremium sancte matris Ecclesie et suum se venire et redire finxerat, in presbiterum assumpserat cardinalem, quique demum in Avinione secum manserat per aliquod tempus, post vero sub fictis et exquisitis coloribus et fraudulenter procuraverat[15] se ad partes Ytalie destinari, ubi in terris et locis Ecclesie eidem Clementi adherentibus simulate resedit[16] [1389] usque ad tempus intrusionis memorate, statim ad ipsum novum venit intrusum [1391], et tanquam canis ad vomitum rediens, rejecto statu a dicto Clemente recepto, se fecit per ipsum[17] noviter pilleari, demonstrans qua intentione quove spiritu a dicto[18] Bartholomeo recedere et venire se finxerat ad dictum Clementem. Sed Deus sibi satis reddidit condigna[19] pro meritis; cum etiam in parte ad quam sic ultimo

1. quia, *ajouté par E.* — 2. *omis par E.* — 3. magna, *B, Bal.* — 4. januarii ei post subsequentem, *E.* — 5. Quo, *E.* — 6. videlicet de mense, *E.* — 7. prenotatus Bartholomeus *au lieu de* denotato Bartholomeus, *E.* — 8. fecerit, *E.*— 9. penitens, *A.* — 10. evolavit, *E.* — 11. Perinus, *E.* — 12. litteratus, *E.* — 13. Bonifacium IX se, *Bal.* — 14. Pirren., *B;* Pilleum, *A.* — 15. procreaverat, *E.* — 16. recedit, *A, B.* — 17. eum, *E.* — 18. *omis par Bal.* — 19. punitionem condignam, *Bal.*

improbe declinavit, ab illa hora homo inconstans, [1] variabilis et perfidus fuit communiter extimatus, vulgariterque dictus seu nominatus cardinalis de Tricapella [2], hoc est, trium capellorum, id est, a tribus capellatus [3]. Utinam adhuc extans [4] sit a quarto, sic tamen quod capellus sibi [5] tradendus sit [6] de calibe [7], ere vel ferro candenti, ut sic exting[u]atur ejus ambitio et protervitas confundatur.

Postquam vero ad dicti Clementis pervenit notitiam intrusio [8] de dicto Perrino modo premisso facta [9] noviter, ipse contra eum suos inchoavit processus juridicos tanquam Sedis apostolice invasorem ac dampnate memorie dicti [10] Bartholomei scientem et voluntarium in vitio et crimine [11] successorem. Sed, quod dolendum existit [12], nedum ut alias [13] ipsos contemptui habuit, quinymo in perfidia et obstinatione sibi totaliter pacificari voluit et equari, similia contra dictum Clementem in omnibus attemptando.

Preterea de mense junii, anno [14] [MCCC]XC, Ludovicus, junior rex Sicilie [15], noviter coronatus, [16] iter suum arripuit versus Neapolim navigando, gentibus armigeris notabiliter comitatus, ac victualibus sufficienter munitus. Cui, ut sibi circa regimen regni sui assisteret [17] et in agendis consuleret [18], prefatus Clemens papa tradidit dominum Petrum de Tureyo, tituli Sancte Susanne presbiterum cardinalem; quem etiam constituit legatum suum de latere in partibus illis [14 martii 1390], ut in eis circa reductionem rebellium et infidelium insisteret, et ad ipsum [19] fideles sui recursum haberent.

Eodem tempore, Karolus, junior rex Navarre, postquam in regno suo sublimatus extitit et coronatus, misit ad dictum Clementem papam suos notabiles nuncios; qui inter alia que [20] ab ipso [21] sui parte postularunt, petierunt instanterque supplicarunt ut [22] dominum [23] Martinum de Salva [24], suum cancellarium et regnicolam, tunc episcopum Pampilonensem, assumeret in presbiterum cardi-

1. et, *ajouté par B, Bal.* — 2. cardinalis Trecapelle, *E;* Tricapelli, *Bal.* — 3. capellanis, *B.* — 4. extant, *A, B.* — 5. per eum, *ajoutés par E.* — 6. *omis par B;* tradatur *au lieu de* tradendus sit, *Bal.* — 7. qualibet, *E.* — 8. intrusionem, *E.* — 9. factam, *E.* — 10. *omis par E.* — 11. crimen *(sic), E.* — 12. extitit, *B, E.* — 13. alios, *E;* alius, *Bal.* — 14. Domini, *ajouté par B, Bal.* — 15. Cicilie, *mss.* — 16. noviter, *répété par A, B.* — 17. assisterent, *E.* — 18. consulerent, *E.* — 19. ipsos, *E.* — 20. interea *au lieu de* inter alia que, *Bal.;* inter ea que, *A, B.* — 21. *omis par B.* — 22. quod, *B.* — 23. dictum, *ajouté par A, B.* — 24. Silva, *A, B.*

nalem. Qui supplicationibus hujusmodi, velud[1] rationabilibus et[2] condignis, acquiescens, de [3] unanimi cardinalium consensu, ipsum ad hoc [4] promovit et assumpsit die XXJ [5] mensis julii ejusdem anni [6] [1390]. Qui etiam hoc idem [7] alias facere disposuerat vivente Karolo patre dicti regis, cum unus de notabilioribus prelatis totius Ecclesie ac inter ceteros doctores [8] juris canonici universi orbis de majoribus extimaretur, essetque in vita, moribus, et prudentia, ac aliis virtutibus mirabiliter [9] commendatus, si ipse tunc in hoc assentire [10] voluisset. Sed pro tunc assentire [11] noluit, non alia de causa nisi quia [12] continue insistens circa dictum regem ut se pro parte dicti Clementis precise et publice declararet [13], in hoc se plus posse [14] proficere in statu primo quam predicto verisimiliter extimabat. Sed demum postquam idem rex hoc non facto, licet disposito [15], obiit, et filius ejus hoc fecit, ipse promotioni hujusmodi [16] humiliter acquievit [17].

Eodem etiam tempore [1390] invaluit pestis et mortalitas [18] in Avinione et locis circumvicinis. Propter quod dictus Clemens ab inde discessit, venitque Bellicadrum [19], dyocesis Arelatensis, castrum regis Francie, pro tunc [20] a dicta peste satis mundum. Ubi [21] manendo, vocatis ad se aliquibus cardinalibus tam in Avinione quam circum circa morantibus, cum nonnulli ex aliis noviter obiissent, die XVIJ mensis octobris duos [22] novos fecit presbiteros cardinales, videlicet dominum Johannem Flandrini [23], dyocesis Vivariensis, tunc archiepiscopum Auxitanensem, et dominum [24] Petrum Gerardi [25] de Foresio, dyocesis Lugdunensis, tunc episcopum Aniciensem [26], cubicularium suum.

Eodem etiam mense [9 octobris 1390] obiit [27] Johannes, rex Castelle, satis subito et inopinate. Equitando enim ac [28] currendo per unum campum ad quem causa spatii iverat, equus quo vehebatur [29] cespitans [30] cecidit, et ipse pariter cum eo, ruptoque [31] collo ibidem

1. veluti, *A*. — 2. *omis par E*. — 3. ad *(sic)*, *E*. — 4. adhuc, *E*. — 5. XJ, *B*. — 6. *omis par B*. — 7. *omis par E*. — 8. dictores *(sic)*, *B*. — 9. notabiliter, *B*, *Bal*. — 10. assentiri, *Bal*. — 11. assentiri, *Bal*. — 12. quod, *A*, *B*, *Bal*. — 13. declinaret, *B*. — 14. posse plus, *B*, *Bal*. — 15. disposita *(sic)*, *E*. — 16. *omis par B*. — 17. adquievit, *E*. — 18. mortalitatis *au lieu de* et mortalitas, *E*. — 19. Bellicardum, *B*. — 20. prout, *E*.— 21. Ibi, *B*. — 22. *omis par A*, *B*, *Bal*. — 23. Flandini, *E*. — 24. dictum, *E*. — 25. Geraudi, *A*, *B*, *Bal*. — 26. Avinionensem *(sic)*, *E*. — 27. Obiit etiam eodem mense, *Bal*. — 28. et, *B*, *Bal*. — 29. videbatur, *E;* habebatur, *A*, *B*. — 30. sospitans, *E*. — 31. eruptoque, *B*.

expiravit. Cui successit in regno Henricus infans [1], suus filius [2] primogenitus, vix decennis [3]. Fuit tamen inter proceres regni tam ecclesiasticos quam seculares, et presertim archiepiscopos Tholetanum [4] et Compostellanum [5], altercatio magna ad quem vel [6] quos ejus [7] et regni sui gubernacula pertinerent. Cujus occasione secuta sunt scandala multa, et specialiter [8] dicti archiepiscopi Tholetani detentio seu verius captivatio, quam procurarunt emuli sui, volentes ipsum in regimine hujusmodi supplantare. Sed tandem per mediationem [9] certorum nuntiorum quos dictus Clemens papa hac de causa illuc destinavit, fuit liberatus, et in regimine predicto aliis quibusdam de hoc etiam certificantibus et [10] concertantibus ag[g]regatus [11]. Quo facto cessavit altercatio hujusmodi, mansitque dictus rex sub eorum regimine usque ad tempus pubertatis sue a patre suo prefinitum.

Preterea cum prius orta fuisset discordia inter Philippum, ducem et comitem Burgundie, et dominum Guillermum de Vergeyo, archiepiscopum Bisuntinensem, tam super certis juribus ecclesie Bisuntinensis [12] quam aliquibus aliis, durassetque diu [13], nec bono modo posset sedari [14] dicto domino Guillermo eidem ecclesie presidente, cum memoratus dux ipsum quodam modo odio personali [15] prosequi videretur, tandem tam [16] ad ejusdem [17] ducis instantiam quam etiam [18] pro bono pacis, et quia ipse etiam hoc [19] bene merebatur, cum esset bonus et valens [20] prelatus et magnus pugil et defensor notabilis jurium ecclesie sue reputatus, prefatus Clemens ipsum [21] anno [MCCC]XCJ die [22] [17 aprilis] assumpsit in presbiterum cardinalem.

Eodem anno [1391], Johannes, comes Armaniaci, cum magno exercitu armatorum intravit partes Italie, causa [23] invadendi et dampnificandi terras Galeacii, comitis Virtutum, et propter certas inimicitias perprius inter ipsos exortas. Cumque xxv mensis

1. *omis par A, B, Bal.* — 2. filius suus, *A.* — 3. decenniis, *E.* — 4. Toletanensem, *Bal.;* Tholetenensem, *B.* — 5. Compostellanensem, *B.* — 6. quam et, *E.* — 7. *omis par E.* — 8. presertim, *E.* — 9. moderationem, *B.* — 10. certificantibus et, *omis par A, B, Bal.* — 11. agregatis, *B.* — 12. tam super certis juribus ecclesie Bisuntinensis, *passage omis par E.* — 13. durasset quamdiu, *E.* — 14. cedari posset, *E.* — 15. odio personali, *omis par E.* — 16. tandem tam, *omis par A, B.* — 17. ejus, *B.* — 18. tandem, *mis ici par B;* tandem tam, *mis ici par A.* — 19. etiam hoc ipse, *B.* — 20. volens, *B.* — 21. *mis avant* assumpsit *par A, B, Bal.* — 22. *omis par A, B, Bal.* — 23. eam, *G.*

julii equitaret [1] supra territorium loci Alexandrie, obvios habuit certos armigeros dicti Galeacii subditos et stipendiatos, qui sic viriliter irruerunt in eum quod, suis quasi omnibus turpiter dantibus terga fuge, ipsum cum [2] paucis secum remanentibus captivarunt ac in dictum introduxerunt locum ubi, fere post unius hore spatium, absque vulnere seu lesione quacumque, sed pre nimio labore lacessitus subito et intestatus [3] spiritum exalavit. In crastinum vero, illi qui ex suis fugerant, in conflictu etiam positi, pro majori parte per eosdem [4] capti extiterunt. Et cum dictus comes prolem masculinam non haberet, sed solum duas filias superstites, sibi in comitatu et terris suis successit Bernardus, frater suus, ex dispositione paterna et avitina, habente quod extantibus ex ipsis masculis in eorum comitatu, terris et dominiis non succederent filie. Et quia dictus comes ultimo defunctus habuerat comitissam Convenarum in conjugem, ne [5] comitatus suus, qui magnus est et multis redditibus ac vassallis habundans, ipsa contrahente cum extraneo, ad ipsum transfferretur, fuit tractatum et motum per aliquos ut inter dictum Bernardum, novum comitem, et ipsam relictam, scilicet fratris sui, matrimonium contraheretur; super quo [6] fuit facta magna instantia coram dicto Clemente papa, sibique supplicatum [7] ut super hoc dispensare dignaretur [8]. Qui nolens [9] falcem suam inmittere [10] in messem alienam aut in tam grandi negotio indeliberate et ex arrupto procedere, vocatis pluribus magnis litteratis tam in sacra theologia quam utroque jure magistris, eos [11] consuluit, utrum dispensatio hujusmodi sue subjaceret potestati [12] aut quid in hoc fieri expediret. Quorum fuit concors oppinio quod, licet lex antiqua hoc permitteret, ymo et fieri juberet, ubi primus frater decessit [13] sine quibuscumque liberis, non tamen ubi aliquibus extantibus [14], licet semel lis prout erat in proposito isto, etiam licet potestas a Christo data Petro et suis successoribus consecutive magna sit et ad maxima se extendat [15], tamen non [16] reperiebatur aliquis [17] ex suis predecessoribus ad similia posuisse manus

1. equitaverat, *G.* — 2. tamen, *G.* — 3. subito et intestatus, *omis par E;* lacessitus et vite status, *G.* — 4. per eosdem, *omis par F.* — 5. nec, *G.* — 6. quo supra, *G.* — 7. *une première main avait écrit dans E et F* suppositum. — 8. ut dignaretur super hoc dispensare, *G.* — 9. volens, *F.* — 10. mittere, *G.* — 11. eas *(sic)*, *F.* — 12. *une main postérieure a corrigé dans E, F, G* pietati *en* potestati. — 13. descessit, *E;* discessit, *G.* — 14. stantibus, *mss.* — 15. stendat, *mss.* — 16. non tamen, *F.* — 17. aliqua *(sic)*, *F;* quod aliis *(sic)*, *G.*

aut quia non sibi liceret aut expediret [1]. Quod si ipse facere attemptaret [2], posset imposterum verti in dubium an subsisteret [3] factum suum aut fortassis tanquam invalidum et indebite factum impugnari; sicque daret occasionem super apostolica potestate disceptandi aut facta per ipsum anullandi. Et cum utrobique magnum verteretur periculum, fuit sibi per predictos consultum quod absque alia determinatione dubii predicti petitionem reppelleret commemoratam [4], tanquam rationi et usui totaliter dissonantem, prout et demum fecit; et ipsi tandem aliter et alibi contraxerunt. Que notanter hic inserere [5] volui ut eorum exemplo advertat quicumque romanus pontifex quod non de facili dispenset, ubi de ejus potestate possit dubitari, et ne de ejus [6] auctoritate [7] etiam contra ipsam aliquid inconsulte determinet aut discernat, ne tandem ex eorum altero per obtrectatores [8] et malivolos fides sua maculari valeat aut quomodolibet impugnari [9].

Eodem etiam anno [1391], prima die [10] mensis augusti, obiit Gasto, comes Fuxi, dictus Febus [11], admodum subito et inopinate. Credens enim esse sanus et incolumis, disponensque [12] se ire [13] ad mensam pro cena, dum aqua ejus [14] funderetur manibus, statim mortuus cecidit prostratus. Quod fuit ad magnum stuporem terroremque sibi astantium, sed non omnium, cum eorum aliqui, etiam [15] sibi magis propinqui, potius et citius intenderint [16] ad rapinandum [17] bona sua quam ad corpus suum condiendum. In quo discant et advertant potentes hujus seculi quantum in preeminentiis, [18] potentiis et divitiis confidendum et sperandum existat [19]. Hic enim his inter alios totius mundi plurimum habundabat adeo quod [20] paucos etiam majoris dignitatis aut status in eis ipsum excedentes haberet, ipseque in eis [21] in tantum confisus est

1. aut jure communi sibi licere aut jure communi sibi licere aut expedire putavere, *au lieu de* aut quia non sibi liceret aut expediret, *G.*— 2. attenderet, *G.* — 3. subcisteret, *F.* — 4. memoratam, *F.* — 5. inferre, *G.* — 6. ea, *G.* — 7. *omis par les mss; ajouté par une main postérieure dans E.* — 8. obtractores, *mss.* — 9. Eodem anno, Johannes, comes Armaniaci... quomodolibet impugnari, *paragraphe omis par A, B, Baluze et Bosquet; il existe dans E, fol. 63 r° et v°, dans F (Merville), fol. 297 v°-298 r° et G (Barberinus, 2660), fol. 156 r° et v°.* — 10. *omis par Bal, A.* — 11. dictus Febus, *omis par A, B, Bal.* — 12. disponens, *A, B, Bal.* — 13. *omis par E.* — 14. *omis par E.* — 15. et, *A, B, Bal.* — 16. intenderunt, *B, Bal.* — 17. recipiendum, *B, Bal.;* rapiendum, *A.* — 18. et, *ajouté par B, Bal.* — 19. in prehabendis beneficiis, potentiis et divitiis confidendis et sperandis stetit, *E.* — 20. Hic enim, licet inter alios hujus mundi *a u lieu de* Hic enim... adeo quod, *A, B, Bal.* — 21. in eis, *omis par E.*

quod etsi Deum, hominem tamen revereretur [1] quasi nullum; et tamen omnibus in puncto sibi deficientibus, sicut nudus egressus est de utero matris sue, ita nudus ad tumulum est translatus. Et notanter [2] dico nudus, quia, ut habet [3] relatio publica, postquam compertus [4] est mortuus, per suos vestibus propriis exutus, uno [5] pallio solo satis vili coopertus, in lecto straminum fuit reclinatus [6], ubi mansit usque ad noctis tenebras. Quibus imminentibus [7] repositus super bigam seu r[h]edam que pari boum trahebatur, paucis ipsum [8] concomitantibus, solisque duobus luminaribus cereis ipsum preeuntibus, ad locum Ortesii extitit deportatus. O quam subita et [9] admiranda mutatio ! Qui enim de [10] mane surgens lecto solempni, cameris amplis dormierat, vespere jacet mortuus in lectulo palearum. Quique aulis regiis stipatus, plurimisque ferculis ac poculis epulatus extiterat in cena [11], carens solusque reconditur in loculo [12] bestiarum. Et cui prius affluebant divitie, et delitie non deerant, ipsum premunt miserie [13], dum [14] mortis angustie subito cumulantur [15]. In comitatu autem, terris et dominiis suis, cum ipse nullos liberos legitimos haberet, sibi successit Matheus [16], vicecomes Castriboni, nepos suus, ex consanguineo [17] germano. In pecuniis tamen [18], quas innumeras dicebatur habere, successores varios habuit. Fertur enim quod de ipsis qui potuit capere cepit; et [19] quemadmodum de diversis locis congregate extiterant, sic inter diversos disperse fuerunt.

Eodem fere tempore [2 novembris 1391] obiit Amedeus, junior comes Sabaudie, etiam satis inopinate [20], toxico sibi, ut dicitur, propinato, filio suo equinomio [21] nondum septenni sibi succedente. Cujus et terrarum suarum regimen et administrationem [22] juxta dicti comitis ordinationem accepit Bona de Borbonio, mater sua [23], que demum per aliquos ad hoc an[h]elantes, ut dicitur, false et malitiose incriminata et accusata [24] extitit quod machinata fuerat opemque dederat in dicti filii mortem [25]. Cujus occa-

1. revertebatur, *E.* — 2. translatus notanter. Et, *Bal.* — 3. licet *(sic)*, *E.* — 4. coopertus *(sic)*, *E;* copertus, *B.* — 5. vix, *E.* — 6. inclinatus, *B.* — 7. juvenibus, *E.* — 8. ipsis, *B.* — 9. tam, *ajouté par E.* — 10. *omis par B, Bal.* — 11. stipatusque plurimis fraterculis ac populis extipatus extiterat heu cena, *E.* — 12. lectulo, *B.* — 13. miserende, *E.* — 14. *omis par E.* — 15. tumulantur, *B, E.* — 16. Mattheus, *Bal.* — 17. tamen, *ajouté par B, Bal.* — 18. *omis par B, Bal.* — 19. ut *mss.* — 20. inopinata, *B.* — 21. equinomo, *Bal.* — 22. regimen et administrationem, *omis par E.* — 23. defuncti comitis mater *au lieu de* mater sua, *A, B, Bal.* — 24. attractata, *E.* — 25. morte, *E.*

sione in comitatu hujusmodi fuerunt discidia multa, et interfectis [1] aliquibus, qui etiam dicti occasus rei et conscii fuisse dicebantur, ad arma devenerunt [2] quasi omnes majores comitatus ejusdem, aliquibus dictam comitissam accusantibus [3] et de facto detinentibus, aliis vero eam [4] excusantibus ex adverso; sicque eis invicem contendentibus, tandem se interponentibus aliquibus [5] magnis [6] dominis utriusque partis amicis, discordia hujusmodi hoc modo dicitur sopita fuisse [7], videlicet quod regimen predictum ad nullum super eo contendentium, sed ad certos dicti comitis consiliarios pertineret, dicta vero comitissa, tanquam immunis et innocens, et de qua horrendum et nephas erat cogitare quod tanti facinoris rea aut culpabilis extitisset [8], liberaretur a detentione [9] predictorum, viveretque in pace et quiete suis, ad predictam [10] aut aliam administrationem preter propriam [11] ulterius non vacatura [12]. Quibus excellentissimum [13] deductis, dicti [14] comes et comitatus in transquillitate remanserunt.

Paulo post etiam [1392] obiit Petrus, comes Gebennensis, frater unicus dicti Clementis pape. Qui [15] tam ratione propinquitatis quam ex substitutione paterna sibi in comitatu successit [16]. Tenuitque dictum [17] comitatum idem [18] Clemens ab inde quamdiu vixit, nomineque suo fecit ipsum [19] gubernari. Quo [20] demum decedente, cessavit ex toto in domo antiquissima Gebennensi posteritas [21] masculina, cum nullus ex tunc remanserit masculus ex ea procedens legitime [22] per lineam masculinam; quod alias nullo unquam tempore legitur aut reperitur contigisse, cum semper in ea successerint [23] masculi masculis [24] ex eis directe descendentes. Sed quia nil semper stabile aut durabile permanet in hoc mundo [25], eis tunc defficientibus oportuit ut ipsis succederet Ymbertus de Villariis, nepos ex sorore dictorum comitis et Clementis.

Eodem etiam anno [26] qui erat [27] [MCCC]XCIJ, orta fuit dis-

1. factis, *ajouté par E.* — 2. venerunt, *E.* — 3. attractantibus, *E.* — 4. ipsam, *E.* — 5. ex adverso; sicque eis invicem contendentibus, tandem se interponentibus aliquibus, *omis par A, B, Bal.* — 6. magnisque, *A, B, Bal.* — 7. fertur subita fuisse, *E.* — 8. existeret, *E.* — 9. ad exceptionem, *E.* — 10. viveretque... ad predictam, *omis par E.* — 11. propria, *E.* — 12. vacaturi, *E.* — 13. ex tempore, *Bal.* — 14. dictus, *B, Bal.* — 15. papa, *ajouté par A, B, Bal.* — 16. cum nullam prolem haberet, *ajoutés par A, B, Bal.* — 17. idem, *E.* — 18. dictus, *E.* — 19. *omis par E.* — 20. Que *(sic)*, *E.* — 21. prosperitas, *B.* — 22. *omis par A, B, Bal.* — 23. successerunt, *E.* — 24. masculinis, *E.* — 25. *omis par A, B, Bal.* — 26. Domini, *ajouté par A, B.* — 27. qui erat, *omis par A, B, Bal.*

cordia [1] inter Karolum, regem Francorum [2], et Johannem, ducem Britannie. Disposuitque [3] dictus rex, satis presumens de suis fortitudine et [4] potentia, ac in ipsis quodam modo glorians et [5] spem ponens, cum magno armatorum exercitu invadere et intrare terras ducis memorati. Cumque in procinctu intrandi existeret, et [6] die quadam cum suis commilitonibus equitaret, subito ipsum invasit [7] terribilis et vehemens infirmitas [8], que ejus sensum mutavit et mentem adeo [9] alienavit adeoque ipsum oppressit et gravavit quod ipsum oportuit [10] reduci super vehiculum ad civitatem Cenomanensem, a qua discesserat paulo ante; fuitque ab inde portatus Parisius, ubi diutius morbo hujusmodi egrotavit. Sed tandem divina operante gratia bene convaluit, sed non adeo plene quin aliquibus annis subsequentibus per dislucida intervalla, etiam pluries eodem anno, aliquid senserit [11] de premissis, que sibi contigisse ab aliquibus [12] referuntur ex fa[s]cinationibus [13] aut maleficiis sibi propinatis vel procuratis per aliquos sibi domesticos iniquitatis filios et malignitatis alumpnos. Qui [14] cum coetaneos regni sui in corporeis viribus, membrorum agilitate, actuumque [15] omnium ad ipsum spectantium strenuitate precelleret, foretque alias ad omne bonum, nedum corpore, sed etiam mente valde bene [16] dispositus, suis hujusmodi actibus prosperisque successibus invidentes [17] ipsum sic maligniter et inique machinati sunt impedire.

In quo discant ceteri reges, principes et presides quod sibi assistentes non habeant qui suis actibus suoque statui emulentur [18] aut invideant quovis modo, cum in talium consortio periculosius sit quam inter scorpiones [19], serpentes vel [20] aspides habitare. Sunt enim adversus hos remedia quamplurima, sed contra alios quasi nulla, juxta illud vulgare dictum : *Nulla pejor pestis quam familiaris inimicus* [21]. Advertant insuper iidem [22] reges et principes [23]

1. guerra, *E.* — 2. Francie, *E.* — 3. Exposuitque, *E.* — 4. *omis par E.* — 5. sed, *E.* — 6. in, *B.* — 7. invaserit, *E.* — 8. vehemens infirmitas et terribilis, *E.* — 9. *omis par E.* — 10. oportuit ipsum, *E.* — 11. intervalla aliqui quinque senserit, *E.* — 12. ab aliquibus, *omis par E.* — 13. famacionibus, *E.* — 14. Cui, *B.* — 15. ac trium *au lieu de* actuumque, *E.* — 16. valde bene, *omis par A, B, Bal.* — 17. inudentes, *E.* — 18. famulentur, *E.* — 19. scorpionem, *E.* — 20. *omis par B.* — 21. Alii tamen (vero, *B*) dixerunt quod hujusmodi infirmitas naturaliter causari potuerat, attentis etate, complexione, calore temporis, et ymaginationibus et laboribus diversis sibi cotidie per curiales etiam valde domesticos propinatis, *passage ajouté par A, B, Bal.* — 22. idem, *B, E.* — 23. reges et principes, *omis par E.*

quod non in propriis viribus aut potentiis spem ponant, presumant aut glorientur [1], sed in Deo, qui [2] aliter facientes hujus et aliorum multorum exemplo quandoque deprimere et humiliare visus est [3], in ipso vero tantum sperantes multimode erigere et exaltare consuevit.

Postquam autem dictus rex convaluit, anno Domini [4] [MCCC]XCIIJ jam inchoato, ipse profectus est [5] ad civitatem Ambianensem; in qua cum ipso suisque regalibus convenerunt Johannes, Lencastrie, et Thomas, Locestrie [6] duces, de pace et concordia inter eum et Richardum [7], regem Anglie, eorum nepotem, secum tractaturi [8]. Et quia per firmam pacem vel longam treugam de dictorum regum concordia tunc firma spes dabatur, sperabatur etiam quod per ejus medium [9] dictus rex Anglie facilius solito inclinaretur ad partem dicti Clementis pape, aut saltim permitteret quod justitia ejus in sui presentia suoque [10] regno divulgaretur et monstraretur [11], ad hoc tractandum et operandum per dictum Clementem fuit missus ad partes Francie et loca conventionis predictorum dominus Petrus de Luna, dyaconus cardinalis [12], supra sepius nominatus. Qui licet circa hoc diligenter et sollicite institerit penes duces Lencastrie et Locestrie [13] supradictos aliosque quos in hiis circa dictum regem posse proficere sperabatur [14], tamen in finalibus nichil effectuale valuit obtinere, non obstante quod treuga [15] satis longa sub spe longioris aut bone pacis [16] pro tunc firmata extiterit inter reges prelibatos.

Eodem tempore [1393] memoratus [17] Clemens papa [18] pro sedatione scismatis et [19] unione Ecclesie obtinendis [20] ordinavit quod ubique processiones fierent, orationes ad Deum et sanctos ejus devote funderentur [21], et misse celebrarentur continue [22], et specialiter illa cujus officium incipit : *Salvos nos fac* [23] *Domine et congrega nos de nationibus*, etc., que cum aliis [24] ad eam pertinentibus fuit per ipsum tunc propter hoc ordinata. Dedit etiam multas indulgen-

1. gloriantur, *A*, *B*. — 2. sed video quod *au lieu de* sed in Deo, qui, *B;* quia, *A*· — 3. visus est, *omis par E.* — 4. *omis par E.* — 5. *omis par E.* — 6. *lege* Clocestrie. — 7. Ricardum, *E.* — 8. tractativa *(sic)*, *E.* — 9. remedium, *E.* — 10. suique presentia suo, *B;* ejus in suo, *E.* — 11. demonstraretur, *E.* — 12. dyaconus cardinalis, *omis par E.* — 13. *lege* Clocestrie; et Locestrie, *omis par E.*— 14. sperabat, *A*, *E.*— 15. terga *(sic)*, *E.*— 16. bene satis, *E.*— 17. *omis par B.* — 18. Clemens papa, *mis après* scismatis *par B.* — 19. ac, *E.* — 20. obtinenda, *Bal.* — 21. fundarentur *(sic)*, *A*, *B.* — 22. continue celebrarentur, *E.* — 23. fac nos, *Bal.* — 24. quantum aliis *au lieu de* que cum aliis, *E.*

tias premissa facientibus, usque ad effectum petitionis hujusmodi duraturas [1].

Anno insuper [MCCC]XCIIIJ, die xx [2] mensis februarii [3], ad instantiam et requestam [4] Henrici, novi regis Castelle, assumpsit in presbiterum cardinalem dominum Petrum Ferdinandi de Metina, Yspanum, tunc episcopum Oxomensem [5], domino Guiterio [6] Gomecii supra nominato jam defuncto.

Eodem etiam [7] tempore [1393] dictus Clemens papa inchoavit processus suos [8], quos etiam successive continuando multimode aggravavit et reagravavit [1394], contra quemdam Raymundum Rogerii [9] de Turenna [10], militem, nepotem quondam ex fratre Gregorii pape XJ [11], predecessoris sui [12], et complices suos, qui tirannice tenens castrum de Baucio prope Avinionem, ab inde guerram apertam sibi et terris suis [13] ac Ecclesie faciendo, romanam curiam, totam patriam Provincie, comitatum Venaysini cum Avinionensi et circumadjacentibus territoriis hostiliter molestabat, invadebat et destruebat, loca occupando, personas captivando et [14] occidendo, bona victus depredando et consumendo, aliaque mala quamplurima committendo; nec ab hiis coherceri aut retrahi poterat, licet [15] diutius expectatus [16], et etiam sepius amicabiliter admonitus et requisitus. Et quanquam dictum Clementem [17], cui in gradu secundo affinitatis junctus erat, verum esse papam sciret, et talem eum nominaret [18] et verbo profiteretur [19], nichilominus contra eum et romanam Ecclesiam insurgere et attemptare [20] non expavit, datus in sensum reprobum, ac [21] non recordatus que [22] dicta Ecclesia sibi et suis [23] fecerat [24] bona, que merito de ipso et [25] suis conquerendo poterat dicere illud [26] propheticum : *Filios enutrivi* [27] *et exaltavi, ipsi autem spreverunt* [28] *me.* Fuerat namque enutritus [29] et exaltatus per Ecclesiam, cum [30] per ministerium [31] Clementis pape VJ, cujus ipse pronepos exti-

1. diuturnas, *E.* — 2. XXIII, Eubel, t. I, p. 29. — 3. januarii, *A, B, Bal., Eubel.* — 4. sup[p]licationem, *E.* — 5. Oxomensis diocesis, *E.* — 6. Guinterio, *A, B;* Guterio, *Bal.* — 7. *omis par E.* — 8. *omis par A, B, Bal.* — 9. Rotgerii, *A, B.* — 10. Turene, *E.*— 11. quondam Gregorii pape ex fratre, *E.*— 12. predecessorem suum *(sic), B.* — 13. suis terris, *E.* — 14. personas captivando et, *omis par E.* — 15. sed, *E.*— 16. spectatus, *E.*— 17. dicto Clementi, *B.*— 18. nominabat, *B.* — 19. profitetur, *E.* — 20. et talia committere *au lieu de* et attemptare, *E.* — 21. et, *B, Bal.* — 22. ei, *ajouté par A, B, Bal.* — 23. sibi et suis, *omis par A, B, Bal.* — 24. faceret, *E.* — 25. *omis par E.* — 26. id, *E.* — 27. nutrivi, *E.* — 28. expuerunt, *E.*— 29. nutritus, *B, Bal.* — 30. tamen, *E.* — 31. misterium, *E.*

terat, domus sua [1] paterna, que [2] in ejus promotionis principio in terra, hoc est, in simplicitate et paupertate jacens, ab inde erecta extitit et plurimum elevata, magnificata et exaltata tam in divitiis et redditibus quam honoribus et dignitatibus ac etiam confederationibus magnatum et aliorum [3] nobilium plurimorum; ad que si ipse [4] ex ea prodiens ipsaque sciens debitum habuisset [5] aspectum, non ita insanire presumpsisset. Sed ipse, tanquam ingratus filius, beneficii accepti immemor, partusque viperini [6] matrem nascendo morsibus lacerantis [7] imitatus sevitiam [8], eamdem Ecclesiam, suam utique plus quam matrem, tam crudeliter tamque terribiliter in sui personam [9] presidis ausu temerario non est [10] veritus impugnare, quem etsi pro interesse proprio, ut falso confingebat [11], fortassis haberet [12] exosum, tamen ob dicte matris reverentiam a talibus abstinere voluit et [13] debuit, presertim cum eam sic angustiatam et afflictam occasione scismatis memorati tunc videret. Opinor tamen quod hoc Deus sic fieri et esse permisit [14] ut cunctis evidenter demonstraret [15] sibi non esse gratum quod viri ecclesiastici, et presertim summi pontifices, quorum facta debent esse ceteris in exemplum, de bonis Ecclesie ditent et magnificent suos consanguineos et parentes. Quanquam enim exemplo beati Augustini ipsis indigentibus sic subveniendum sit quod non nimis [16] egeant [17], non tamen ut [18] ex talibus habundent aut denuo exaltentur, cum in hoc necessitas attendenda sit, non tamen [19] voluptas [20]. Experientia enim [21] sepe nos docuit quod hoc modo sublimati non diutius subsistere solent, sive quia ad instar istius malis actibus se implicantes [22], taliter acquisitis debite uti et debite [23] vivere nesciunt, sive quia justo Dei judicio soboles eis defficiunt, aut debitis vel aliis omnibus eos opprimentibus ea coguntur alienare vel vendere, ut sic uno modo vel alio ad manus deveniant [24] alienas, ipsis quandoque nudatis, manentibus etiam illis que antiquitus eorum [25] obtinuere parentes. Ad que utinam

1. ejus, *B*, *Bal.* — 2. qui, *E.* — 3. alium *(sic)*, *E.* — 4. et id que *au lieu de* ad que si ipse, *E.* — 5. habuisse, *E.* — 6. viperum, *B;* viperarum, *Bal.;* viperimen *(sic)*, *E.* — 7. lacerantium, *Bal.;* lacerans, *B.* — 8. imutatus senciens *(sic)*, *E.* — 9. persona, *Bal.* — 10. *omis par E.* — 11. configebat, *A*, *B;* contingebat, *E.* — 12. habere, *E.* — 13. voluit et, *omis par A*, *B*, *Bal.* — 14. *omis par E.* — 15. monstraret, *E.* — 16. nimis non, *B*, *Bal.* — 17. non minus egebant, *E.* — 18. quod, *B.* — 19. *omis par A*, *B*, *Bal.* — 20. voluntas, *E.* — 21. etiam, *A*, *B*, *Bal.* — 22. se malis actibus multiplicantes, *E.* — 23. *omis par A*, *B*, *Bal.* — 24. ad minus deveniat *(sic)*, *E.* — 25. eorum antiquitus, *E.*

bene adverterent suos propinquos plus debito diligentes, in eorumque favorem talia operantes. Qui si [1] oculos linceos haberent, satis prospicere [2] possent quod ea que ante eos [3] in talibus acta sunt, nichil vel modicum valuerunt, ac sicut subito venerunt, sic et subito abierunt. Sed sunt eorum quamplurimi qui oculos luteos habentes, dum per eorum promotiones vident sibi arridere fortunam, mentaliter sic excecantur [4] quod credunt sibi licere que aliis non licuerunt ac durare que aliis defecerunt, ad instarque [5] illorum qui turrem Babilonicam [6], cujus summitas celos [7] attingeret, edificare temptaverunt, suis hereditates et patrimonia acquirere meditantur, quorum celsitudo et [8] prosperitas aut celos attingat aut ipsorum durationem excedat. Sed sicut hii imperfecto [9] opere confusi remanserunt, ita et ipsi [10] in suis hujusmodi voluptatibus continue deficiunt [11], et quos sic erigunt [12], ad instar pristinorum, ad [13] nichilum in momento rediguntur. Occasione autem turbationum hujusmodi prefatus Clemens, pro majori parte temporis quo Ecclesie prefuit, extitit impeditus, sic quod providere non potuit ad ea que pertinebant ad sedationem [14] dicti scismatis, prout expediebat et volebat, quia fere omnia que undecumque et quacumque [15] congregare poterat, pro defensione sua [16] adversus dictum tirannum consumebat; sicque demum ultra sustentationem suam sibi non restabant que sufficerent ad premissa.

Hiis preterea sic se habentibus, scisma predictum ex sui antiquatione indurabatur. Quod in displicentiam et turbationem non modicam veniebat omnium populorum; presertim quia, ut communiter omnibus apparebat, circa ejus extirpationem [17], prout [18] conveniebat, non [19] insistebatur [20]. Propter quod moti presidentes Universitatis studii [21] Parisiensis, deliberatione inter se prehabita, per suas litteras prefatum Clementem incitantes, reverenter tamen, ipsum requisierunt ut ad hoc fortius et ferventius solito vacare et intendere vellet. Aperueruntque [22] vias que ad hoc eis videban-

1. se, *A.* — 2. proficere, *E;* perspicere, *Bal.* — 3. autem *au lieu de* ante eos, *E.* — 4. expectantur, *A;* exsecantur, *E.* — 5. instar enim *au lieu de* instarque, *B.* — 6. Babilonie, *E.* — 7. celi, *B.* — 8. sollicitudo aut, *E.* — 9. perfecto, *B.* — 10. sui, *E.* — 11. vanitatibus deficiunt continue, *E.* — 12. exigunt, *E.* — 13. et, *E.* — 14. perturbant ac cedationem, *E.* — 15. qualitercumque, *E.* — 16. sita, *E.* — 17. extinctionem, *E.* — 18. *omis par B.* — 19. convenienter, *ajouté par B, Bal.* — 20. intendebat, *A, B, Bal.* — 21. studii Universitatis, *B.* — 22. Aperieruntque, *E.*

tur accommode et opportune, eum exhortantes ut ipsarum alteram que sibi videretur utilior eligere vellet, eamque sic et taliter prosequi quod per ipsam dicti scismatis terminatio breviter sequeretur. Hujusmodi autem incitationi et exhortationi [1] favebant et cooperabantur rex Francie cum suis regalibus et multi prelati regni sui, qui votis suis sibi ad invicem communicatis [2] satis concordabant [3] quod inter vias predictas motas et tactas erat illa brevior [4] et convenientior toti mundo, occasione dicti scismatis jam diviso [5], quod tam dictus Clemens quam secum super papatu contendens pariter cederent juri quod ipsorum quilibet in eo [6] pretendebat habere, et eis unus tertius subrogaretur in eodem. Ad quam amplexandam et recipiendam, ubi alie non proficerent aut locum habere non possent, ut inclinarent [7] dictum Clementem, dictarum litterarum series eas scribentium ipsisque assistentium affectus humiliter inducebant, ratiocinantes [8] multimode, quod pro tot et tantis bonis quot et quanta ex Ecclesie unione [9] et similibus malis que ex ejus divisione sequebantur et erant verisimiliter secutura, aliis tamen remediis deficientibus, etiamsi ipse alias pacifice in Sede apostolica presideret, hoc facere debebat et tenebatur. Et hec eadem censuerunt [10] esse persuadenda [11] adversario suo per sibi obedientes et faventes. Verumtamen quia hec erant magni ponderis, egebantque matura et longa [12] deliberatione, pro tunc absque alia precisa determinatione seu conclusione in statu primevo remanserunt [13].

Tempore hujus [14] summi pontificis fuit noviter dedicatum et fundatum cenobium monachorum Sancti Martialis Avinionensis. Pro quorum sustentatione ipse multos redditus spectantes ad ordinem Cluniacensem [15], sub quo ipsos militare voluit, deputavit, et ut [16] ad eorum regimen intenderetur per abbatem Cluniacensem seu deputandum per eum, absque eo quod [17] ibidem alius abbas vel prior preficeretur, ordinavit.

Ipse a Deo multa habere meruit tam naturalia quam gratuita dona. Fuit enim statura magnus, decorus facie et sonorus in voce.

1. exhortatum *(sic)*, *E.* — 2. communicantes, *E;* comitatis, *B.* — 3. recordabantur, *B.* — 4. breviter, *E.* — 5. occasione dicti scismatis jam diviso, *omis par B.* — 6. se, *ajouté par E.*— 7. inclinaretur ad, *E.*— 8. ratio curantes *(sic)*, *E.*— 9. unione Ecclesie, *B*, *Bal.*— 10. senserunt, *B*, *E.*— 11. persuadendo, *B.*— 12. longo *(sic)*, *B.* — 13. papam tamen in magna meditatione constituerunt. Cujus obitus satis cito post fuit subsecutus, *passages ajoutés par A*, *B*, *Bal.* — 14. hujusmodi, *E.* — 15. Clunacensem, *B.* — 16. *omis par E.* — 17. seu per eum deputandum quod, *E.*

Scripsit mirabiliter, dictavit notabiliter [1], et cantavit seu celebravit divina officia multum eleganter. Fuit insuper providus in consiliis, sapiens in dubiis, et patiens in adversis, non elatus in prosperis, nec iratus [2] injuriis, aut commotus convitiis. Tam in conviviis quam locis aliis [3], cum esset affabilis [4], gratus [5], solatiis cunctis loquebatur. Egenis, orphanis et viduis libenter subvenit, et dedicatis studiis providit frequenter. Tamen contra ritum et consuetudinem suorum predecessorum consistoria et consilia [6] tenuit satis raro et hora tardiori. Fuit etiam [7] valde morosus et longus in negotiis sibi [8] incumbentibus expediendis. Multis etiam secularibus [9] tam principibus quam aliis fuit admodum familiaris [10] et gratus eorumque contemplatione et amore plures episcopavit et alias promovit, eis aliquando sufficientiores et ydoneiores [11] etate, [12] moribus et scientia postponendo, quandoque [13] ut eorum benivolentiam [14] et favorem sibi et Ecclesie acquireret [15], quandoque ut ipsorum odium et indignationem evitaret [16]; in quibus se profuisse reperiit et sepius defecisse, cum ex eis plurimi [17] inventi fuerint qui de ipso aut factis suis modicum curaverunt postquam illa que voluerant fuerant assecuti. Tandem vero, prout Domino placuit, post satis brevem infirmitatem, die XVJ [18] mensis septembris anno Domini MCCCXCIIIJ, pontificatus sui [19] XVJ, diem clausit extremum et in Avinione fuit [20] in ecclesia majori sepultus. Et vacavit Sedes XIJ diebus, Ecclesia adhuc in scismate remanente [21].

1. mirabiliter, *E.* — 2. in, *ajouté par B*, *Bal.* — 3. aliis locis, *B*, *Bal.* — 4. effabilis, *E.* — 5. gratis, *E.* — 6. concilia, *E.* — 7. insuper, *A.* — 8. suis, *A*, *B.* — 9. scolaribus, *A*, *B.* — 10. familiarium, *E.* — 11. ydoneorum, *E.* — 12. et, *ajouté par B.* — 13. cumque, *A*, *B.* — 14. benevolentiam, *Bal.* — 15. adquireret, *E.* — 16. evitare, *E.* — 17. plurimique, *mss.* — 18. xv, *E.* — 19. Domini MCCCXCIIIJ, pontificatus sui, *omis par E.* — 20. extremum in Avinione. Cui successit in papatu Petrus de Luna cardinalis, qui Benedictus XIIJ fuit vocatus. Fuitque, *A*, *B*, *Bal.* — 21. Baluze *fait suivre la Vie de Clément VII d'une note contemporaine écrite au bas du folio 1 v° du ms. latin 1478, de la Bibliothèque nationale de Paris :* Die dominica XVIIJ septembris anno [M]CCCC primo, domino nostro papa Benedicto XIIJ existente in hoc palatio obsesso et incluso, fuit translatum corpus predecessoris sui domini Clementis predicti de Nostra Domina ad ecclesiam novam Celestinorum hujus civitatis. Qua die celebravit et fecit sermonem cardinalis Albanensis. Interfuerunt archiepiscopus Narbonensis camerarius, Remensis, Rothomagensis, episcopi Magalonensis, Cathala[u]nensis, Valentinensis, Vasionensis, Avinionensis, Aura[s]icensis.

SECUNDA VITA

CLEMENTIS VII

AUCTORE PETRO DE HERENTHALS

PRIORE FLOREFFIENSI

Defuncto autem [1] Gregorio papa XJ in civitate Romana anno Domini MCCCLXXVIIJ, die XXVIJ mensis martii, cardinales qui tunc erant in curia romana, post decimum diem a die obitus pape Gregorii predicti, elegerunt Bartholomeum, archiepiscopum Barrensem, in papam concorditer, qui sibi Urbani VJ nomen constituit [2], ipsumque electum publicaverunt tam infra quam extra civitatem, ac ejus coronationi et intronizationi interfuerunt, necnon in consistoriis tam publicis quam privatis eidem tanquam pape reverentiam prestiterunt. Sed non longe post cardinales predicti Romam exierunt, et apud Anagniam se transtulerunt, et deinde Fundis [3] novam, videlicet secundam, electionem pape, post septem menses a prima electione, fecerunt, et elegerunt cardinalem Geben[n]ensem [4] in papam, qui vocatus est Clemens VIJ, asserentes primam electionem esse nullam, eo, prout dicebant, quod per violentiam fuerit facta, et quod hec violentia eis a Romanis illata incussit ipsis cardinalibus tantum timorem quod, ad evadendum periculum mortis, dictum Bartholomeum elegerunt in papam, et omnes cerimonias predictas tam coronationis quam intronizationis ei fecerunt, etiam in festo Pasche ab ipso, tanquam a papa, corpus Christi sumpserunt coram populo Romano et multitudine [5] peregrinorum de universo orbe ibidem presente. Dixeruntque, licet hec omnia prestiterint [6] dicto Urbano, tamen timor predictus semper conti-

1. *omis par Bal.*— 2. composuit, *A.*— 3. Fundos ubi, *Bal.*— 4. Genebensem, *A.* — 5. multitudinem *(sic)*, *A.* — 6. prestiterunt, *B;* perstiterunt, *A.*

A = Bibliothèque royale de Bruxelles, ms. latin *12000*, fol. 147 r°-151 v°.
B = Bibliothèque nationale de Paris, ms. latin *4931 A*, fol. 230 v°-243 v°.

nuatim mansit [1] in cordibus eorum; et ideo asserunt se pre timore Romanorum fecisse quicquid predicto Urbano seu Bartholomeo impenderunt. De quibus electionibus magna dissensio orta est in sancta christianitate. Nam in regno Francie prima electio de Urbano predicto [2] pro frivola, et secunda de Clemente pro canonica reputata est. Et e contrario in regno Alamannie et in partibus Prusie [3] usque Cameracum electio Urbani pro canonica et electio Clementis pro frivola reputata est. Electione tamen prima de Urbano, ut prefertur [4], facta, cardinales qui hanc fecerant, scripserunt de ea multis principibus se virum ad papatum bene dignum elegisse; et specialiter cardinalibus qui residebant in Avinione, et qui dicte electioni non interfuerunt [5], scripserunt in hec verba :

Reverendissimi Patres et Domini. Quia plerumque, primo [6] *utplurimum, presertim in rebus arduis, fame loquacitas* [7] *veritatem quibusdam coloribus adulterinis obnubilat, ideo quid hiis diebus in romana Ecclesia, cujus honorabilia membra et sublimes columpne pariter nobiscum existitis* [8], *gestum sit, vobis presenti scriptione veridica curavimus intimare; ut et hiis qui vobis rem aliter narraverunt seu scripserunt non credatis, et mentes vestre, hac nostra insinuatione clarificate, in tranquillo et sereno veritatis littore conquiescant. Vestris igitur paternitatibus innotescat quod sancte felicisque recordationis domino et patre nostro Gregorio papa XJ, die* XXVIJ *mensis martii nuper elapsi, viam universe carnis ingresso et, sicut de largissima Dei pietate confidimus, post labores ad premia evocato, sicut alias vobis scripsimus, tantique patris, prout erat juris et moris* [9], *cum debitis honore et reverentia exequiis celebratis, die sexta presentis mensis aprilis conclave palatii apostolici, ubi prefatus dominus noster obierat, juxta sanxiones apostolicas decrevimus introire, sed certis ex causis ad id nostrum ducentibus animum hujusmodi nostrum introitum ad diem immediate sequentem duximus deferendum* [10]. *Qua quidem die, videlicet septima hujus mensis, primitus* [11] *gratia Sancti Spiritus invocata, conclave prefatum intravimus, de electione et substitutione futuri pontificis tractaturi. Sequenti quoque die, luciferi nescientis occasum, ut pie credimus, radiis illustrata, circa illam diei horam qua Spiritus paraclitus in sanctorum* [12] *discipulorum*

1. invasit, *A.* — 2. *omis par A.* — 3. Perusie *(sic)*, *A.* — 4. ut prefertur de Urbano, *A.* — 5. interfuerant, *Bal.* — 6. *lege* immo, *Bal.* — 7. loquacitatis *(sic)*, *A.* — 8. exstitis, *A.* — 9. moris et juris, *B*, *Bal.* — 10. differendum, *mieux*, *Bal.* — 11. primities, *B.* — 12. *omis par A.*

corda descendit, ad personam reverendi in Christo patris domini Bartholomei, archiepiscopi Barrensis, viri utique magnorum meritorum claritate conspicui et multiplicium virtutum lampade refulgentis, libere et unanimiter direximus vota nostra, eum ad celsitudinis apostolice speculam concorditer evocantes, et hanc nostram evocationem seu electionem in conspectu maxime christiane plebis multitudinis nuntiantes. Ceterum die nona hujus mensis idem dominus electus coram turba fidelium copiosa super thronum dignitatis apostolice sublimatus sibi Urbani VJ nomen constituit [1]*; ac die hesterna, quà Christus Jhesus, summus pontifex, vitam nostram resurgendo reparavit, sicut in romana Ecclesia consuetudinis est, in basilica principis apostolorum de Urbe, cum ingenti tripudio et letitia innumerabilis populi christiani, pontificali regno magnifice et sollempniter extitit coronatus. Que quidem* [2] *vobis ideo* [3] *nuntiamus, ut sicut obitus memorati domini Gregorii vobis amaritudinis et tristitie calicem propinavit, sic de presentis patris concessione nobis et vobis facta gaudii et exultationis spiritum assumatis. In illo enim, cujus vices dominus noster gerit in terris, firmam spem fiduciamque* [4] *tenemus quod sub ejus felici regimine status romane ac universalis Ecclesie reflorebit, et orthodoxa fides felix optatum[que] suscipiet incrementum. Salvator noster Jhesus Christus diu et feliciter in suo servitio vos perseverare faciat juxta vota. Datum Rome, die* XVIIJ *dicti mensis aprilis, sub sigillis nostrum Petri, Portuensis episcopi, Guillelmi, tituli Sancti Stephani in Celiomonte presbiteri, et Jacobi, Sancti Georgii ad Velum aureum dyaconi cardinalium, hic prioratitatis* [5] *locum obtinentium* [6] *[in] ordinibus antedictis, etc.*

Postquam dicti cardinales, qui adherebant dicto domino Urbano pape, destinaverunt litteras cardinalibus in Avinione existentibus, et ipse papa Urbanus [7] gratias pauperibus clericis, ut moris est, fecerat generales, et [8] vellet statum cardinalium restringere, valde sunt turbati, contra eum insurgentes et allegantes ipsum Urbanum non apostolicum fore, sed [9] apostaticum. Propter quod exeuntes Romam, Anagnie se dederunt; et deinde ad Fundanam civitatem [progressi], antequam ipsi eligerent ibidem [10] cardinalem Geben[n]ensem [11] in papam, qui sibi Clementis VIJ nomen constituit, prius processus contra Urbanum predictum

1. nomen constituit, *omis par A.* — 2. quidam *(sic)*, *A.* — 3. *omis par A.* — 4. que, *omis par A.* — 5. *lege* prioratus, *Bal.* — 6. continentium, *mss.* — 7. romanus, *A.* — 8. ut, *A.* — 9. *omis par A.* — 10. ibi, *A.* — 11. Genebensem, *A.*

promulgarunt judiciales et contra ei [1] adherentes, destinaveruntque ipsos ad diversas christianitatis provincias, hunc tenorem continentes :

Universis et singulis Christi fidelibus miseratione divina Johannes episcopus Penestrinus, etc... Exigit sancte et catholice (cf. supra, p. 452).

Hiis temporibus, videlicet anno Domini predicto, in vigilia apostolorum Petri et Pauli [28 junii 1378], defuncto bone memorie Johanne de Erkel, episcopo Leodiensi, capitulum Leodiense elegit Eustacium de Rupeforti, suum concanonicum, in episcopum Leodiensem. Qui mittens nuntios pro sua confirmatione ad Clementem papam predictum, cardinalis de Agrifolio scripsit dicto electo de sua confirmatione litteras hunc tenorem continentes :

Reverendo in Christo patri domino Eustacio Persandi de Rupeforti, Dei gratia electo confirmato Leodiensi episcopo [2], *amico nostro carissimo* [3]. *Reverende pater et amice carissime* [4], *notificamus vobis quod, die lune* VIIJ *mensis hujus, dominus noster papa Clemens ratam habens electionem de vobis factam, ad ecclesiam Leodiensem vos gratiose promovit. De quo plurimum letamur propter vestre persone virtutes et merita, etiam quia speramus ecclesiam ipsam sub vestris salubri cura et regimine magna et felicia suscipere incrementa; vos affectuose* [5] *rogantes ut negotia nostri archidyaconatus Brabantie, quem in vestra hujusmodi ecclesia obtinemus, velitis habere nostri consideratione specialiter recommendata, et nobis confidenter intimare si quid Ecclesie prefate utile hic facere et operari valeamus, et alia quelibet* [6] *vobis grata, que possetenus curabimus adimplere, paternitatem vestram conservet Altissimus feliciter et longeve. Datum Fundis,* XJ *die novembris* [*1378*], *etc.*

Antequam vero hujusmodi littere ad partes venissent, accidit quod Wencelaus [7] de Bohemia, dux Luceburgensis et Brabantie dux ex parte uxoris sue, venit Trajectum, et inde per nuncios diffidavit Leodienses et episcopatum, quia destruxerant castrum de Pieterseem [8], eo quod, prout intellexerant, dominus de Pieterseem [9] hospitaverat spoliatores patrie in dicto castro, quod tenebat in feodum de duce Brabantie. Diffidatione ergo dicti ducis facta, predictus Eustacius electus, quia contra consilium amicorum suorum reliquit Leodium et ivit Trajectum ad dictum ducem Bra-

1. contrarium *au lieu de* contra ei, *mss.* — 2. episcopus *(sic)*, *A.* — 3. karissimo, *B.* — 4. karissime, *B.* — 5. effectuose, *B.* — 6. quecumque, *A.* — 7. Wincelaus, *B*, *Bal.* — 8. Pitersem, *B*, *Bal.* — 9. Pitersem, *B*, *Bal.*

bantie, Leodienses clamaverunt se ab ipso traditos, et statim miserunt legatos ad Arnoldum de Horne [1], tunc episcopum Trajectensem inferiorem, et constituerunt eum suum mamburnum, Eustacio predicto penitus derelicto. Hic autem dominus Arnoldus optinuit ab Urbano papa supradicto [2] translationem suam de episcopatu Trajectensi ad ecclesiam Leodiensem. Et postquam portaverat mamburnatum predictum per annum, monstravit bullas dicti Urbani de dicta sua translatione in capitulo Leodiensi, et acceptavit dictum episcopatum, et mansit ac manet in eo in possessione pacifica, etiam eodem episcopatu sub obedientia predicti Urbani manente, usque in presentem diem anni nativitatis Domini MCCCLXXXIIJ, mense januario, quo presentes cronice capiunt finem.

Pendentibus itaque erroribus de duobus papis, Urbanus primus [3] Rome, ut predictum est, electus, transmisit bullas ad diversas christianitatis partes, suam electionem notificando et processus contra Clementem, videlicet secundum papam predictum, publicando. Quarum bullarum una, universitati Parisiensi transmissa, talem continet tenorem :

Urbanus, episcopus, servus servorum Dei, dilectis filiis rectori, magistris, doctoribus, scolaribus, ac universitati studii Parisiensis, salutem et apostolicam benedictionem. Inter, ymmo super ceteras studentium [4] *universitates, in quibus scientiarum gemma resplendet, vestra Parisiensis velut quoddam sydus radiat* [5], *et* [6] *pulsis* [*procul*] *ignorantie ac erroris tenebris, doctrine sue lumine circumlucet. Ex ipsa nempe* [7] *velud ex quodam purissimo fonte semper sani* [*verique*] *dogmatis* [8] *rivuli profluxerunt, qui per innumeros alveos pronius discurrentes, falsarum opinionum limum* [9] *absterserunt. Hujusmodi* [10] *quidem* [11] *fontis claritatem nulla unquam quantumlibet* [12] *impetuosa vis pluvie turbidavit. Vobis itaque, dilectissimi filii, qui ex hoc limpidissimo fonte dulcissimas* [*litterarum aquas*] [13] *avido haustu elicitis, congaudemus, nobis* [14] *et sancte romane congratulamur* [15] *Ecclesie* [16], *cui talia ligna fructus producentia dulcissimos secus decursus aquarum in tam ingenuo viridario summus*

1. Hoerne, *A.* — 2. predicto, *Bal.* — 3. prius, *A.* — 4. studiorum, *Bal.* — 5. irradiat, *Bal.* — 6. *omis par A.* — 7. namque, *Bal.* — 8. dogmaticis, *ms.* — 9. lumen *(sic)*, *A.* — 10. Hujus, *Bal.* — 11. siquidem, *A.* — 12. quantalibet, *Bal.* — 13. litteras *au lieu de* litterarum aquas, *mss.* — 14. vobis, *Bal.* — 15. congratulantur, *mss.* — 16. sancta romana Ecclesia congratulatur, *Bal.*

parens rerum [1] *plantavit. Quidni* [2] *gaudeamus* [3] *et exultet* [4] *spiritus noster, quando intra felicia castra Parisiensis studii tot doctissimos et magnanimos veritatis et orthodoxe fidei pugiles intuemur? Seviat hereticorum pravitas, quantum potest, et evacuet* [5] *contra tam munitissima castra pharetras suas turba scismatica. Nam sunt milites alumpni nostri ad resistendum promptissimi, veritatis et fidei thorace muniti* [6], *habentes bicipicia spicula, quibus hostium corda* [7] *penetrentur. Habent et faces ardentissimas caritatis, quibus illorum machine confundantur. Habent* [8] *et scaturientis fontis undas, quibus eorum facule protinus extinguantur. Ut nec illud pretereamus, cujus sola recordatione plurimum consolamur, quodque nuper cum ingenti gaudio fidedignorum relatione percepimus, quemadmodum vos adversus eorumdem hereticorum atque scismaticorum assertionem subdolam contra nos* [9] *impudice loquentium nonnullas sanctas, veras et* [10] *saluberrimas, et quales professionem* [11] *vestram decet, in nostrum, ymo memorate fidei favorem et veritatis defensionem sententias publice tenuistis, et* [*eas*] *contra quoscumque contrarium profitentes defensastis. Pro quibus universitatem vestram iteratis in Domino laudibus prosequentes devotionem vestram requirimus* [12] *et hortamur attentius, ac per aspersionem* [13] *sanguinis* [14] *Jhesu Christi, cujus in hac parte res agitur, obsecramus quatinus causam justitiamque nostram toti mundo notoriam, quam dicti pseudochristiani, veri satellites Antechristi, obnubilare ac scisma perniciosissimum in Dei Ecclesia suscitare moliuntur, suscipere, ymo jam susceptam* [15] *velitis defensare tanquam legitimi certatores. Et ne inconsutilis veri Joseph tunica lanietur, sub divine potentia dextere* [16] *vos murum inexpugnabilem opponatis, hostiumque multitudinem nullatenus formidetis, sub signis militantes victricibus veritatis : que, licet quandoque calumpniantium fuscatis argumentorum coloribus impugnetur* [17], *vinci tamen non potest, et illorum nequit multitudine conculcari. Nichil enim* [18] *felicius* [19] *quam pro veritate bellare. Nulli clariores triumphi, nulla pinguiora spolia reportantur, quam que veritas defensa pollicetur. Eya ergo, athlete magnanimi, ac veritatis* [*et*] *orthodoxe fidei devotissimi defen-*

1. rex *(sic)*, *mss.* — 2. Cui diu, *mss.* — 3. gaudemus, *A;* congaudemus, *B.* — 4. exultat, *mss.* — 5. evacuat, *A.* — 6. militi *(sic)*, *B.* — 7. *lege* precordia, *Bal.* — 8. *omis par Bal.* — 9. *omis par A.* — 10. ac, *Bal.* — 11. professiones, *A.* — 12. requiremus, *B.* — 13. pretiosissimi, *ajouté par Bal.* — 14. domini nostri, *ajoutés par Bal.* — 15. susceptum, *Bal.* — 16. dextera *(sic)*, *A.* — 17. impinguetur, *A.* — 18. vero, *Bal.* — 19. facilius, *B.*

sores, contra illarum [1] *impugnatores et hostes feliciter insurgatis, ut proinde, preter eterne mercedis premia humanarumque laudum preconia, nostram et apostolice Sedis benedictionem, et gratiam ac exauditionem in vestris petitionibus* [2], *tanquam bene meriti, reportetis. Datum Rome, apud Sanctam Mariam in trans Tiberim,* XJ *kalendas decembris, pontificatus nostri anno primo* [*21 novembris 1378*].

Insuper vero, anno Domini MCCCLXXIX, mensis maii die XJ, omnes prelati, decani et curati dyocesis Leodiensis citati plures ex eis convenerunt cum toto clero civitatis Leodiensis in capitulo ecclesie Sancti Lamberti ad tractandum cui predictorum pape potius obedire deberent. Fuit igitur ibidem [3] in principio bulla Urbani pape predicti publicata hunc continens tenorem :

Urbanus, episcopus, servus servorum Dei, venerabilibus fratribus archiepiscopo Coloniensi ejusque [4] *suffraganeis, salutem et apostolicam benedictionem. Nuper, cum vinea Domini Sabaoth, sancta videlicet romana Ecclesia, ventrem suum doleret et amaricatis visceribus, etc.* (ut in to. XI Conciliorum, edit. Labbei, pag. 2045).

Altercationibus autem duorum paparum sic se habentibus, et rege Francie totis viribus partem Clementis defendente, necnon rege Alamannie cum toto quasi Imperio Urbano adherente, comes Flandrie volens et nitens cognoscere quis dictorum paparum esset potior in jure ad optinendum dignitatem apostolici apicis, [5] inquisitionem per nuntios privatos et alienos procuravit fieri de electionibus eorum diligentem : qua diligenter cognita et per suos legisperitos seriose examinata, talem exinde reddidit sententiam secundum tenorem infrascriptum : *Premissa protestatione quod sumus parati stare declarationi concilii generalis et ab unitate catholice et apostolice Ecclesie nullatenus divertere, attentis relationibus per nuntios missos versus Ytaliam et alia loca remota reportatis, visis etiam et auditis pro parte utriusque electi verbis et scriptis et ostensis, salvis conscientiis nostris non audemus ab obedientia dicti* [6] *Urbani pape VJ primo electi, quem hactenus pro vero papa tenuimus et tenemus* [7], *recedere, nec recedemus, sed ei tanquam vicario Jhesu Christi obediemus, nisi debito modo aliter fuerimus informati, etc.*

Pendente vero, ut prefertur, predicto scismate, plurimi doctorum legum et juris canonici tractatus composuerunt. Quorum primus dominus Johannes de Linhano tractatum edidit, in quo

1. illorum, *mss.* — 2. precibus, *Bal.* — 3. *omis par A.* — 4. ejusdemque, *A.* — 5. ad, *ajouté par A.* — 6. domini, *A.* — 7. et tenemus, *omis par Bal.*

affirmat electionem dicti Urbani esse canonicam ipsumque esse verum papam. Abbas vero Sancti Vedasti, regis Francie consiliarius, doctor decretorum, fecit alium [1] tractatum, in quo asserit electionem Urbani esse nullam et Clementem fore verum papam. Quibus [2] tractatibus cum eorum questionibus, responsionibu [3] et determinationibus propter sui prolixitatem pretermissis, ad sequentia stilum extendo.

Predictis vero [4] rebus sic se habentibus et invalescente scismate supradicto, quilibet de electis predictis in papam destinare curavit ad diversas mundi provincias legatos et litteras papales ad significandum et affirmandum suc electionis factum tanquam canonicum et sue partis adverse [5] hereticum et intrusivum. Unde Urbanus supradictus transmisit litteras suas capitulo Leodiensi hunc tenorem continentes [6] :

Urbanus, episcopus, servus servorum Dei, dilectis filiis capitulo et clero civitatis Leodiensis, salutem et apostolicam benedictionem. Cum ineffabili mentis jubilo Altissimo referimus gratias, etc. (ut in tomo XI Conciliorum, edit. Labbei, pag. 2049).

Invalescente autem scismate predicto, dictus papa Urbanus personas ecclesiasticas dyocesis Leodiensis, et maxime in civitate Leodiensi, suis privavit beneficiis, que verbotenus Clementem predictum asserebant fore papam et pontificem romanum. Unde plures privati transierunt ad ipsum Clementem privationes hujusmodi querulose [7] demonstrantes, sed modicum profecerunt.

Sequitur littera cardinalibus qui electionem Urbani celebraverunt missa ex parte regis Anglie :

Eduardus [8], *rex Anglie et dominus Hybernie, talibus cardinalibus, etc., non* [9], *prout nobis scribitis, miseratione divina sancte romane Ecclesie olim cardinalibus, ymmo verius* [10] *divina maledictione super vos fulminante, lupis rapacissimis, totius gregis* [*Christi*] *invasoribus ac vulpibus callidissimis vineam Domini Sabaoth cupientibus demoliri, non salutem, sed languorem, non gaudium, sed merorem, et indui, sicut disploide* [11], *confusione vestra. Tenor insipidus litterarum vestrarum, quas, instigante dyabolo* [12], *per omnes et singulas christianitatis provincias temere destinastis, corda et intima queque*

1. olim, *A*. — 2. Cujus *(sic)*, *B*. — 3. *omis par B, Bal.* — 4. *omis par B, Bal.* — 5. adversum *(sic)*, *A*. — 6. etc., *ajouté par B.* — 7. querelose, *A*. — 8. Eduwardus, *A*. — 9. nam, *mss.* — 10. vero, *B, Bal.* — 11. duploide, *B, Bal.* — 12. dyabulo, *A*.

nostra saucians, non umquam fidei nostre lesionem intulit, sed piam cordis compassionem de tam horrendo scandalo in Ecclesia Dei noviter suscitato. Verumptamen ve vobis per quos scandalum hoc evenit. Nam pallida facta [est] matris Ecclesie facies. Pallorem nempe turbationis evenisse credimus ex errore scelerum vestrorum a seculis inaudito. Nam qui putabimini esse legis vulgatores, non estis Dei veri cultores, sed estis sacrilegi. Rubor enim verecundie vestre [1] *interdum conspergitur, dum ex vestris actibus* [2] *scandalosis fines totius christianitatis uruntur. O vestra detestabilis et infelix ambitio, que tunicam Domini inconsutilem, quam sors vestre* [3] *depositioni* [4] *non annuit, scindere nititur et partiri, que divisionem non patitur, sed congaudet potius unitati. Servi nequam ex ore vestro judicandi, modum electionis summi pontificis nuper celebrate nobis per litteras vestras declarastis, dicentes quod conclave vestrum vallaverit armatorum indomita multitudo minas vobis facientes terribiles [et letales] nisi Ytalicum eligeritis vel Romanum, nullam tamen [certam] vobis limitando personam ad quam vos compellerent eligendam. Manifestum est igitur quod personam quam vos* [5] *conceditis elegisse, elegistis* [6] *libere, non coacte. Et sic, quantum ad personam tunc a vobis electam, tenemus et tenebimus firmiter ipsam electionem esse et fuisse rite et canonice celebratam, et ipsi* [7] *electo, intronizato et coronato, ut sacrosancte Ecclesie vero capiti et [Petri] successori et in terris vero* [8] *Christi vicario fideliter adheremus, et ipsius monitionibus, dictis et factis, ut* [9] *veri fideles et catholici, humiliter* [10] *promittimus obedire. Vestram quoque perniciosam rebellionem et sacrilegam ac hereticam contumaciam, in exemplum dampnabile multos trahentes, detestamur, insuper vestram verecundiam, qui cum in acie* [11] *Ecclesie sitis constituti velud* [12] *pugiles et etiam propugnatores orthodoxe fidei christiane et Ecclesie* [13] *libertatis, capellos* [14] *in capitibus rubeos* [15] *comportantes ob signum firmitatis* [16] *et audacie promerende* [17] *usque ad mortem pro justitia certare deberetis. Quomodo metus mortis tam repente vos invasit et vicit ut perire justitiam* [18] *sineretis? Quomodo, qui vos columpnas Ecclesie nominatis, facti estis infirmi et debiles ut sustinere non possetis tectum, quin rueret?*

1. qui, *ajouté par les mss.* — 2. artibus, *mss.* — 3. vestra, *mss.* — 4. *lege* dispositioni, *Bal.* — 5. compellerent eligendam. Manifestum est igitur quod personam quam vos, *omis par A.* — 6. *omis par Bal.* — 7. ipso, *A.* — 8. versus *(sic)*, *A.* — 9. velut, *B, Bal.* — 10. *omis par A.* — 11. actu, *mss.* — 12. et, *ajouté par B.* — 13. ecclesiastice, *A.* — 14. capillos *(sic)*, *A.* — 15. rubeis *(sic)*, *A.* — 16. strenuitatis, *Bal.* — 17. audacie quod intrepide, *Bal.* — 18. justitie, *A.*

Numquid fuit ibi Sampson, qui longe prius obierat? Sed dicitis fortasse ad excusandum excusationes in peccatis quod Petrus petra fidei et post petram [1] *Christum, primum fundamentum Ecclesie* [2], *ad vocem ancille ostiarie* [3] *expavescens, ipsum Christum detestando et jurando negaverit; cujus infirmitatis* [vos] *estis participes et sequaces. Genimina viperarum, callidi serpentes veneno inflati, si amaram gustatis herbam, gustetis etiam cum Petro confessionem* [4]. *Sed veraciter hoc verbum seminamus super petram. Nam vestra detestabilis obstinatio Jude proditoris vos efficiet participes et consortes, cujus iniquitas residet super calculum plumbi. Cecorum dux non existet* [5] *vestra stulta cecitas et ceca stultitia ut* [6] *illa verba que in vestris litteris videntur sapere pietatem et zelum domus Dei nos commoveant* [7] *vel quicquam vobiscum consentiendo* [8] *persuadeant* [9]. *Satis enim luculenter perpendimus quod ipsa verba vestra Phariseorum fermento* [10] *condiuntur, a quo in ewangelio Christus cavere suos precipit* [11]. *Locum quem elegistis vestris sceleribus preparandum ydoneum nobis nominatis, ostendentes clare vos* [12] *verum caput Ecclesie reliquisse, et effici* [13] *membra dyaboli, in desertum abi*[*i*]*sse* [14] *cum Juda proditore* [15], *tendentes ubi vos ipsos estis laqueis suspensuri, ut de vobis verificetur illud* [16] *propheticum :* Fiat habitatio eorum deserta, et in tabernaculis eorum non sit qui inhabitet. *Et iterum de singulis vestrum dictum est :* Fiant dies ejus pauci, et episcopatum ejus accipiat alter. *Preterea comitis Fundorum claram famam vestris falsis commendationibus in toto christicola populo denigrastis, cum dicat poëta :* Turpe est laudari a turpibus et ob turpia. *Animadverte igitur, Fundorum comes, qui* [per] *quamplurimos christianorum fines* [17] *eras incognitus, de eo presertim cum jam tibi non nomen, sed* [18] *ignominiam prosequaris, inimicos Christi et unitatis Ecclesie divisores, ac pacis* [19] *et tranquillitatis totius christianitatis turbatores imitando, et eos in ipsorum detestabili perfidia confovendo, ut* [20] *etiam contra Christum et populum catholicum edificasse asylum* [21] *videaris. Exurge ergo, comes, et mures de petra proi-*

1. Petrum, *A.* — 2. Ecclesie fundamentum, *A.* — 3. hostiarie, *mss.* — 4. gustate similiter dulcem et suavem, et post capitis vestri damnabilem redite cum Petro ad confessionem, *Bal.* — 5. *lege* Ceterum non existimet, *Bal.* — 6. quod, *Bal.* — 7. commoveat *(sic)*, *B.* — 8. quicumque vobiscum consentientes, *mss.* — 9. persuadent, *B.* — 10. fermenta, *A.* — 11. precepit, *Bal.* — 12. vos clare, *A.* — 13. effectòs, *Bal.* — 14. abyssi, *A.* — 15. traditore, *Bal.* — 16. hoc, *A.* — 17. flens, *mss.* — 18. idem, *mss.* — 19. *omis par B.* — 20. et, *mss.* — 21. auxilium, *mss.*

cias [1], *de tabernaculo* [*tuo*] *fuga serpentes, et carbones* [*sulphureos*] *a sinu tuo excute, ne flamma inextinguibilis te exurat, et sic Dei gratiam et* [2] *benedictionem ac totius populi christiani gloriam et commendationem prosequaris, ac divinam merearis effugere ultionem.*

Sequitur littera archiepiscopi Coloniensis, cujus superscriptio talis est : *Prudentibus et* [3] *discretis viris magistris civium et consulibus civitatis Leodiensis, amicis nostris dilectissimis.* Infra vero litteram in margine [4] talis erat subscriptio : *Fredericus, archiepiscopus Coloniensis, Westfalie et Angarie dux.*

Amici dilecti. Noveritis quod nuper serenissimus dominus noster dominus Wincelaus, Romanorum rex semper augustus, cum multis sacri Imperii electoribus aliisque principibus tam ecclesiasticis quam secularibus, comitibus et baronibus, nobis etiam presentibus, in op[*p*]*ido Frankenfordensi* [5] *convenit, etc.* (ut apud Radulphum de Rivo in gestis pontificum Leodiensium, pag. 35).

Postquam vero supradictus dominus Arnoldus [6] de Horne [7] primo mamburnatum episcopatus Leodiensis gerens acceptavit, per bullas Urbani pape supradicti eumdem episcopatum [8] et possesssionem [9] ejus optinuit, necnon regalia sua [10] ab archiepiscopo Coloniensi, in hac parte tunc commissario a Wincelao, Romanorum rege, constituto. Deinde, ut fortior [11] esset in ipsa possessione, litteras regalitatis sue tenorem continentes qui sequitur palam monstravit in hec verba : *Wincelaus, Dei gratia Romanorum rex semper augustus ac Bohemie rex, magistris civium, proconsulibus, majori, scabinis, judicibus* [12], *communitati civitatis Leodiensis, necnon omnibus et singulis terrigenis, incolis et habitatoribus terre et districtus Leodiensis, gratiam regiam* [13] *et omne bonum. Fideles dilecti. Quia, etc.* (ut apud eumdem Radulphum, pag. 43).

Postquam vero a mundi exordio, de hiis que in ipso tam Veteris quam Novi Testamenti tempore contigerunt [14], pauca de innumeris transcurrendo, conscripsi usque [ad] annum dominice incarnationis MCCCLXXXIIJ [15], prout in presenti cronicarum volumine patet evidenter, scismateque [16] predicto ob binam electionem de duobus pontificibus romanis antedictam in sancta Ecclesia proth dolor perseverante, recordatus sum illius sententie Salomonis, dicentis :

1. proicies et, *A.* — 2. ac, *A.* — 3. ac, *B*, *Bal.* — 4. mergine, *B.* — 5. Frankefordensi, *B*, *Bal.* — 6. dominus Arnoldus, *omis par B*, *Bal.* — 7. Hoerne, *A.* — 8. ejus, *ajouté par B.* — 9. possessiones, *A*, *Bal.* — 10. regula suo *(sic)*, *A.* — 11. fortiter, *B*, *Bal.* — 12. judiciis *(sic)*, *A.* — 13. reverentiam, *mss.* — 14. contigerint, *A.* — 15. MCCCLXXXIIIJ *(sic)*, *B.* — 16. scismate quoque, *B.*

Faciendi plures libros non est finis; frequens meditatio carnis est afflictio; unde ego jam constitutus in senio nichil utilius michi restare video quam fine michi ampliora scribendi constituto, deinceps intendere necessariis ad salutem, que profecto comprehenduntur in fine illo quo predictus sapiens suam loquendi ponit conclusionem, dicens : *Deum time et mandata ejus observa; hoc est omnis homo.* Nam pro certo hominis salus universa cognoscere dinoscitur in filiali timore mandatorumque observatione Dei ac Domini nostri Jhesu Christi, cui est gloria, laus et honor in secula seculorum. Amen [1].

Preterea vero vite mee incolatu prolongato, supradictus papa Urbanus videns pestilentiam mortalitatis in Roma invalescere, julio mense, anno predicto [2] [1383], Romam exivit cum quatuordecim cardinalibus ipsum sequentibus [3], nullam tunc pretendens causam preter mortalitatem. Igitur iter arripuit versus Neapolim, unde ipse erat oriundus.

Eodem anno [1383], octobri mense [4], consilium seu electorum Imperii congregatio [5] apud Nuremburch [6] exstitit congregata ad tractandum inter alia de dubio quodam quod de [7] Wincelao, Alamannie rege supradicto, ventilabatur. Unde ipse declarationem ad diversas transmisit partes sub sigillis suis et litteris, in modum qui sequitur comprehensam [8] :

Wincelaus, Dei gratia Romanorum rex semper augustus et Bohemie rex [9], *episcopis Leodiensi, Trajectensi et Tornacensi. Ad nostre majestatis auditum plurium fidedignorum relatione pervenit quod* [10] *quidam filii Belial, satores zizanie et discordie amatores, per diversas Alamannie partes et signanter* [11] *in partibus Reni* [12] *nostram serenitatem ausi sunt* [13] *infamare, dicentes publice et secrete nos ad informationem quorumdam, qui de Francia venerunt Bohemiam, ab obedientia et fide sanctissimi in Christo patris ac domini nostri, domini Urbani, divina providentia pape VJ, discessisse* [14] *et Roberto Geben[n]ensi, antipape, adhesisse. Nos igitur attendentes quod dive* [15] *memorie dominus Karolus, quondam Romanorum imperator*

1. Postquam vero a mundi... seculorum. Amen, *passage omis par Bal.* — 2. *au lieu de* predicto *Baluze met* MCCCLXXXIV.— 3. ipsum sequentibus, *omis par B, Bal.* — 4. mense octobri, *Bal.* — 5. congregatio electorum Imperii, *A.*— 6. Noremburch, *A.* — 7. in, *B, Bal.* — 8. comprehensum, *Bal.* — 9. semper augustus et Bohemie rex, *omis par B, Bal.* — 10. et, *A.* — 11. signantur *(sic)*, *B.* — 12. tam, *ajouté par B.* — 13. nisi sunt, *A;* ausunt *(sic)*, *B.* — 14. decessisse, *A.* — 15. divine, *mss.*

semper augustus, genitor noster, tanquam christianissimus princeps, nunquam a veritate fidei deviavit et in fide ac obedientia domini nostri pape Urbani ex hac luce migravit, nosque ipsius vestigia imitantes in publico parlamento olim facto in Frankenfordia [1], *de consilio et assensu tam electorum sacri Imperii et principum Alamannie quam doctorum et magistrorum juris et sacre theologie in presentia nuntiorum partis adverse declaravimus et denuntiavimus nostris* [2] *fidelibus universis ipsum dominum Urbanum verum esse Jhesu Christi vicarium et beati Petri apostolorum principis* [3] *successorem, fidelitati vestre pro fame nostre declaratione ac firmitatis intimatione notum facimus per presentes quod nostra dignitas, quam non decet a firme veritatis proposito vacillare, circa reverentiam, obedientiam, devotionem ac fidem devotissimi patris nostri domini Urbani jam dicti non est aliquatenus tepefacta vel quomodolibet immutata, quinymo sicut et prefatus genitor noster in eadem fide et reverentia vixit et mortuus est usque ad finem vite sue corporee. Quapropter fidelitatem vestram requirimus et hortamur* [4], *vobis nichilominus per imperialia scripta mandantes quatinus dicto domino Urbano, tamquam vero* [5] *summo pontifici, adhereatis et pareatis in omnibus, sicut decet, nuntios autem* [6] *quoscumque publicos aut secretos prefati Roberti antipape nullatenus admittatis, nec ejus litteras qualitercumque recipiatis, nec talibus conductum quomodolibet tribuatis, quin potius eos de vestro territorio expellatis, scientes quod contra quoscumque hujus* [*mandati*] *nostri* [7] *transgressores, cum ad nostram pervenerit notitiam, indefectibiliter procedemus* [8], *prout ordo imperialis justitie suadebit. Datum Nuremburch, die* XVIIJ *octobris, regnorum nostrorum anno Bohemie* [9] *XXJ, Romanorum vero VIIJ* [*1383*].

Eodem tempore [1383], rex Francie, innumerabili quasi exercitu armatorum a diversis mundi partibus evocatorum congregato, arripuit iter versus Flandriam, debellaturus, ut putabatur, Gandenses, qui guerram agebant fortissimam contra Ludovicum, comitem Flandrie, dominum suum. Sed exinde pauca de hac intentione dictus rex expediens [10], nisi quod Anglicos qui in auxilium venerant Gandensium [11] a Flandria fugavit, et deinde ad Franciam est regressus, bellatores omnes ad sua loca remittens.

1. Frankenvordia, *B*, *Bal.* — 2. *omis par Bal.* — 3. princeps, *A.* — 4. et hortamur, *omis par Bal.* — 5. *omis par A.* — 6. aut, *A.* — 7. nostri edicti, *Bal.* — 8. *omis par A.* — 9. Bohemie anno, *Bal.* — 10. expedivit, *Bal.* — 11. Gandencium, *B.*

Ipso [1] tempore, Wencelaus [2], dux Brabantie et Luceburgensis, data sibi tallia ab incolis Brabantie ut non pergeret in adjutorium dicti regis, sed maneret ad custodiam Brabantie contra Britones, qui minabantur ipsam Brabantiam intrare et devastare, ipsa tallia nondum soluta, Brabantiam exiens et Luceburgis veniens, lecto incubuit et in die Barbare [3] [4 decembris 1383] obiit anno supradicto.

Deinde anno sequenti [1384], penultima die [30] mensis januarii, obiit supradictus Ludovicus, comes Flandrie, et ei successit Philippus, dux Burgondie [4], filius regis Francie, habens in uxorem filiam dicti Ludovici; post quem ex successione, ratione uxoris sue, optinuit comitatum Flandrie ac Burgondie [5] et de Artoys, de Nyvers et de Retest, necnon dominium de Machlinia [6] et de Antwerpia, expectans ducatum Brabantie post Johannam viduam, ducissam ejusdem ducatus. Hic dux Burgondie [7] continuavit guerram contra Gandenses post mortem dicti comitis Ludovici [8]. Tandem tota Flandria fere vastata, treugis pendentibus, consilioque [9] utriusque partis apud Tornacum congregato, ducissa Brabantie predicta fecit pacem [18 decembris 1385] inter ipsas partes, maxime ad honorem et profectum op[p]idi Gandensis et totius Flandrie. Et quia gesta expeditionis dicti [10] comitatus Flandrie per se librum requirunt, sine bono ejusdem expeditionis notificato ad materiam dissensionis [11] Ecclesie revertor.

Pendente itaque hoc modo guerra predicta et domino Urbano papa circa partes Neapolitanas commorante et residente, invaluit scisma in Ecclesia, et diversis fatigabatur erroribus [12]. Nam quidam qui prius adherebant [13] Urbano, facti sunt Clementini; et de prelatis qui fuerunt Clementini, facti sunt neutrales. Unde egregius quidam doctor [14] in theologia, existens canonicus et cantor Parisiensis, adherens primo Clementi, postmodum propter remorsum conscientie canonicatum predictum reliquit, et veniens Romam adhesit Urbano, qui contulit ei archidyaconatum Brabantie in ecclesia Leodiensi. Hic scripsit episcopo [15] Cameracensi, utriusque juris professori, in hunc modum :

1. Ipsoque, *A.* — 2. Wincelaus, *B*, *Bal.* — 3. *lege* 8 decembris. — 4. Burgundie, *Bal.;* Borgondie, *A.*— 5. Burgundie, *Bal.;* Borgondie, *A.*— 6. Mechlinia, *A.* — 7. Burgundie, *Bal.;* Borgondie, *A.* — 8. Ludovici dicti comitis, *A.* — 9. consilio, *A.* — 10. predicti, *A.* — 11. defensionis *(sic)*, *A.* — 12. *omis par B, Bal.* — 13. adherebant prius, *B*, *Bal.* — 14. doctor quidam, *A.* — 15. *omis par B, Bal.*

Desiderantissime domine mi reverende. Vetus amicitia dat fiduciam noviter nunc scribendi, maxime circa presentis scismatis detestabilem materiam. Audivi namque pluries, admirando de vestra reverenda persona fame tam celebris in scientia, prudentia et conscientia, quod verbo suadetis in predicta materia neutralitatem et facto tenetis [1] *secundam extremitatem. Scitis enim, domine reverende, quod illi domini cardinales, postquam dominum Bartholomeum quondam Barrensem archiepiscopum elegerunt* [2] *in papam Urbanum VJ, ipsum esse verum papam in sequentibus tribus mensibus affirmaverunt verbis et scriptis ac etiam denuntiaverunt in Urbe, notorie, factis et operibus, in conspectu virorum ecclesiasticorum et civium Romanorum, ac etiam peregrinorum de omni natione christianitatis, ita ut predicta innotescerent toti mundo Scripserunt etiam collegialiter, asserendo quod eumdem, libere et concorditer, illustrati Spiritu Sancto, elegerunt in Christi vicarium, sperantes quod regeret Ecclesiam feliciter, intimantes in litteris suis quod nulli aliter scribenti vel dicenti crederetur. Nec tunc imminebat* [3] *eis in Urbe periculum causativum timoris cadentis in constantem* [4] *virum cardinalem, sed nec in tenerum* [5] *puerum septennem* [6]. *Tunc etiam fere tota* [7] *christianitas eidem domino Urbano VJ adhesit tanquam pape vero, precipue ex testimonio predicto cardinalium, quibus in hac re presentialiter erat credendum. Eisdem etiam* [8] *cardinalibus tunc, nisi fallor, credidistis. Alias reputassetis* [9] *eos non fide dignos. Ego autem eisdem tantam volui reverentiam exhibere, prout et nunc vellem, quantum justitia suaderet, quod supponebam eos esse ita virtuosos* [10] *quod nec pro morte nec pro vita voluissent toti mundo illudere de falso papa, nec etiam voluissent asserere illum esse Christi vicarium, a Spiritu Sancto electum, Ecclesiam et fidem gubernaturum, quem sciebant Antichristum. Item, domine reverende, vos fuistis, ut arbitror, in illa congregatione Ecclesie Gallicane celebrata Parisius anno Domini MCCCLXXVIIJ* [11] *in mense septembri; in qua fuerunt circiter sex archiepiscopi, XXX* [12] *episcopi, plures abbates et doctores in theologia et in utroque jure et alii sapientes, in qua cum predictis fuistis in conclusione quod cardinalibus, tytulum electionis [Urbani] pape VJ reprobantibus, non erat absque majori et matu-*

1. tenetur, *B.* — 2. elegerant, *B, Bal.* — 3. nec imminebat tunc, *A.* — 4. inconstantem, *B.* — 5. tenerem, *B.* — 6. sextennem, *A.* — 7. tota fere, *A.* — 8. *omis par A.* — 9. te putassetis *(sic) au lieu de* reputassetis, *B.* — 10. virtuosos ita, *B.* — 11. MCCCLXXVIJ *(sic), mss.* — 12. XXV, *A.*

riori consilio adherendum. Et cum ita sit quod nec concilium sequens de mense novembri fuit ita magnum, nec consequenter concilium de mense maii ita maturum ut declarari posset faciliter [1] *cum fuit postea aliud Gallicane Ecclesie concilium, sequitur quod primi concilii predicti de mense septembri manet predicta conclusio illibata. Qualiter autem debueritis de prima adhesione transire in neutralitatem, non video; quoniam, si creditis cardinalibus, non estis neuter. Si non* [*eis*] *creditis, tunc non debetis primam adhesionem predictam deserere propter ipsos, ut clarissime probaretur. Rursus illa informatio que incipit : Cum propter falsam assertionem iniquorum, que reputatur et est principale, ymmo totale*[2] *fundamentum dominorum cardinalium contra tytulum predicte electionis, vel omnino sibi ipsi contradicit et caret viribus, vel concludit dictam electionem fuisse liberam et canonicam. Super quibus et aliis ego, qui juxta parvitatem meam nisus fui semper in hac materia sequi justitiam per viam rationis, etiam de gratia Dei, usque ad exilium et pericula mortis in mari et in terra, desidero doctrinaliter intelligere quid super istis sapit vestra reverenda circumspectio, vel litteris vel oretenus conferendo. Utinam abscindantur qui nos conturbant, interdum fuerit aliqua timore perdendi seu amore acquirendi temporalia vel interdum favore complacendi magnatibus, interdum nichilominus stare simul juste conscientia internalis et presidentia pastoralis, prout opto fieri in persona vestra reverenda, quam dignetur Altissimus salubriter dirigere ad prosequendum efficaciter et instanter, quantum pastori incumbit, Ecclesie unionem. Scriptum Leodii, prima die julii, anno MCCCLXXXIIIJ.*

Eodem anno [1384] dominus de Cussiaco, cum magna armatorum comitiva exiens Franciam, perrexit in auxilium ducis Andegavensis supranominati, sed antequam ad partes illas venisset, ymmo adhuc in via existens, vere intellexit dictum ducem propria jam morte obi[i]sse. Unde ipse, paucis secum detentis, mansit ad partes Lombardie tempus faciens; et interim qui de parte ducis fuerunt, post ejus mortem, sic dispersi sunt quod sub silentio ad propria multi sunt reversi. Deinde contentio suborta est inter dominum Urbanum papam romanum et Karolum Pacis predictum; sicque ipse Urbanus Karolum tanquam sibi rebellem monuit et excommunicavit. Tandemque quibusdam dicti domini Urbani cardinalibus dextram dicto Karolo dantibus, curia Urbani dispersa

1. feliciter, *B, Bal.* — 2. *ici finissent B et Bal.*

est longo anni spatio. Et Urbanus in illa dispersione multa mala perpessus est. Tandem, incarceratis per eum dictis cardinalibus, suis emulis, numero quatuor, venit navigio ad civitatem Januensem, post augustum, anno Domini MCCCLXXXV, ubi in quodam domo fratrum Hospitaliorum Sancti Johannis extra muros residet cum sua curia in pace. Amen.

NARRATIO

DE MORTE CLEMENTIS VII

ET ELECTIONE

BENEDICTI XIII

(Paris, Bibliothèque nationale, ms. latin *1478*, fol. 1 r° et v°)

Anno Domini MCCC nonagesimo quarto, die mercurii que fuit XVJ septembris, in palatio pontificali Avinionensi mortuus est dominus papa Clemens VIJ, natione[1] Gebennensis, ex comitibus Gebennensibus, qui obiit dicta die circa horam sextam. Et ea die, hora vesperarum, in ipso palatio congregati sunt infrascripti domini cardinales, quos ego .. in camera paramenti dicti palatii congregatos vidi, videlicet :

Episcopi cardinales :

Dominum Petrum de Corsinis, de Florentia, cardinalem Portuensem,
D. Guidonem de Maloesso, Lemovicensem, cardinalem Penestrinum,
D. Johannem de Grangia, Burgundum, cardinalem Tusculanum,
D. Nicolaum de Brànchaciis, de Neapoli, cardinalem Albanensem.

} Omnes presentes.

Hii ambo absentes erant, non tamen legati, sed pro suo solatio, primus in Aragonia in ecclesia sua Valentinensi, secundus in Lothoringia.

} Dominus Jacobus, de domo regali de Aragonia, cardinalis Sabinensis,
D. Johannes de Novocastro, Burgundus, cardinalis Hostiensis.

1. nascione, *ms.*

Presbiteri cardinales :

Omnes presentes.

D. Guillelmus de Agrifolio, Lemovicensis, decanus collegii, tituli Sancti Stephani in Celiomonte,
D. Leonardus de Giffono, de regno Sicilie, frater Minor, tituli Sancti Sixti,
D. Bertrandus, Lemovicensis, dictus Jherosolimitanus, tituli Sancte Pudentiane,
D. Thomas, de Pistorio, Tuscus, dictus Neapolitanus, tituli Sancte Praxedis,
D. Johannes, de Parma, Lombardus, dictus Venetiarum, tituli Sancti Ciriaci in Termis,
D. Johannes de Murolio, de Alverniha, tituli Sancti Vitalis,
D. Petrus de Tureyo, Lugdunensis, tituli Sancte Susanne,
D. Johannes de Bruniaco, Gebennensis, dictus Vivariensis, tituli Sancte Anastasie,
D. Martinus de Salva, de Navarra, dictus Pampilonensis, tituli Sancti Laurentii in Lucina,
D. Johannes de Vivario, Auxitanus, tituli Sanctorum Johannis et Pauli,
D. Petrus, Lugdunensis, dictus Aniciensis, tituli Sancti Petri ad Vincula,
D. Guillermus de Vergeyo, Burgundus, tituli Sancte Cecilie,

D. Petrus, cardinalis Ispanie. Hic non habuit titulum, quia nunquam fuit in curia, et creatus de novo;

Dyaconi cardinales :

D. Hugo de Sancto Martiale, Lemovicensis, Sancte Marie in Porticu,
D. Petrus de Vernhio, Lemovicensis, Sancte Marie in Via lata,
D. Petrus de Luna, Aragonensis, Sancte Marie in Cosmedin,

Iste hac die non erat presens, sed in beneficio suo de Bolena; venit tamen post, et interfuit sepulture.

D. Amedeus de Saluciis, ex marchionibus de Saluciis, Sancte Marie Nove,

D. Galeotus de Petramala, de Aretio in Tuscia, Sancti Georgii ad Velum aureum.

Die veneris XVIIJ septembris sepultura facta fuit corporis hora ante tertiam, et receptum fuit corpus de cappella magna palatii, et portatum ad Sanctam Mariam ecclesie cathedralis Avinionensis, ubi congregati erant cardinales; celebravitque missam dominus de Giffono cardinalis, et fecit sermonem.

Completa novena, omnes predicti domini cardinales, presentes numero [XXJ] [1], intrarunt conclave die sabbati XXVJ dicti mensis, in vespere; qui unanimiter et concorditer elegerunt in papam predictum dominum Petrum de Luna, Sancte Marie in Cosmedin dyaconum cardinalem [2], die lune immediate sequenti vigiliam dedicationis sancti Michaellis [28 septembris]. Qua die, hora prandii, exiverunt conclave, et duxerunt dictum dominum papam ad Nostram Dominam de Dompnis ecclesiam cathedralem. Fuit inpositum sibi nomen Benedictus papa XIIJ.

ACTA ELECTIONIS BENEDICTI XIII [3]

Anno a nativitate MCCCXCIV et die mercurii XVI septembris, inter nonam et decimam horam, felicis recordationis dominus Clemens papa VII, anno sui pontificatus XVI, animam suam ejus creatori reddidit, et die veneris immediate sequenti [18 septembris] corpus suum traditum extitit in ecclesia Avinionensi juxta sepulturam domini Johannis XXII ecclesiastice sepulture. Et tunc in collegio erant viginti quatuor cardinales; quorum viginti et unus erant presentes in curia, videlicet domini

Petrus Portuensis, dictus Florentinus,
Guido Penestrinus, dictus Pictavensis,
Johannes Tusculanus, dictus Ambianensis,
Nicholaus Albanensis, dictus Cusentinus,
Jacobus Sabinensis, dictus de Valentia in Aragonia, } Hi erant
Johannes Ostiensis, dictus de Novocastro, } absentes.
Guillelmus, tituli Sancti Stephani in Celio monte, dictus de Agrifolio,
Leonardus, tituli Sancti Sixti, dictus de Giffono,
Bertrandus, tituli Sancte Potentiane, dictus Jherosolimitanus,
Thomas, tituli Sancte Praxedis, dictus Neapolitanus,
Johannes, tituli Sancti Cyriaci in Thermis, dictus Venetiarum,
Johannes, tituli Sancti Vitalis, dictus de Murolio,
Petrus, tituli Sancte Susanne, dictus de Tureyo,

1. XXIJ, *ajouté par une main très postérieure.* — 2. dyaconum cardinalem, *omis par Bal.* — 3. *pièce non retrouvée.*

Johannes Sancte Anastasie, dictus Vivariensis, vicecancellarius,
Petrus Sancti Petri ad Vincula, dictus Aniciensis, penitentiarius,
Martinus Sancti Laurentii in Lucina, dictus Pampilonensis,
Johannes Sanctorum Johannis et Pauli, dictus Auxitanus,
Guillelmus Sancte Cecilie, dictus de Vergeyo,
Petrus, qui fuit episcopus Oxomensis, dictus de Hispania, non habebat titulum, et erat absens,
Hugo Sancte Marie in Porticu, dictus de Sancto Martiale,
Petrus Sancte Marie in Via lata, dictus de Vernhio,
Petrus Sancte Marie in Cosmedin, dictus de Luna,
Amedeus Sancte Marie Nove, dictus de Salutiis,
Galeotus Sancti Georgii ad Velum aureum, dictus de Petramala.

Qui quidem domini cardinales presentes, die sabbati XXVI ejusdem mensis, modicum post horam vesperorum, conclave intraverunt; in quo, die lune XXVIII ipsius mensis, predictum dominum Petrum Sancte Marie in Cosmedin dyaconum cardinalem in summum pontificem elegerunt, qui Benedictus papa XIII voluit nominari. Et subsequenter, die sabbati, tertia mensis octobris, predictus dominus Benedictus fuit per dictum Guidonem, episcopum Penestrinum, in presbiterum ordinatus. Et postmodum die dominica, que fuit XI die mensis octobris, idem dominus noster in magna capella missam celebravit; infra cujus solemnia per dictum dominum Johannem, episcopum Ostiensem, consecratus extitit. Et postea, dato prius in fine misse presbiterio consueto, fuit per dictum dominum Hugonem Sancte Marie in Porticu dyaconum cardinalem coronatus. Et deinde, more in talibus fieri consueto, per villam Avinionensem equitavit.

CEDULA CARDINALIUM CONGREGATORUM IN CONCLAVI IN QUO BENEDICTUS XIII ELECTUS EST

(Bibliothèque nationale de Paris, ms. latin *1475*, fol. 5 v°-6 r°)

Anno Domini MCCCXCIIIJ, die XVJ mensis septembris, felicis recordationis dominus Clemens papa, hujus nominis VIJ, obiit in Avinione, pontificatus sui anno XVJ, cujus corpore tradito sepulture, domini cardinales pro futuri electione pontificis celebranda conclave intra palatium apostolicum intraverunt; ibidemque cupientes pestiferum scisma nunc, proth dolor, in [Ecclesia] Dei vigens pro viribus abolere et animarum saluti providere, quamdam

cedulam confecerunt et ordinaverunt, cujus tenor sequitur de verbo ad verbum :

Nos omnes et singuli sancte romane Ecclesie cardinales congregati pro electione futura in conclavi ante altare, in quo missa communis celebrari consuevit, pro Dei servitio, unitate Ecclesie sue sancte, ac salute animarum fidelium omnium promittimus et juramus ad sancta Dei envangelia corporaliter per nos tacta quod absque fraude, dolo et machinatione quibuscumque ad unionem Ecclesie et finem imponendum scismati, proth dolor, in Ecclesia nunc vigenti quantum in nobis erit laborabimus fideliter et diligenter, et per nos, quantum ad nos seu etiam pertinebit, dabimus pastori nostro et gregis dominici ac vicario Christi, domino nostro futuro qui erit pro tempore, auxilium, consilium et favorem, nec ad impediendum vel differendum premissa dabimus consilium vel favorem, directe vel indirecte, publice vel occulte, et ista omnia et singula et alias etiam ultra premissa omnes vias utiles et accommodas ad utilitatem Ecclesie et unionem predictam ejusdem sane et veraciter, sine machinatione seu excusatione vel dilatione quacumque servabit et procurabit possethenus quilibet nostrum, etiamsi assumptus fuerit ad apostolatum, etiam usque ad cessionem inclusive per ipsum de papatu faciendam, si dominis cardinalibus qui nunc sunt vel erunt in futurum de hiis qui sunt nunc vel majori parti eorumdem hoc pro bono Ecclesie et unitatis predicte videatur expedire.

Et ego Guido, episcopus Penestrinus, suprascripta juravi et promisi, et manu mea me hic subscripsi.

Et ego Johannes, episcopus Tusculanus, premissa promisi et juravi, et manu mea me subscripsi.

Et ego Nicholaus, episcopus Albanensis, premissa promisi et juravi, et manu mea propria me subscripsi.

Ego Leonardus, tituli Sancti Sixti presbiter cardinalis, premissa promisi et juravi, et manu propria me subscripsi.

Ego Bertrandus, tituli Sancte Potentiane presbiter cardinalis, premissa promisi et juravi, et manu mea me subscripsi.

Ego Thomas, tituli Sancte Praxedis cardinalis, premissa promisi et juravi, et manu propria hic me subscripsi.

Ego Johannes, tituli Sancti Ciriaci in Termis presbiter cardinalis, suprascripta promisi et juravi et manu mea me subscripsi.

Ego Johannes de Murolio, tituli Sancti Vitalis presbiter cardinalis, suprascripta promisi et juravi, et manu mea me subscripsi.

Ego Petrus, tituli Sancte Susanne presbiter cardinalis, premissa promisi et juravi, et manu propria me subscripsi.

Ego Johannes, tituli Sancte Anastasie presbiter cardinalis, juravi et promisi suprascripta, et manu propria me subscripsi.

Ego Martinus, tituli Sancti Laurentii in Lucina presbiter cardinalis, suprascripta promisi et juravi, ac manu propria me subscripsi.

Ego Johannes, tituli Sanctorum Johannis et Pauli presbiter cardinalis, promisi et juravi suprascripta, et manu propria me subscripsi.

Ego Petrus, tituli Sancti Petri ad Vincula presbiter cardinalis, suprascripta promisi et juravi, et manu propria me subscripsi.

Ego Guillelmus, tituli Sancte Cecilie presbiter cardinalis, suprascripta promisi et juravi, et manu propria me subscripsi.

Et ego Petrus, tituli Sancte Marie in Via lata diachonus cardinalis, suprascripta juravi, et manu propria subscripsi.

Et ego Petrus, [tituli] Sancte Marie in Cosmedin diachonus cardinalis, juravi et subscripsi manu propria.

Et ego Amedeus, [tituli] Sancte Marie [Nove] diachonus cardinalis, juravi et manu propria subscripsi.

Et ego Galeotus, Sancti Georgii ad Velum aureum diachonus cardinalis, qui predictam cedulam propria manu scripsi, et me subscripsi.

Florentinus, de Agrifolio et de Sancto Martiale se non subscripserunt.

Post premissa domini cardinales elegerunt in summum pontificem reverendum patrem dominum Petrum de Luna, cardinalem diachonum. Et demum, anno Domini MCCCXCV, die prima mensis junii, in Villanova, omnes domini cardinales predicti, uno excepto, scilicet Pampilonensi, in presentia dominorum ducum Bituricensis, Burgundie et Aurelianensis, reputarunt viam cessionis domini pape et sui adversarii meliorem, breviorem, faciliorem pro unione assequenda et magis sedativam conscientiarum. Ex predicta autem cedula et deliberatione dominorum cardinalium pretactorum orta fuerunt multa dubia, quorum aliqua secuntur in allegationibus subsequentibus, etc...

APPENDICE I

VITA CLEMENTIS VI

AUCTORE WERNERO

CANONICO BUNNENSI

Clemens sextus, natione Lemovicensis, de Malomonte [1], Lemovicensis diocesis, prius dictus Petrus Rotgerii [2], monachus monasterii Case Dei, ordinis sancti Benedicti, Claromontensis diocesis, deinde Parisius factus magister in theologia et post abbas Fiscanensis, dicti ordinis, postea episcopus Atrebatensis [3], deinde archiepiscopus Senonensis, et post hec [4] archiepiscopus Rothomagensis, demum per dominum Benedictum papam prefatum creatus [5] presbiter cardinalis, tituli Sanctorum Nerei et Achillei [6], et, tandem mortuo eodem domino Benedicto, electus in papam VIJ die maii, anno Domini MCCCXLIJ [7], et in [8] die sancto Pentecosten [19 maii] apud [9] Predicatores Avinionenses [10] coronatus est cum pompa et gaudio, Johanne primogenito Philippi regis Francie, duce Normandie [11], qui postea fuit rex Francie, ipsum adextrante.

Mittuntur [12] eadem estate [13] [31 maii 1342] in Franciam Anibaldus, Tusculanus, et Petrus, Penestrinus episcopi cardinales,

1. Malmonte, *C, D.* — 2. Rogerii, *B, C, D.* — 3. Atarbatensis, *C.* — 4. hoc, *C.* — 5. post hec archiepiscopus Rothomagensis... creatus, *omis par B.* — 6. Archillei, *C.* — 7. MCCCXLIX *(sic)*, *C.* — 8. in, *omis par D.* — 9. fratres, *ajouté par B, C, D.* — 10. Avinione, *C, D.* — 11. Normannie, *C, D.* — 12. mittitur *(sic)*, *B.* — 13. state, *A.*

Désignation des manuscrits employés :

A = Bibliothèque nationale de Paris, ms. latin *4931 C*, fol. 164 v°-172 r°.
B = Bibliothèque nationale de Paris, ms. latin *16553*, fol. 116 v°-119 v°.
C = Bibliothèque Ambrosienne, ms. *I, 84*, sup., fol. 79 v°-82 r°.
D = Bibliothèque Vaticane, *Vaticanus 3765*, fol. 79 r°-81 r°.

pro guerra sedanda inter Ewduardum, Anglie, et Philippum, regni [1] Francie reges, orta; qui tamen, nisi indictis [2] treugis paucorum dierum, modicum profecerunt.

Eadem estate [1342] fuit tanta inundatio [3] aquarum per totum mundum nostri climatis, non a pluviis orta, sed undecumque scaturire, etiam in cacumine montium, videbatur, adeo quod loca inconsueta occuparet et in civitate Avinionensi navigio iretur et per muros civitatis Coloniensis [4] navibus scanderetur. Pontes et turres plurime ruerunt [5], ab aquis suffosse [6].

Eodem anno de mense januarii [1343] prefatus dominus papa, presentibus ambaxiatoribus Romanorum, in anno quinquagesimo tunc [7] futuro, omnibus visitantibus Urbem concessit indulgentiam plenariam, et annum illum statuit jubileum [8] in perpetuum; quem olim dictus [9] Bonifacius VIIJ statuerat de centesimo in centesimum, iste de quinquagesimo in quinquagesimum commutavit [10].

Eodem anno [20 januarii 1343] obiit Robertus, rex Sicilie, et domina Johanna, neptis ejus, successit in regnum, nubens Andree, fratri regis Ungarie, qui, postmodum instante coronationis die, fuit in civitate Aversana [11] fune, ut dicebatur, circa verenda ligato, de [12] fenestra suspensus per familiares regine, crudeliter strangulatus [18 septembris 1345]. Contra cujus interfectores [13] dominus papa processum fecit [14] kalendis febroarii, anno IIIJ pontificatus sui [15] [1346].

Anno [MCCC]XLIIIJ [16] Wilhermus [17], comes Hollandie, a Frisonibus [18] interficitur in bello; cujus comitatum, quia sine herede fuit mortuus, Bavarus predictus filio suo contulit; qui eum possidet usque [19] in diem hodiernum.

Eodem anno, IJ idus aprilis [12 aprilis 1343], dominus papa, processus contra Bavarum prefatum innovans, ipsum penitus reprobavit monuitque electores [ut ad electionem] [20] procederent;

1. *omis par B, D.* — 2. inductis, *B, C, D.* — 3. inundantia, *B, C, D.* — 4. a, *ajouté par B, C, D.* — 5. ruerent, *C, D.* — 6. Eodem anno, IJ idus aprilis, processus contra Ludovicum Bavarum innovavit, *mis ici indûment par A.* — 7. *omis par B, C, D.* — 8. illum, *ajouté par C.* — 9. dominus, *B, D;* dominus olim, *C.* — 10. Anno Domini MCCCXLIIJ, IJ idus aprilis, processus contra Ludovicum Bavarum innovavit , *mis ici indûment par B, C, D.* — 11. Messana, *(sic), C.* — 12. *omis par C;* e, *B, D.* — 13. idem, *ajouté par B, C, D.* — 14. fecit processum, *B.*— 15. *omis par B, C, D.*— 16. *lege* MCCCXLV.— 17. Guillelmus, *C.*— 18. Frusonibus, *A.*— 19. ucque, *A; omis par C.*— 20. ut ad electionem, *omis par A.*

alioquin Sedes apostolica, a qua ad ipsos jus eligendi pervenerat [1], provideret [2].

Eodem anno [3], de mense junii [24], Ewduardo rege Anglie contra Philippum, regem Francie, mare transito, in [4] Sclusam, portum Flandrie, obviante exercitu Francorum, confligitur, tanta strage facta quod aqua maris plerisque diebus tincta sanguine videbatur. Victoria tamen potitus, rex Anglie Tornacum obsedit, dirruens et vastans castra et villas Picardie.

Eodem tempore, revertitur in Franciam dominus Anibaldus cardinalis, juncto sibi domino Stephano tituli Sanctorum Johannis et Pauli, qui postea fuit Innocentius papa VJ, qui [5] modicum profecerunt; et Anglicis continue cessit victoria.

Circa idem tempus Henricum [de] Virneburgh [6], archiepiscopum Maguntinum, dominus papa deposuit [7] propter adhesionem Bavaro [8] et de Girlaco de Nassow [9], tunc decano Maguntino, ipsi ecclesie providit [7 aprilis 1346]. Verum, quamdiu [10] ipse Henricus vixit, ecclesie incubuit, sententias excommunicationis vilipendens [11] terrasque comitum de Nassow incendiis devastavit. Postmodum domini electores, videlicet Wlramus, Coloniensis, Baldoinus, Treverensis, et Girlacus, [12] Maguntinus archiepiscopi, dux etiam Saxonie et Johannes, rex Bohemie [13], in villa Rense, Treverensis diocesis, congregati, dominum Karolum, dicti regis Bohemie primogenitum, in regem Alamannie elegerunt. Qui postea in opido Bunnensi, Coloniensis diocesis, circa festum sancte Katerine [26 novembris 1346] corona ferrea extitit coronatus eo quod urbs Aquensis, ubi hoc fieri consuetum est [14], et Frankefordia, ubi electio fieri [15] consuevit, Bavaro tunc viventi adheserunt.

Circa idem tempus [1344], sedes episcopalis Pragensis [16] in metropolitanam erigitur et postea, anno sequenti, de mense novembris, die VJ, electio domini Karoli confirmatur. Post hec [17] [11 octobris 1347] moritur Bavarus et domino Karolo pro magna parte cessit Imperium. Prefatus tamen Henricus Maguntinus depositus et

1. provenerat, *C.* — 2. *placé après* apostolica *par B, C, D.* — 3. *sic, lege* 1340. — 4. transituro prope, *B, C, D.* — 5. etiam, *ajouté par B, C, D.* — 6. de Virneburch, *B, C;* de Virceburg, *C.* — 7. *placé après* Bavaro *par B, C, D.* — 8. Bavari, *B, C, D.* — 9. Nassowe, *C;* de Nassow, *omis par B.* — 10. *placé après* Henricus *par B, C, D.* — 11. impendens, *B;* levipendens, *C, D.* — 12. novus, *ajouté par B, C, D.* — 13. Boemie rex, *B, C, D.* — 14. est consuetum, *B, C, D.* — 15. celebrari, *B, C, D.* — 16. Pragensis episcopalis, *B, C, D.* — 17. hoc, *C.*

marchio Brandeburgensis, filius Bavari [1] defuncti, ac Robertus, comes Palatinus Reni, impie se contra electum erigentes, Gunterium de Swartzeburgh [2] regem eligendo nuncupaverunt, cum quo in campis Frankefordie [3] castra metantes conabantur statum Imperii perturbare. Eodem vero pretenso electo toxicato [4], vita functo in campis, dominus Karolus Aquis [5], ut moris est, coronatur [1349] et a civitatibus Imperii recipitur gratiose.

Eodem anno pontificatus, anno vero Domini [MCCC]XLVIJ [6], inter Engilbertum de Marka, tunc Leodiensem episcopum, et patriam Leodiensem gravi dissensione suborta, idem episcopus Johannem, regem Bohemie, et Karolum, imperatorem novum, pluresque terrarum dominos in campum prope muros civitatis Leodiensis, qui Vottem [7] dicitur, secum duxit, civibus ipsum [8] in presidio expectantibus, sed episcopo cum suis incaute procedentibus captum [9] fuit bellum et victoria cessit civibus, episcopo et suis, etiam [10] domino Karolo qui vexillum aquilinum Imperii primitus ibidem erexit, fugientibus, ceteris interfectis. Postea in festo beate [11] Praxedis [21 julii 1347] idem episcopus prope Turnis victoriam habuit contra cives, per quam pax extitit reformata [28 julii 1347].

Circa idem tempus inter Philippum, Francie, et Eduardum, Anglie reges, prope Cressy [12] confligitur. Ibidem rex prefatus [13] Bohemie et [14] comes Flandrie et quamplures terrarum domini propter regem Francie advenientes occisi sunt, victoria cedente Anglicis [15] [26 augusti 1346].

Prefatus dominus papa canonizavit sanctum Yvonem, presbiterum Trecorensem in Britania, multis miraculis clarentem, qui pietatis gratia pro pauperibus advocari consuevit [16], anno Domini [MCCC]XLVIJ predicto, pontificatus vero anno VJ, die XXVJ [17] mensis maii, anno migrationis ejusdem sancti XLIIIJ, me tunc Avinione existente.

1. *au lieu de* Bavari *B, C, D mettent* Ludovici imperatoris. — 2. Swartzeburch, *B, C, D.* — 3. cum quo cum *(sic)* in Frankefordie campis, *B, C, D.* — 4. tossico, *B, C, D.* — 5. Aquisgrani, *B, C, D.* — 6. *sic, lege* 1346. — 7. Vortem, *B, D;* que Vatem dicitur, *C.* — 8. eum, *B.* — 9. ceptum, *B, C, D.* — 10. ipso, *ajouté par B, C, D.* — 11. sancte, *C.* — 12. Clessim, *B;* Cressim, *C, D.* — 13. prefatus rex, *C.* — 14. *omis par B, C, D.* — 15. *après* Anglicis *B ajoute le paragraphe suivant :* Hujus tempore inceptum fuit palatium novum cum audientia magna, et capella atque turribus, et quasi completum, necnon magna turris que postmodum cremata extitit. — 16. advocari consuevit, *omis par B, C, D.* — 17. XXV, *B, C, D.*

Circa hec tempora [1347], Ludovicus, rex Ungarie, vendicaturus mortem miserabilem fratris sui Andree, intravit Apuliam, vastans totum regnum; fugitque a facie ejus regina Johanna que dicebatur conscia mortis Andree; fecitque justitiam horribilem de cunctis consciis necis ejusdem. Regina vero veniens Avinionem [1348], dispensato cum ea per dominum Clementem super gradu consanguinitatis, in quo [1] attinebat domino Ludovico de Tarento, matrimonium cum eodem contraxit, et tractatoribus missis per dominum papam rex [2] a regno recessit. Fuitque Ludovicus in regem coronatus per archiepiscopum Bracharensem [3] Neapolim ad hoc missum [27 maii 1352].

Circa hec tempora, rex Anglie post longam obsidionem cepit Calesium, portum maris, in magnum regis Francie detrimentum [4 augusti 1347].

Anno Domini [MCCC]XLVIJ prefato, populus Romanus, nobilium Urbis regimine conculcatus tirannico [4], quemdam Nicholaum Laurentii [5], notarium Urbis, in tribunum elegit, qui populi fretus [6] auxilio multos nobilium [7] occidit seque lavari faciens in concha qua [8] olim Constantinus imperator mundatus est a lepra, ipso [9] die sancto Penthecosten miles factus, talem titulum sibi fecit : *Candidatus Spiritus Sancti, miles, Nicholaus severus* [10] *et clemens, liberator Urbis, zelator* [11] *Ytalie, amator orbis et tribunus augustus.* Iste, gubernando Urbem, pacem multam in ea et vicinis ejus fecit. Dominum Karolum electum et electores coram se citari mandavit, docturos de jure suo et multa alia [12] fecit que dignitati et [13] juri Ecclesie et Imperii derogabant. Tandem habitum ignotum [14] induens, curiam domini Karoli in Bohemia adiit [1350] scrutaturus, sed ipsum agnitum sibique presentatum idem imperator domino pape misit, qui ipsum aliquamdiu in carcere Avinione [15] reclusit [1352]. Sed comperto quod contra Ecclesiam nichil attemptasset, relaxatus dimittitur et, [Romam rediens] [16], a populo tumultuante perimitur [8 octobris 1354].

Anno Domini MCCCXLVIIJ, pontificatus domini Clementis anno septimo, circa festum Purificationis Beate Marie Virginis [17],

1. qua, *C.* — 2. Hungarie, *ajouté par C.* — 3. Bracarensem, *A.* — 4. tirannico conculcatus, *B, C, D.* — 5. Lanxii, *C.* — 6. freti, *A;* freto, *C.* — 7. nobiles, *C.* — 8. quam, *A.* — 9. ipse, *B, C, D.* — 10. servus *(sic), B.* — 11. velator, *B.* — 12. alia multa, *C, D.* — 13. *omis par C.* — 14. innotum, *B.* — 15. ipsum Avinionem in carcere aliquamdiu reclusit, *C;* ipsum Avinione in carcere aliquamdiu reclusit, *B, D.* — 16. Romam rediens, *omis par A.* — 17. circa Purificationem Beate Marie Virginis tanta, *B, C, D.*

cepit mortalitas Avinione, durans ibi fere per annum; et deinde per partes alias ser[p]endo [1], per totam Franciam, Ytaliam et Alamanniam grassabatur [2] tam vehemens ut vivi vix sufficerent mortuos, pre nimia [3] multitudine, sepelire, et multe ville et loca multo tempore deserte manerent. Nascebantur hominibus ulcera [4] sub ascellis et in inguine; et hiis natis post tertiam [5] diem supervivere non potuerunt [6]. Aliqui etiam proprio sanguine suffocabantur. Hanc pestilentiam aliqui asserebant ex conjunctione quarumdam planetarum ortum habuisse, videlicet trium superiorum in Aquario cujus effectus XX annis erat duraturus et ex aere corrupto, ita quod homines inficiebant se mutuo, sicut ad hoc erant dispositi secundum complexiones, et de infectis paucissimi evaserunt. Neque [7] processit hec [8] epidimia directe, sed saltum faciendo de villa in villam terciam, media intacta manente, et postea iterum rediit ad eandem.

Anno vero sequenti [1348], Judei per totam Alamaniam combusti fuerunt, quibus inponebatur quod fontes et puteos intoxicassent, et aliqui torti id confessi fuerunt [9] esse verum.

Anno Domini [MCCC]XLIX, die septimo septembris, terremotus fuit Rome et in multis civitatibus Ytalie; et tunc ecclesia Sancti Pauli Rome et multa [10] alia [11] edificia corruerunt [12].

Anno Domini [MCCC] quinquagesimo, pestilentia eadem per totam Alamaniam grassabatur sicut in aliis regnis ante.

Iste est annus jubileus per dominum Clementem papam prefatum institutus in quo diversarum nationum et linguarum [13] populus innumerabilis venit Romam pro indulgentia peccatorum plenaria consequenda, durante toto anno illo ipsam urbem et quinque patriarchales ecclesias ipsius visitantibus concessa.

Circa hec tempora [26 martii 1350] obiit Alphonsus rex Castelle qui contra Agarenos multas victorias habuit [14]; cui successit malus filius Petrus, de quo infra scribitur tempore domini Urbani V.

Anno [15] eodem pontificatus domini Clementis VJ [22 augusti 1350] obiit Philippus, rex Francie, cui successit Johannes, primogenitus ejus [16]. Cujus tempore [1349] Dalphinatus Viennensis venit ad manus Karoli, ejusdem Johannis primogeniti, ex renun-

1. serendo, *A.* — 2. crassabatur, *D;* crassatur, *C.* — 3. *omis par B, C, D.* — 4. ulcera hominibus, *C.* — 5. certum, *B.* — 6. poterant, *B, C, D.* — 7. Nec, *B, C, D.* — 8. *omis par B.* — 9. fuerant, *C, D.* — 10. plura, *B, C, D.* — 11. *omis par B.* — 12. ceciderunt, *C, D.* — 13. linguarum et nationum, *B, C, D.* — 14. obtinuit, *B.* — 15. etiam, *ajouté par B, C, D.* — 16. *omis par C, D.*

ciatione ultimi dalphini, qui ex milite patriarcha factus fuit [1] Alexandrinus [3 januarii 1351] et dominus Clemens in nocte Natalis Domini [1350] omnes sacros ordines eidem contulit, ne forte a proposito resiliret. Idem dalphinus, dum [2] adhuc erat miles [1345], per eundem dominum Clementem missus fuit contra Turcos [3]. Magnum apparatum navium et armatorum fecit [4] versus Asyam minorem, dirigens iter suum, sed modicum profecit.

Eisdem fere temporibus [9 junii 1348] civitas Avinionensis, que est camera Imperii, quam regina Johanna [5] Sicilie ab imperatore in feudum obtinebat, ipsa vendente et domino Karolo imperatore consentiente, pervenit ad manus domini nostri pape qui de domo communi [6], sita apud Sanctum Petrum Avinionensem, removeri fecit arma regine et sua reponi in signum dominii civitatis.

Hiis temporibus [1350] dominus Anibaldus, cardinalis, missus Romam [7] ad annum jubileum, apud Sanctum Maximum per suos intoxiquatus obiit. Multi etiam ex familiaribus suis de eodem toxico in vase vini, ut famabatur, posito mortui sunt potantes.

Anno Domini [MCCC]LJ visum fuit in Provincia portentum ignis in celo, quod a philosophis vocatur candela rotunda; de quo [8] plurimi presagiebant futura multa [9], ut in tractatu super hoc edito apparate dicitur [10].

Eodem anno [1349] surrexit in Alamania quedam secta pestifera gentium que [11] se penitentes cruciferos seu flagellatores appellabant. Confluebant hujusmodi ex diversis doctis cum indoctis, nobilibus cum ignobilibus [12], sine deletu personarum congregatis, et peregre euntes sub vexillo crucifici XXXIJ diebus cum dimidio peractis, nunquam in uno loco, preterquam diebus dominicis bina nocte quiescentes. Tandem ad propria redierunt [13]. Faciebant [14] penitentiam qualibet die mane et sero, nudantes corpora, solis femoralibus retentis, se flagellabant flagellis nodosis acubus insutis cum tribus cordis ictus dantibus; et ad singulos ictus sanguis erumpebat. Habebant iidem ductores vel plebanos suos vel religiosos mendicantes. Et ad tantam insaniam [15] hec secta exerevit ut se signa facere crederent et demonibus expulsis, ut dicebant.

1. factus fuit patriarcha, *B, C, D.* — 2. cum, *B, C, D.* — 3. et contra eos, *ajoutés par B, C, D.* — 4. *omis par B, C, D.* — 5. Johanna regina, *C, D.* — 6. communis, *B, C, D.* — 7. in et, *ajoutés par B, C, D.* — 8. qua, *B, D.* — 9. multa presagiebant futura, *B, C, D.* — 10. apparet *au lieu de* apparate dicitur, *B, C, D.* — 11. qui, *B, C, D.* — 12. innobilibus, *B, C, D.* — 13. redeuntes, *B.* — 14. autem, *ajouté par B, C, D.* — 15. et insania *au lieu de* et ad tantam insaniam, *B.*

Feminas circumducebant que idem[1] in eis actum [esse][2] testabantur. Habebant etiam cantum specialem[3] quem flagellando cantabant, sepius cadendo in faciem contra[4] terram et surgendo videntes ad[5] lacrimas provocabant. Hec secta cepit in superiori Alamania et ad inferiorem descendit, et ad partes vicinas Gallicanas[6] translato, cantu et modo eorum[7] gestuque servatis, pervenit. Et si prohibiti fuissent a clero, minabantur violentiam se facturos. Finaliter vero nisi quod dominus papa prohibuit sub sententia anathematis[8] mala plurima per eos attemptata fuissent in clero[9].

Circa hec tempora [1349] surrexit quidam novus marchio Brandeburgensis, similans se esse quondam Waldemarum marchionem dudum deffunctum, asserens se defunctum non fuisse, sed penitentiam in longinquis partibus egisse. Et multi de marchionatu credebant eidem; tandem comperto quod rusticus esset et fictus, ipsum repudiantes, marchioni[10] pristino[11] adheserunt.

Hoc tempore et circa, Wilhelmus, primus[12] marchio Juliacensis, a filiis suis captus fuit et detentus, tandemque liberatus. De causa captionis[13] plurimi diversa sentiebant.

Anno Domini [MCCC]LIJ dominus Boloniensis[14] cardinalis mittitur legatus in Franciam, sed tunc non proficiens[15] et interim, mortuo domino Clemente, post creationem domini Innocentii VJ pape reversus Avinionem, satis cito iterum reversus est, pacem reformare cupiens inter reges.

Hic dominus Clemens, suo tempore, XXV creavit cardinales, tribus videlicet[16] vicibus, qui suis omnibus ad magna promotis, cum[17] ei quasi omnia ad nutum successissent, pauco tempore languens, insperate obiit decembris die VJ, anno Domini MCCCLIJ, pontificatus sui anno XJ, in palatio apostolico Avinionensi. Indeque corpus portatum fuit ad ecclesiam Beate Marie[18] cathedralem, ubi stetit usque ad estatem et deinde asportatum ad monasterium Case Dei, ubi pridem fuit monachus, quinque cardinalibus comitantibus ipsum, in capella ab ipso constructa depositum et tumulatum; cujus anima requiescat!

1. id, *B*, *C*, *D*.— 2. esse, *ajouté par B*, *C*, *D*. — 3. spiritualem, *C*.— 4. supra, *B*. — 5. surgentes videndo et, *C*.— 6. Gallicanas vicinas, *B*, *C*, *D*.— 7. *omis par B*, *C*, *D*. — 8. *au lieu de* prohibuit sub sententia anathematis *B*, *C*, *D mettent* sub sententia anathematis id prohibuit. — 9. in clero, *omis par B*, *C*, *D*. — 10. suo, *ajouté par B*, *C*, *D*. — 11. predicto, *B*. — 12. primus Wilhelmus, *A*. — 13. *au lieu de* de causa captionis *B met* de captione.— 14. Bononiensis, *A*.— 15. prohiciens, *A*. — 16. *omis par B*, *C*, *D*. — 17. *omis par C*. — 18. Virginis, *ajouté par D*.

APPENDICE II

DESCRIPTION DES MANUSCRITS[1]

I

PREMIÈRE VIE DE CLÉMENT V ET PREMIÈRE VIE DE JEAN XXII

A = Paris, Bibliothèque nationale, ms. latin *15011*, ancien Saint-Victor *581*, ancien *818*. Parchemin. Hauteur : 0m235; largeur : 0m150. 553 feuillets. Reliure : veau. — Le manuscrit se compose de deux parties : le *Memoriale historiarum* de Jean de Saint-Victor ou de Paris (fol. 1-494 v°) et une continuation jusqu'à l'élection de Paul II (fol. 495 r°-552 r°). Le scribe de la première partie a signé au folio 494 r° : *P*[*ierre*] *Maigret; VIIJ feuilles et demie.* Il a écrit tout le *Memoriale.* Sa calligraphie est celle de la première moitié du XIVe siècle. Incipit : *Moyses cum centum XX esset annos;* desinit : *penurias multas perpeti sine causa.* La seconde partie, toute de la même main, a été écrite postérieurement au 31 août 1464, probablement du vivant de Paul II (1464-1471). Le scribe a relié cette seconde partie à la première par ces mots (fol. 495 r°) : *Finis Memorialis historiarum est hic; que vero secuntur ex diversis collegi usque ad modernum papam Paulum II, qui prius vocabatur Petrus, natione Venatus, qui fuit nepos Eugenii pape quarti. Cardinalis Sancti Marci vulgariter dicebatur. Papa Johannes in Avinione moritur quarta mensis decembris, pontificatus sui anno decimo nono. Vacavitque Sedes diebus sexdecim; et dominus Jacobus, presbiter cardinalis tituli Sancte Prisse, magister in theologia, Cisterciensis ordinis, in papam est electus et dictus fuit Benedictus XII. Hic Tholosanus fuit de Samardino, Appamiarum dyocesis. Parisius studuit. Post ab*[*b*]*as Fontis frigidi, dyocesis Narbonensis. Sedit annis septem, mensibus quatuor, diebus XV. Hic edidit decretalem que incipit : Benedictus Dominus Deus in donis suis, ad decisionem questionis inter theologos diutius agitatam de Dei faciali visione et*

1. W. Otte et G. Schmidt ont publié des essais de critique des Vies éditées par Baluze, dans les *Kirchengeschichtliche Abhandlungen* du Dr Max Sdralek, Breslau, 1902-1905, t. I et III. Leurs études, non basées sur l'examen des manuscrits, sont très imparfaites. On trouvera une bibliographie des ouvrages et articles de revue, qui ont été consacrés aux *Vitae* de Baluze, dans le livre que je me propose de publier sur la question.

aliorum beatorum ante diem judicii quam dictus Johannes papa XXII^us, morte preventus, non determinaret. Fuit iste benedictus... Le ms. finit ainsi : *Moritur Pius 1464, die 14^a augusti, et ultima ejusdem mensis eligitur dominus Petrus, cardinalis Sancti Marchi, et Paulus 2^us fecit se nominari, Venatus, papa modernus.* La continuation du *Memoriale* contient les grandes Vies de Benoît XII, Clément VI, Innocent VI, Urbain V, Grégoire XI et Clément VII, éditées par Baluze, auxquelles on a ajouté une courte suite (fol. 549 v°-552 r°) dont l'incipit est : *Petrus de Luna fecit se vocari Benedictum XIII. Urbano qui habebat obedientiam in Ytalia...* Au fol. 495 r° on lit cette annotation de Baluze : *Hic codex quem Bosquetus vocat regium, quo usus est in editione pontificum qui in Gallia sederunt.* F. Bosquet (*Pontificum romanorum qui e Gallia oriundi in ea sederunt historia ab anno Christi MCCCV ad annum MCCCXCIV*, Parisiis, 1632, p. 35) écrit en effet : *Idem liber manu exaratus habetur in Bibliotheca Regia, ad calcem Chronicæ Victorianæ quæ Memoriale Historiarum inscribitur, ex illis gestis et alijs Pontificum vitis ad Paulum II. collectus ab incertis auctoribus.* — Une main postérieure a écrit au haut du folio 495 r° : *Hujus continuationis author profitetur se fuisse Rome cum successor Gregorii XI electus fuit, p. 532; fuit Lutetiæ cum, p. 544.*

B = Paris, Bibliothèque nationale, ms. latin *14626*, ancien Saint-Victor *306*. Parchemin. Hauteur : 0^m310; largeur : 0^m215. 395 feuillets. Reliure : veau; traces de fermoirs. XIV^e *siècle.* — Incipit : *Moyses cum centum XX esset annos;* desinit : *penurias multas perpeti sine causa.* — Le ms. contient le *Memoriale historiarum.* Au verso du feuillet de garde, une main du XV^e siècle a écrit : *Liber dictus Memoriale hystoriarum, cronice scilicet a mundi exordio usque ad annum Nativitatis Domini 1322.*

C = Paris, Bibliothèque nationale, ms. latin *4949*, ancien Regius *4725*. Parchemin. Hauteur : 0^m400; largeur : 0^m292. 173 feuillets. Reliure : veau. — C'est une copie de *A*, qui contient le *Memoriale historiarum* et sa continuation. Le *Memoriale* a été écrit par une même main, au XV^e siècle; la continuation, par une seconde main vers la fin du XV^e siècle. Au fol. 1 r° on lit : *Cronice compilate in monasterio Sancti Victoris Parisiensis et Memoriale historiarum appellatur.* — Incipit et desinit comme dans *A*.

D = Paris, Bibliothèque Sainte-Geneviève *516*, ancien *E. e. l.* Papier. Hauteur : 0^m280; largeur : 0^m195. 474 feuillets. Reliure : veau. XV^e *siècle.* — Incipit : *Labilis est hominum memoria;* desinit : *Germanum de Pratis ubi recepti sunt* (fol. 468 v°). Le reste de la chronique a été écrit par une main du XVII^e siècle ; cf. C. Kohler, *Catalogue des manuscrits de la Bibliothèque Sainte-Geneviève*, Paris, 1893, p. 269.

E = Paris, Bibliothèque de l'Arsenal, ms. *936*, ancien Navarre *A. 234.* Papier. Hauteur : 0^m393; largeur : 0^m274. 270 feuillets. Reliure moderne. XV^e *siècle.* — Au fol. 266 v°, on lit : *Pro libraria regalis collegii Campanie, alias Navarre Parisiensis;* puis : *Est Ambrosii de Cambray, juris*

utriusque doctoris, cancellarii ecclesie et universitatis Parisiensis, quem emit precio quadraginta solidorum parisiensium a magistro Johanne Hele, canonico Sancti Mederici Parisiensis, die XJ^a *aprilis 1488 ante Pascha. A. de Cambray.* — Au fol. 270 r°, se trouve cette note barrée : *Istum librum emi ab executoribus deffuncti domini Johannis Fabri, curati ecclesie Sancti Landerici abbatisque magne confratrie Parisiensis, anno Domini MCCCCXL, in mense junii.* — Sur le même folio on trouve la mention d'un reçu en français de maistre Nichaise de Bailly, « marreglier de Saint-Landry », daté du 14 juillet 1434. — Le manuscrit est donc antérieur à cette dernière date. — Il a été pourvu, au début, d'une table des matières dont l'explicit est ainsi libellé : *Explicit tabula Memorialis hystoriarum, computata et scripta per Jacobum de Camphin, clericum Attrebatensis dyocesis, ad instanciam domini Johannis Fabri, presbiteri curati Sancti Lupi de Bromilia, Senonensis dyocesis, quem Dominus dignetur custodire in statu salutifero et omnes suos. Amen.* — Incipit : *Labilis est hominum memoria;* desinit : *penurias multas perpeti sine causa;* cf. H. Martin, *Catalogue des manuscrits de la bibliothèque de l'Arsenal*, Paris, 1886, p. 209.

F = Paris, Bibliothèque Sainte-Geneviève, ms. *785.* Ancien *R, 37;* — *J. i. 14.* Papier. Hauteur : 0^m318; largeur : 0^m200. 428 feuillets. Reliure : veau. Fol. 21v°-151 r°. XVII^e *siècle.* — C'est une copie de *D*, qui contient des extraits de 1270 à 1322 du *Memoriale historiarum.* Incipit : *Philippus novus rex;* desinit : *penurias multas perpeti sine causa.* Cette copie devait « servir à la continuation des cinq volumes des historiens de France de Duchesne qui finissent au règne de saint Louis »; cf. C. Kohler, *op. cit.*, t. I, p. 374-375.

CLASSEMENT DES MANUSCRITS

Première famille. — *A* semble se rapprocher le plus de l'original.

C est une copie assez fidèle de *A*, transcrite apparemment avant l'insertion dans *A* du paragraphe concernant l'emprisonnement et l'évasion de Louis de Nevers (cf. *supra*, p. 17); car ce paragraphe n'y figure pas.

D offre des similitudes avec *A*. Les fautes de lecture y abondent. On n'en a pas tenu compte pour établir le texte de la présente édition.

F est une copie de *D*.

Seconde famille. — *B* est caractérisé par l'insertion, dans le texte, du paragraphe relatif à Louis de Nevers et par une glose concernant les causes de la mort de Philippe V (p. 135). Ses variantes sont distinctes de celles des autres manuscrits.

Troisième famille. — *E* contient la glose sur le décès de Philippe V et le paragraphe sur Louis de Nevers. Mais ce paragraphe n'est pas inséré à la même place que dans *B*. D'autre part, il a de nombreuses variantes communes avec *A* et *C*; celles qui lui sont propres doivent provenir de fautes de lecture.

ÉDITIONS

Baluze a imprimé des extraits de la chronique de Jean de Saint-Victor, relatifs à Clément V et à Jean XXII. Son choix est assez arbitraire (*Vitæ*, col. 1-22, 113-134). Il a ignoré *E*. Une note insérée par lui au folio 391 v° de *B* indique qu'il a connu *D*.

Les années 1289-1322 se trouvent dans le *Recueil des historiens de France*, t. XXI (1855), p. 630-676; cf. A. Molinier, *Les sources de l'histoire de France*, Paris, 1903, t. III, p. 193, n. 2854.

Muratori[1] a reproduit l'édition de Baluze au t. III, 2e part., des *Rerum Italicarum scriptores*.

II

DEUXIÈME VIE DE CLÉMENT V

A = Paris, Bibliothèque nationale, ms. latin *5126*, ancien Colbert *527*, Regius *3622*. Parchemin. Hauteur : 0m420; largeur : 0m 280. 181 feuillets. *Première moitié du* XVe *siècle*. Reliure : veau, aux armes de Colbert. — Le ms. provient de la bibliothèque de Benoît XIII, sur l'ordre duquel il fut écrit. Le scribe l'acheva le 22 janvier 1401. Explicit : *Sed rex Anglie in mari victoriosus efficitur. Deo gratias. Explicit cronica fratris Ptholomei, ordinis fratrum Predicatorum, Benedicti tercii decimi septimo anno, primoque Christi quadringentesimi nati, dieque vero secunda vigesima jani, Antonius dictus Sancii cognomine fultus, hunc librum scripsit jussu sanctissimi patris*. Le ms. passa au collège de Foix, à Toulouse, et fut acquis par Colbert en 1680; cf. L. Delisle, *Le cabinet des mss. de la bibliothèque impériale*, Paris, 1868, t. I, p. 486-509. — La Vie de Clément V ne fait pas partie, dans ce ms., de la chronique de Ptolémée; elle lui est jointe en appendice; cf. J. Quétif et J. Echard, *Scriptores ordinis Predicatorum*, Paris, 1719, t. I, p. 542. Le titre de la chronique est : *Historia ecclesiastica nova fratris Tholomei de Lucca* (fol. 1 r°).

B = Florence, Bibliothèque Laurentienne, *XIV*, *19*. Papier. Hauteur : 0m350; largeur : 0m225. 321 feuillets. Reliure : veau. Traces de fermoirs. *Seconde moitié du* XVe *siècle*. Écriture dite *humanistique*. — Ce ms. provient de la bibliothèque d'Antoine *Petreij*, chanoine de Florence, dans laquelle il portait le n° 377. Titre de la chronique : *Hystoriae ecclesiasticae novae editae a fratre Ptholomeo de Luca, ordinis fratrum Predicatorum, liber primus foeliciter incipit* (fol. 1 r°). — Dans ce ms., la Vie de Clément V fait partie de l'Histoire ecclésiastique de Ptolémée; elle comprend les chapitres XIX à XLVII du livre XXV. — Le ms., tout de la même

1. On ne signalera plus dorénavant les éditions de Muratori que si elles sont originales.

main, se compose de l'Histoire ecclésiastique de Ptolémée (fol. 1 r°-284 v°) et d'une continuation, depuis Jean XXII à Paul II, dont l'incipit est : *Johannes XXIJ et papa CCVJ, anno Domini MCCCXVJ et ab Urbe condita MLXXJ,* VIJ *ydus augusti. Johannes XXIJ de Cantuariensi* (fol. 284 v°-321 v°). Desinit : *qui quidem Petrus [Barbo] postea, succedente tempore, factus est papa et nunc est de presenti; qui vocatur Paulus IJ; quem Altissimus diu foelicem* (sic) *conservet.* Les Vies de Benoît XII à Grégoire XI ont été éditées par Baluze, sous le titre : *ex appendice Ptolemaei Lucensis.* — En marge, des annotations d'Angelo Politien (1454-1494). Les armes du cardinal Piccolomini figurent au fol. 1 r°; cf. A. M. Bandini, *Catalogus codicum latinorum Bibliothecae Laurentianae*, Florence, 1774, t. I, col. 124-126.

C = Bibliothèque nationale de Paris, ms. *5127.* Papier. Hauteur : 0m297; largeur : 0m216. 382 feuillets. *Seconde moitié du* XVe *siècle.* Reliure aux armes du roi. — Ce manuscrit a dû être copié probablement pour Pierre-Guillaume Rocca, archevêque de Salerne, mort le 18 octobre 1482. Pierre Rocca a couvert les marges d'annotations. L. Delisle a relevé les deux plus importantes, *Notices et extraits des mss.*, t. XXXV, 1re part., p. 372-373. Au fol. 162 v°, on lit : *Die vero* VJ *decembris, anno christiane salutis nono et LXX supra millesimum et CCCC, ego P. G. Rocca, archiepiscopus Salernitanus, sepulcrum in Vaticano constructum, ubi dicebantur sanctorum martirum Lini, Cleti, Anacleti et Sixti corpora sepulta, aperiri feci, ut corpus sancti Sixti ad sepulcrum sub altari capelle beate Virginis dedicaretur.* Au fol. 231 v°, on lit aussi : *Ecclesia beati Mathei, que est mater hodie omnium ecclesiarum ibidem, a Roberto [Guiscardi] edificatur, anno Domini millesimo LXXVJ, indictione XV. Et revolutis CCCC annis, ego, Petrus Guillelmus Rocha, dicte ecclesie indignus archiepiscopus, videlicet 1476, dictam ecclesiam rehedificavi, reformando tribunam, pilare unum magnum, unam alam dextram et codarchiam, hoc est finem dicte ecclesie.* D'après ces deux notes, le manuscrit serait donc antérieur à 1476. — L'archevêque de Salerne a introduit beaucoup de corrections dans le texte du manuscrit qui est, d'ailleurs, très incorrect. — Titre de la chronique : *Historie ecclesiastice nove edite a fratre Ptolomeo de Luca, ordinis fratrum Predicatorum, liber primus incipit.* L'Histoire ecclésiastique est partagée en 24 livres. La table du XXIVe livre (fol. 321 r°) s'arrête à Boniface VIII; mais les feuillets, sur lesquels est écrite la Vie de Clément V, portent, au haut, la rubrique XXIIIJ; cf. Quétif-Echard, *loc. cit.* — Le ms. se compose de trois parties dues à trois mains différentes : 1° l'Histoire ecclésiastique de Ptolémée (fol. 1 r°-352 v°); 2° une Vie d'Eugène IV (fol. 353 r°-356 r°); 3° des Vies de Jean XXII à Martin V, inclusivement (fol. 358 r°-382 v°), parmi lesquelles se trouvent celles de Benoît XII à Grégoire XI imprimées par Baluze sous le titre : *Ex appendice Ptolemaei Lucensis.* L'écriture de la première partie est *humanistique.* — Desinit : *Cessavitque episcopatus diebus XIJ. Numerus summorum*

pontificum est CCXIJ, de quibus LXXXX fuerunt natione Romani. — Le ms. provient d'Italie et a été acheté, sur l'ordre de Baluze, à un sieur Mayer, pour le prix de 35 livres. Il entra dans la bibliothèque du roi où il reçut la cote *5229.2.*

D = Padoue, Bibliothèque royale, ms. *854.* Cotes anciennes : *CIII,* sur le plat de la couverture; *Cas. 87,* n. 14, sur la feuille de garde. Papier. Hauteur : 0m276; largeur : 0m200. 358 pages. Reliure en parchemin. XVIIe *siècle.* — Au fol. 1 ro, on lit : *Historiae scholasticae novae, editae a fratre Tholomaeo de Lucca, ordinis fratrum Praedicatorum.* Le ms. est partagé, comme *B,* en 25 livres. La Vie de Clément V forme les chapitres XIX à XXVII du XXVe livre. Chaque chapitre est précédé d'un court sommaire. Le chapitre XIX est ainsi intitulé : *De Clemente 5o et 202o papa. Qualiter mittitur sibi decretum electionis, et post presentationem sibi factam acceptavit, et ad comitatum Venusinum se transtulit, cap. 19.* — Le ms. provient du monastère de Saint-Georges à Venise.

E = Padoue, Bibliothèque du chapitre cathédral, *A 41.* Papier. Hauteur : 0m345; largeur : 0m220. 264 feuillets. *Seconde moitié du* XVe *siècle.* Ecriture *humanistique.* Reliure : veau. — Même disposition et même desinit que *B.* — La chronique de Ptolémée est partagée en 25 livres, mais un seul chapitre du XXVe, le premier, qui concerne Boniface VIII, est rubriqué. — Au folio 239 vo, la Vie de Clément V se termine ainsi : *sicut audivi a suo confessore digno fide, predicatore tamen, bona aditione. Hec de Clemente papa dicta sufficiant, nunc de papa Johanne XXIJ est dicendum. Et hucusque scripsit hystoriam suam dominus frater Tholomeus de Luca, ordinis Predicatorum, et non ulterius. Que autem sequuntur ex aliis fide dignis hystorie scriptoribus summorum pontificum, qui post eum scripserunt, in diversis modis et locis fideliter et accuratissime collecta sunt.* Ce manuscrit a été connu de Muratori qui l'a utilisé pour son édition de l'Histoire ecclésiastique de Ptolémée; cf. *Rerum Italicarum scriptores,* t. XI (1727), col. 742-750 et 1226-1242. D'après ce même manuscrit, Muratori a imprimé les Vies de Jean XXII et de ses successeurs jusqu'à Boniface IX exclusivement; cf. t. III, 2e part., col. 505-512, 546-547, 578-584, 608-609, 643, 675.

CLASSEMENT DES MANUSCRITS

1re famille. — *A* diffère essentiellement des autres mss. par ses variantes. C'est le plus ancien ms. et celui qui mérite le plus de confiance.

Deuxième famille. — *B, C, D, E* appartiennent à la même famille de mss. Les divergences qu'ils offrent entre eux s'expliquent le plus souvent par des bévues de copiste.

Le texte de *B* est le meilleur. Il a été peut-être établi sur le même ms. que celui de *D.*

E présente un si grand nombre de fautes de lecture qu'on a cru inutile de l'utiliser.

ÉDITIONS

Baluze s'est servi surtout de *C* et a préféré ses variantes à celles de *A*. *C* est pourtant fort incorrect; cf. *Vitae*, t. I, col. 23-56.

Muratori a suivi *E*, mais lui a fait subir des retouches nombreuses; cf. *supra*, p. 556, et A. Molinier, *Les sources*, t. III, p. 207, n. 2908.

III

TROISIÈME VIE DE CLÉMENT V ET DEUXIÈME DE JEAN XXII

La chronique abrégée des papes, dont sont extraites la troisième Vie de Clément V et la deuxième de Jean XXII, devait former primitivement une sorte de compilation en deux parties, comprenant l'histoire des papes jusqu'à Clément V, et celle des empereurs et des rois de France. Bernard Gui en donna quatre éditions. La première, exécutée entre le 23 avril 1314 et le 7 août 1316, se composait d'un texte principal et de gloses marginales. Le texte s'arrête aux mots : *in villula minus insigni, satis sterili et exili;* et les notes marginales à ceux de : *Sede romana vacante, hodie quo hec scripsi.* La seconde édition, qui raconte la suite des événements jusqu'au 2 octobre 1316, se termine aux mots : *ubi prius futuram curiam publice fecerat acclamari.* Les gloses marginales finissent diversement, suivant les manuscrits. La troisième édition est une refonte totale de l'ouvrage, qui est poursuivi jusqu'à l'année 1329. Les gloses marginales disparurent. Desinit : *distulimus scribere longiorem narrationis seriem suo post tempore scribendorum.* La quatrième édition s'achève à l'année 1330 et finit ainsi : *ibique tractatur ut familiaris, sed custoditur ut hostis.* Le texte de la présente édition a été établi d'après des mss. des deux dernières éditions.

